Class 281.2 Book Ap 46
General Theological Seminary Library
Ninth Ave. and 20th St., New York.
Besides the main topic this book also treats of

Subject No.	*On page*	*Subject No.*	*On page*

Library Gen. Theol. Sem.

W. 1

PATRUM APOSTOLICORUM

OPERA.

20

PATRUM APOSTOLICORUM

OPERA.

TEXTUM AD FIDEM CODICUM ET GRAECORUM ET LATINORUM, INEDITORUM COPIA INSIGNIUM,

ADHIBITIS PRAESTANTISSIMIS EDITIONIBUS,

RECENSUIT ATQUE EMENDAVIT,

NOTIS ILLUSTRAVIT, VERSIONE LATINA PASSIM CORRECTA, PROLEGOMENIS, INDICIBUS

INSTRUXIT

ALBERTUS RUD. MAX. DRESSEL.

ACCEDIT

HERMAE PASTOR

EX FRAGMENTIS GRAECIS LIPSIENSIBUS,

INSTITUTA QUAESTIONE DE VERO EIUS TEXTUS FONTE,

AUCTORE

CONSTANTINO TISCHENDORF.

LIPSIAE

J. C. HINRICHS, BIBLIOPOLA.

1857.

12560
281.2
Ap '46

ALBERTUS RUD. MAX. DRESSEL

LECTURIS S. P.

Patrum Apostolicorum editio Coteleriana communi Theologorum iudicio inter praestantissima istiusce literaturae opera censetur. Eam sane perdiu meruit laudem, et interpretandi arte, et subsidiorum criticorum copia atque usu quo excellit. Quapropter mirum non est, quod multi adeo opinabantur, textum PP. Apostolic. iam in una illa editione praesertim per Io. Clericum recognita ita fuisse constitutum, ut in eo acquiescere possemus. Verum enimvero hoc usquequaque ita esse, praesens aetas haud amplius sentit, etsi nulla Scriptorum aevi Apostolici editio laboribus Cotelerii atque Clerici carere poterit. Etenim re accuratius perpensa facile apparet, non solum in critica, sed etiam in exegetica parte non illud eam ubivis praestare, quod in hoc genere iam expetatur. Quippe si ea, quae ad hanc illamve Theologiae disciplinam spectant, veritati magis consentanea diiudicari debebant, quam nimio Cotelerii partium studio fieri potuit, textus quoque Scriptorum alia norma atque ratione ad certiora fundamenta revocandus erat. Qui decimo septimo ac decimo octavo saeculo, et antea, Codicum manu scriptorum praesidia ad huncce textum emendandum contulerunt, ii profecto non omnem scripturae varietatem proponebant, sed eam fere quae pro ipsorum captu utilis videbatur ad rem atque apta, reliquis omnibus iisque haud raro optimis variis lectionibus silentio atque oblivione iterum sepultis. Attamen quantum lucis integra supellectile critica ipsi textus intellectui afferri, quantum tenebrarum manca ratione critica diffundi queat ac debeat, omnes, quibus huius rei iudicium est, hodie persuasum habent. Critici iudicium textus emendationem attingit atque patefacit, boni Codices manu scripti eandem perficiunt, absolvunt, veram reddunt.

Quae cum ita sint, abhinc viginti annis ex beato Augusto Neandro quaesivi, ecquid operae pretium putaret, si post Cotelerium et Clericum nova PP. Apostolicorum editio adornaretur, eaque criticis adminiculis, quae in Romanis Bibliothecis recondita cognoveram latitare, adiuta atque fulta. Auctor mihi erat vir incomparabilis ut facerem, magnopere cupiens ut horum operum, quae a nobis iam paene exulare coeperant, copia denuo fieret. Sed eidem proposito Gulielmus Iacobsonus in Anglia, in Germania Carolus I. Hefelius animum eodem tempore adiecerant, meque praevenerunt. Ast ille, quamvis opus ediderit propria peregrinaque eruditione refertum, ad paucos solummodo aevi Apostolici Scriptores respexit; hic in prima editione votis parum respondit. Idcirco pristinum consilium non demittendum putavimus, neque cum emendatiores illorum duumvirorum libri postea prodissent. Nam quae ex membranis hucusque ignotis per multos annos, ubi

licuit, Clementissimi Borussorum Regis stipendio adiuti nos primi erueramus, haud dubie eiusmodi erant ob novitatem pondusque, ut quomodocunque iuris publici facienda viderentur. Taceo reliqua, quae ab aliis intelligi malim, quam a me dici.

Elaboravi igitur editionem textu ubivis ad optimorum Codicum fidem critica cum conscientia constituto, iisque, quas egomet ipse inveni, variis lectionibus adornato. Quae hic illic in libris impressis inventae erant, eas ex parte repetere nolui, quia fides ipsarum non ubivis certa videbatur. Ac me haud inconsulto id fecisse, imo facere debuisse, mecum fatebitur, qui ex notis intellexerit, quotiens etiam quas novissimo critico debemus Codicum lectiones mea cura emendandae fuerint. Ac saepius profecto apud priores editores in illa parte post messem messore, post tectum architecto opus erat. Est forte qui dicat, nos in critica parte sacco serentes utilia inutilibus permiscuisse, albaque, ut dicitur, linea sine cura discriminis solam copiam sectatos converrisse. Aliter vero ipse sentio: quippe etiam ἐν ἀδιαφόροις religiose fontium auctoritatem venerari ius fasque est. Quis autem inutilia ea dixerit, quae utcunque apta fiant ad restituendum genuinum textum eorum Scriptorum, qui quae literis consignarunt, ex τῶν αὐτοπτῶν τοῦ Λόγου ore hauserunt?

Ac fuit quidem, cum tempus quoque opportunum concessum mihi fore arbitrarer textum commentario prorsus novo illustrandi. Quam spem cum haud inoffensa valetudo, tum maxime rerum domesticarum adversitates necessitudinesque fefellerunt, ut rarius paratae essent remissiones, quibus animus, interstitione aliqua aut negotiorum aut infortunii memoriae data, laxari indulgerique posset ad istiusmodi opus rite condendum. Idcirco virorum doctorum notas simul cum nostris subdidimus, ne diutius res tereretur. Quodsi inaequalitas incertaque ratio, quam inter textus fidem et commentariorum copiam antehac videre erat, nostro labore nonnihil evanuit, eius nos profecto non poenitebit.

Nec possum quin gratias agam Constantino Tischendorfio, Theologorum Germaniae decori, qui non solum consilio me multum adiuvans ex suae doctrinae penu summa cum benevolentia ac liberalitate hocce opus locupletavit, sed quamvis muneribus suis mirum quantum occupatus etiam nulli in promovenda ipsa editione curae pepercit. Ne multa: opus nostrum is docte inauguravit sacravitque.

Scribebam Romae prid. Cal. Sextiles 1856.

PROLEGOMENA.

I.

BARNABAS.

Quomodocunque definiendum erit de auctore scripti, cui vetus quaedam traditio Barnabae nomen praefixit, certe id ipsum haud parvi momenti habetur inter christianae antiquitatis reliquias ob rationem quam tenet sacrae scripturae V. T. diiudicandae, et locum in definienda oeconomia salutis ei assignandi. Pauli Apostoli quippe viam tenens, modo ultro progrediens, nunc retrogressus, ad Alexandrinorum allegoricum veritatis Iudaismi explicandae modum, simulque ad solidiorem Gnosticismum praebet transitum. Huius viae auctoritas pluris esset, si inclito illi Pauli Apostoli socio impigroque coadiutori attribuendum esset, qui ubivis sui iuris apparebat, recta mente atque indole excellens: id quod infra videndum. Iam vero de quo in ipsa Epistola agitur, id accuratius perscrutemur.

1. Cum filiis filiabusque auctor partiri vult ex eo, quod ipse acceperit, ut fidem atque scientiam habeant consummatam, spiritualibus nimirum donis abunde donati (c. 1). Id se facturum esse non doctoris auctoritate praeditum, sed ut parem inter pares, ut unum ex ipsis: immo se *περίψημα* esse bene scit, cuimet fratrum dilectionem mercedi fore sperat (c. 6. 1). Rerum igitur cardinem in eo verti, quod cum fide perfecta etiam scientiae, i. e. *τῆς γνώσεως*[1]) compotes fierent. Idcirco intelligendum esse, quo modo veteribus, Deo ita ordinante, non nisi vitae spes proposita fuerit, ipsum vitae exordium primo Christi adventu in terris, vitae consummatio in caelis (c. 2). Iam vero progressum divinitus in Christianismo datum ipsiusque perfectionem ostensurus est insufficientia veteris foederis, novo videlicet adimpleti verique redditi. Deus sane per V. T. Prophetas adaperuit, se non indigere hircorum ac taurorum sacrificiis, nec despicere cor contritum. Hac humana oblatione Iudaeorum hostias indicari abrogatas. Ieiunium verum misericordiam erga egenos esse. Id postquam Deus dilucide manifestaverit, per dilectum suum in simplicitate vocatis ad illorum legem, ut proselytis, haud quaquam accedendum.

Atqui nobis morum puritas omnino colenda, cum iam instet terminus adventus filii Dei (c. 2—4). Verumtamen et consortium fugiamus legem nullatenus ad nos pertinere dicentium.

---

1) Clem. Alex. Strom. II. c. 6. p. 455. ed. Pott.

Foedus quod fuerat Iudaeorum nostrum est factum, quia transgrediendo in perpetuum perdiderunt id, quod Moses accepit. Tabularum tenor per Mosen confractarum Christi dilectione novissimis temporibus in praecordiis nostris consignatus. Hac nova lege fundatis resistendum est Iniquo eiusque tentationibus. Ast ne inflentur spiritiferi quasi plene iustificati, sed in timore Dei custodiant mandata. Is enim non accepta persona, sed secundum opera iudicat. Fides nostra adiuvatur timore ac sustinentia; ei compugnant patientia et continentia (c. 2), fides caritasque coniugatae (c. 11). Vigilemus et recte intelligamus tanta signa ac portenta in populo Iudaeorum facta (excidium Hierosolymae et reliqua) quid sibi velint. Caveamus, ne vecordia obdormientes nihilominus perdamur, sicuti veteris foederis populus (c. 4).

Ex quo intelligitur, auctorem imprimis quidem contra Iudaizantes inter Christianos monere, legis autem cuiusvis despectores uti salutem haud minus periclitantes apertis verbis significare. Lex quippe Mosaica ei tanti est, ut gnosis in ipsa novam legem (*νέαν ἐντολὴν* c. 9) intueatur. Novus autem populus cum verum Dei templum sit, verum quoque sacrificium in corde is solus offert (c. 3). Is iam heic vera vita fruitur (c. 1), post tribulationes atque angustias multas in regno Messiae (c. 15) universo mundo dominaturus (c. 8). Ita edocti de iis, quae praeterierunt, nemo in retia incurrat, sed novo foedere renatus intellectu polleat. Cogitanti atque memoria repetenti quae fuerunt ac quae sunt, Christi expiatoria morte Iudaeos esse iudicatos, nos autem salvatos apparebit. Idque ita fieri debuisse iam Prophetae, divinae loquelae organa, iterum iterumque annuntiarunt. Ex eorum sensu ieiunium V. T., hircum et vaccam rubram Christum spectare auctor suis persuadere tentans (c. 5—8), circumcisionem spiritualiter intelligendam aeque ac mandata de cibis, baptismum et crucem iam in V. T. praefiguratam atque annuntiatam, Iosuam Christi typum docet (c. 9—12). Quae cum ita sint, non Iudaei, sed Christiani Dei foederis veri haeredes, sensu typorum V. T. recluso, iam constituti probantur. Unde testamentum, quod Moses a Domino accepit contrivitque, ad nos pervenit. Iudaeos autem non eius haeredes esse etiam ex eo intelligitur, quod verum sabbatum non habeant, neque templum Deo acceptum, non nisi in spirituali habitaculo exstans, id est in ecclesia christiana (c. 13—17). Quibus *γνώσεως* speciminibus adiungitur paraenetica pars (c. 19—21) de via lucis et tenebrarum. Per illam qui gradiuntur, bonis quibuscunque operibus per *γνῶσιν* facile peragendis scopus petendus; in hac vagantur, qui a Deo alienati vitiis animam perdiderunt. Dei mandata custodienda: omnibus dies retributionis aut perditionis instat.

2. Ex genuinis aeque ac interpolatis elementis Epistolam coaluisse, non sine iudicii acumine et argumentatione docta ostendere studuit Dan. Schenkel.[2]) Eum confutarunt Hefele[3]), et subtilius Hil-

2) Ueber den Brief des Barnabas, ein kritischer Versuch; Theol. Stud. u. Krit. 1837, H. 3. S. 652—686.

3) Das Sendschreiben des Apostels Barnabas aufs Neue untersucht, übersetzt und erklärt etc. Tüb. 1840. p. 196 sqq.

genfeld.[4]) Quodsi nec primigena eius integritas, nec continuus sententiarum progressus in dubium vocari possit, quaerendum iam est, ad quosnam fuerit scripta. Formula quippe salutandi neque usitata est, nec plena. Quod ei ab Origene[5]) datur *καθολικὴ* epitheton (*Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ*), potest id vix retineri, nisi forte magnus Alexandrinorum magister etiam in hoc *πνευματικῶς* capiendus esse videatur. Eodem iure quodvis scriptum nuncupari queat „catholicum“, quod christianae doctrinae elementis non prorsus caret. Huc accedit, ut in subscriptione Codicum manu scriptorum, quotquot vidimus, id frustra quaeratur (cfr. Ep. Barnabae not. 1). Nec ulla alia ratione id ab Origene dictum crediderim, quam ob generalem loquendi modum, quo auctor in salutatione utitur, nullum videlicet distinctum certumque lectorum coetum significans. Locus, qui ad quaestionem solvendam opportune in auxilium vocari potest, legitur in c. 16: *Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦμεν πλήρης εἰδωλολατρείας οἶκος, καὶ εἰδωλολατρεία ἦμεν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ.* Ita sane loquitur, qui ipse Ethnicus fuit, et ad Christianos ex Ethnicis factos verba facit. De similibus similia dicuntur ad Clementem[6]): *Ἡ τοῦ Θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονε κατὰ πολλοὺς τρόπους· τὰ μὲν πρῶτα εἰσαγωγὴ κακή, συντροφία πονηρά, συνήθεια δεινή, ὁμιλία οὐ καλή, πρόληψις οὐκ ὀρθή· διὰ ταῦτα πλάνη, εἶτα ἀφοβία, ἀπιστία, πορνεία, φιλαργυρία, κενοδοξία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία κακά, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος, εἰς ἕνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπεθόλωσαν τὰς ὁράσεις, καὶ οὐκ εἴασαν ἀναβλέψαντας ἐκ τῆς διαγραφῆς τὸν δημιουργήσαντα νοῆσαι Θεόν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι. διὸ τοὺς φιλαλήθεις ἔσωθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλέσασθαι, φιλαλήθει λογισμῷ, ἵνα τις ἐντὸς ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ, προσιὼν ἀνοίξῃ θύραν, ὅπως δυνηθῇ τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσκριθῆναι τῷ οἴκῳ, ὁ δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὢν ἐκβληθῆναι καπνός.* (19) *Τὸν μὲν οὖν βοηθὸν ἄνδρα τὸν ἀληθῆ προφήτην λέγω, ὃς μόνος φωτίσαι ψυχὰς ἀνθρώπων δύναται, ὥστ' ἂν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δυνηθῆναι ἡμᾶς ἐνιδεῖν τῆς αἰωνίου σωτηρίας τὴν ὁδόν.* Eo spectat frequens illa antithesis *ἡμεῖς* et *ἐκεῖνοι*, neque vbb. *ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανείς, τὰς ἤδη δεδαπανημένας ἡμῶν καρδίας τῷ θανάτῳ καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ* (c. 14) de aliis intelligi possunt, quam de iis, qui olim Paganismum sectabantur. Christus *φῶς ἐθνῶν*[7]) eos illuminavit, qui tenebris obfuscati erant (c. 14). Quis itidem de Iudaeis asseruerit? Monitorium illud (cap. 3), „ut non incurramus, tanquam proselyti, ad illorum legem“ ad Ethnico-

4) Die apostolischen Väter, Untersuchungen über Inhalt und Ursprung der unter ihren Namen erhaltenen Schriften. Halle 1853. p. 30 sqq.

5) Contra Celsum I, 63.

6) Clementis Rom. Hom. I, 18. ed. Dressel. p. 40.

7) Isai. 42, 6. 7 et 49, 6.

Christianos spectat. Constat enim inter omnes, multos extra Palaestinam Ethnicos nonnullas ordinationes Mosaicas observasse, uti ἐκλεκτικοί. Huius coetus homines ante oculos habebat, qui scripsit c. 2 „nos similiter errantes“. Nec mirum, quod auctor adamat praeque ceteris lubet istiusmodi gnoseos exemplis Epistolam in allegoriis enucleandis non sine artificio refercire, vocum ad rerum originem quasi permanantium delinimentis gestiens. Hinc disparilitas orta in disceptando ac singula pertractando. Fuit autem id temporis gravissima, ne dicam unica quaestio illa, quid auctoritatis esset veteri foederi in evangelio, postquam Paulo Apostolo praeunte haud levibus argumentis alii usi fuerant ad immunitatem eius a lege probandam. Noster autem, quomodo fieri potest, eam iam evanuisse cum ratiocinando docet, tum propria sua via ostendere conatur. Quamvis Iudaismo bellum indicat in Christianismum subreptitanti, aeque in alios animadvertit, sed non nisi leniter hortans, monens, suadens, obiurgans, qui solius fidei iustificatione elati bonis operibus parum vacarunt (c. 4), sequioris nimirum Gnosticismi praecursores. Inter hasce duas partes auctor rectam salutis semitam sternendam curat.

3. Quo tempore Epistola scripta fuerit, non liquet. Verumtamen Hierosolymam eversam, templum destructum, Iudaeorum populum a Romanis debellatum non ambigue significant vbb. (c. 4): „cum videritis tanta signa et monstra in populo Iudaeorum, et sic illos dereliquit Dominus“. Nec alia enarrantur c. 16: *Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νῦν καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. Πάλιν ὡς ἤμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, ἐφανερώθη.* Eos, ad quos Epistola data fuit, gravissimi illius iudicii, quo Dominus Iudaeorum populum iudicavit eorumque excidium complevit, testes fuisse, ex modo dicendi c. 4 colligitur. Cum persecutionum mentio fiat nulla, verisimile est, eam ante Plinium in Bithynia Proconsulem fuisse scriptam.

4. Levibus admodum argumentis utuntur, immo futilibus, qui veteris traditionis vestigia prementes[8]) Barnabam, Pauli Apostoli sodalem, Epistolae auctorem esse velint. Totus enim tractandi modus resque ipsae pertractatae contra eos clamitant. Barnabas Levita Cypro oriundus[9]) legis Mosaicae plus expers esse debebat, quam ex c. 7 et 8 elucet. Neque de Syris idem venditasset, circumcisione eos uti: id quod ex eo tempore melius cognitum habere debebat, quo ipse cum Paulo Apostolo Antiochiae morabatur.[10]) Certe rerum, quas dicit, scientiam doctrinamque plurium, quam par sit, auctori deesse fatendum. Quocirca iam H. Menardus, primus Epistolae edi-

8) I. Vossius, Notae ad Barnabae Apostoli Epistolam catholicam p. 310.; L. E. Dupin, Bibl. des auteurs etc. T. I. p. 6 sq.; N. Nourrius in apparatu ad Bibl. max. PP. T. I. Diss. 3.; Gallandius, Bibl. vet. Patrum T. I. Proleg. p. XXIX sqq.; Henke, de Epistolae, quae Barnabae tribuitur, authentia. Jen. 1827.; Rördam, Comment. de authentia Ep. Barnabae. Hafniae 1828; Franke in Guerike et Rudelbach Zeitschrift fur luth. Theol. 1840. fasc. 2.

9) Act. 4, 36 sqq.

10) Act. 11, 22. 25.; 15, 2 sqq. Gal. 2, 1. 9.

tor, authentiam eius impugnavit[11]), post eum Dan. Papebrochius[12]), Tentzelius[13]), Natalis Alexander[14]), Remi Ceillier[15]), Ittigius[16]), Moshemius[17]), Lumperus[18]), Hugius[19]), Ullmannus[20]), Neander[21]), Mynster[22]), Winer.[23]) At dicas: Heus tu, unde traditio illa apud Clementem Alex. Strom. II, 6 p. 445; II, 7 p. 447; II, 20 p. 489; V, 10 p. 683; II, 15 p. 464; II, 18 p. 472; V, 8 p. 677, Origenem contra Cels. I c. 63, Eusebium H. E. III, 25, Hieronymum de vir. illustr. c. 6, Nicephorum in Stichometria (saeculi 5)? Non dubitaverim, quin ea iam prius in Alexandrina ecclesia exstiterit, nec ab Clemente Alex. aut Origene primum fuerit inducta: retinuerunt autem, quia totius Epistolae indoles haud dissimilis esset ei, qui cum Paulo Apostolo Ethnicis evangelium salutis annuntiaverat. Traditionem igitur pie venerantes, nec ad criticum subtiliusve eius examen ulla singulari causa compulsi posteris tradiderunt, quomodo et qualem ipsi invenerant. Sin ipsius traditionis originem indagare velis, dicendum erit, nulli Apostolorum adtribui potuisse iam ob illud eorum convicium *τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους, τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους* (c. 5), propriae auctoris opinioni forte consonum, nec veritati, utpote commentum. Si nihilominus semiapostolica auctoritas Epistolae impressa videbatur, ab eam desiderantibus vix alius quidam magis opportuno auctor supponi potuit, quam Barnabas, Ethnicorum et ipse doctor. Potuitne *ψευδεπίγραφον* etiam ex eo trahere originem apud Alexandrinos, quod gnosticae Clementis Romanae Homiliae[24]) Barnabam Alexandriae congredi cum eo faciunt?

Ac mihi quidem illud non levis momenti semper visum est, quod narratur in Act. 15, 37 sqq. Barnabas igitur dissensione oborta a Paulo discessit, assumtoque Ioanne Marco in Cyprum navigavit. Soliusne Ioannis Marci causa Barnabas alio perrexit, an simul aliam doctrinae viam sectaturus? Illamne, in qua heic eum gradi videmus? At enimvero summopere notandum videtur, eundem Ioannem Marcum, qui Barnabae vitam actaque perfusius scripsisse creditur, Epistolae eius mentionem facere nullam. Codex Vaticanus 1667, ex quo Papebrochius[25]) ea edidit, nec Codex Parisinus 1470 quo Tischendorfius[26]) usus est, neque Vaticanus 821, quem ego exscripsi, in hoc quidem variant.

5. In Philastrii Brixiensis Episcopi Codice quodam (ante saec.

---

11) In Praef. ed. nostrae Epistolae.

12) In Act. Sanct. mensis Iunii tomo secundo, p. 459. §. V. Antverp. 1698.

13) Apud Fabric. Bibl. eccles. p. 42. §. X.

14) Hist. eccles. Sec. I. c. 12. art. 8.

15) Histoire général des auteurs etc. T. I. p. 498 sqq.

16) In selectis capitibus historiae eccl. Sec. I. T. I. p. 20.

17) Commentar. de rebus Christ. ante Const. M. p. 161.

18) Historia theol. critica T. I. p. 150.

19) Zeitschrift für das Erzbisthum. Freiburg. Fasc. 2. p. 132. Fasc. 3. p. 208 sqq.

20) Studien u. Kritiken. T. I. p. 381.

21) Kirchengesch. T. I, 3. p. 733.

22) Studien und Kritiken II, 323.

23) Bibl. Realwörterbuch s. v. Barnabas.

24) Hom. I, 9.

25) Act. Sanct., mensis Iunii tomo secundo, Antverp. 1698. p. 431—436.

26) Acta Apostolorum apocrypha, Lipsiae 1851. p. 64 sqq.

IX), qui e monasterio Corbeiensi provenerat, Hugo Menardus, Congregationis S. Mauri monachus, post Epistolam Tertulliani de cibis iudaicis, Barnabae nomine insignitae Epistolae deprehendit latinam versionem veterem. Iac. Sirmondus Menardo evulgare eam ob innumeros naevos haesitanti graecum obtulit apographum, inter schedas Turriani repertum, quo adiutus textum constitueret emendatum. Mors praevenit, et pro ipso fecit Lucas Dacherius, eiusdem congregationis, qui Menardi editionem a. 1645 Parisiis in lucem emisit, graeco Turriani apographo vetere versione Corbeiensi, et inde a c. 18, ubi illa desinit, ipsius Menardi adiecta.

Post Sirmondum in tribus Mss.: Bibliothecae Vaticanae, Cardinalis Columnae et Andreae Schotti eadem Epistola graeco sermone conscripta quaerentibus sese obtulit, heic quoque, ut in Turriani apographo, cum Epistola Polycarpi ad Philippenses, quae praeit, coniuncta, et acephala. Schottiani Codicis graeci et versionis veteris apographum a Claudio Salmasio accepit Isaacus Vossius, ab hoc Iac. Usserius. Is simul cum Epistolis Ignatii id excudendum curavit Oxonii a. 1643. Omnia tamen huius editionis exemplaria cum haud exigua parte ipsius oppidi ingenti conflagratione perierunt. Itaque cum Menardi editio ex uno tantum Codice prodisset parum correcta, Epistolam Barnabae I. Vossius emendatiorem publici iuris fecit Amstelodami a. 1646, Florentino, Vaticano et Romano Theatinorum Codice usus, sed minus accurate, ne dicam obiter, ut ipse pluries compertum habui. Hac prima Vossii editione in commentariis usus sum. Recusa est Londini a. 1680. Post Vossium pro textu emendando meruerunt imprimis Fellus (Oxonii 1685), Cotelerius (Luteciae Parisiorum 1672), Clericus (Antverpiae 1698 et 1700, Amstelaedami 1724), Russelius (Londini 1746), Gallandius (Bibl. Vett. Patr. Tom. I. Venetiis 1765). Ad illorum edd. fidem Hefelius et Reithmayrus suas concinnarunt, Codicibus manu scriptis uterque destitutus. Ex Hefelianis PP. App. maxime adhibuimus editionem tertiam, passim quartam. Nostra enim iam sub prelo erat, priusquam illa huc esset allata.

In notis nostris nominabitur: Lettera Universale di San Barnaba Apostolo. Traduzione dal Greco di Don Gio. Battista Gallicciolli. In Venezia 1797.

II.

CLEMENS.

1. Non ambigitur, a quo prima, quae Clementis nomine circumfertur Epistola, nec ad quos fuerit data, sive expetita[1]), sive, ut verisimilius est, postquam Corinthiorum dissidia innotuerant, sponte transmissa. Ex initio quippe colligimus, Romanos ad Corinthios, qui

Clem. 1) Tum saltem legendum *περὶ τῶν ἐξητουμένων* p. *περὶ τῶν ἐπιζητουμένων* (c. 1).

ob munus ecclesiasticum tumultuabantur, reconciliandos animum advertisse, tardius quidem, quia et ipsi temporum calamitatibus fuerant afflicti. Idcirco tres legatos miserunt literas perlaturos (c. 59).

Seditio inter Corinthios oborta Romanis eo magis dolenda videtur, quo fidei ac virtutis eorum gloriam ubivis divulgatam foedius obfuscet, nominique Christianorum apud alios (Ethnicos) sit contemptui (c. 1. 2. 47). Illa quippe laude, quam prius meruerunt, nonnulli tumescentes, et discordia invidiaque omnia permiscentes id fecerunt, ut iam misera sit ecclesiae Corinthiorum conditio. At vero et prisco et recenti tempore nefanda impiorum invidia quantum detrimenti adtulerit, pluribus exemplis probatur (c. 3—6). Iam vero vanis contentionibus relictis, ad poenitentiam et ad Deum convertendum. Eo spectant multiplices Scripturae admonitiones; id sibi vult Christi sanguis pro omnium peccatorum salute effusus (c. 7. 8). Laudibus efferuntur, qui ob singularem obedientiam atque fidem erga Deum ex veteribus aeternis praemiis digni sunt habiti (c. 9—12). Idcirco fastu superbiaque depositis nos magis iuvat obedientia Dei, quam aures praebere iis, qui aemulatione ducti turbis intestinisque seditionibus praesunt. Christus praeclarum humilitatis exemplum reliquit imitandum, quippe qui pro peccatis nostris gravissima quaeque pertulerit. Summi V. T. viri, qui pietate erga Deum excellebant, itidem Prophetae, qui divinitus afflati digni habiti sunt qui de Messia praedicerent, humillimos sese gerebant. Davidis quoque insignia humilitatis documenta exstant (c. 13—18). Tot modesti et submissi animi exempla imitemur, pacemque quaeramus Dei splendida dona atque beneficia contemplantes, quibus se clementem praebuit erga omnem creaturam. Ipse nimirum naturae ordinem fundavit, aeternisque stabilivit legibus. Itaque nos, maximis Dei beneficiis per Christum donati ornatique secundum easdem leges vitam instituamus, turbas seditionesque abhorrescentes. Soli Deo, nec tumultuum ducibus obtemperandum. Christum veneremur, cuius sanguis pro nobis datus est, praepositis non obstrepentes, iuniores ad pietatem, mulieres ad castitatem atque temperantiam cohortantes. Id nobis faciendum scriptura iubet, cui fidem in Christo habemus (c. 19—22). Qui simplici mente ad Deum perveniunt, praemia splendida iis promisit. Deus autem verax est, qui promissis stabit. Ne addubitemus, quae non iam visuntur. Sicuti in absconditis naturae recessibus Dei omnipotentia indefessim creat, quod tardius in lucem emittatur, ita nosmet erimus: plenitudo gloriae nostrae resurrectio. Pignora autem resurrectionis ac vitae futurae multa: Christus a mortuis suscitatus, diei et noctis vicissitudo, semen in humum demissum, Phoenix avis. Resurrectionis promissio iam in V. T. exstat. Hanc igitur spem futurae vitae Dei veracitas non sinit vanam reddi aut irritam (c. 23—27). Itaque cum Dei potentia omnia complectatur, nihil facere tentemus, quod ei sit contrarium. In cordis simplicitate ad eum conversi nihil agamus, nisi quod placeat patri benigno, qui nos elegit absque merito (c. 28—30). Quomodo divinam benedictionem consequi possumus? Patriarchae benedicti sunt propter fidem, itidem reges, Prophetae, sacerdotes. Sed ne quis opinetur, bonis operibus

omnino non opus esse. Immo etiam Deum imitantes opera iustitiae operemur (c. 31—33). Mercedes nobis non deerunt, neque desunt. Non alia via (fides et iustitiae opus) ad Christum perducit (c. 34—36). Nos Christi militia sumus. Militum autem exemplo comprobatur, non solum necessarios esse qui imperent, sed etiam qui obedientiam praestent. Idcirco ne ordo lege interna stabilitus pro libitu commutetur aut confundatur, iam in V. T. sacerdotum, levitarum, laicorum munere accuratius definito provisum fuit. Id exemplum Apostoli, sancti spiritus organa, imitati per singulas civitates ecclesiae regimen praesidibus et diaconis tradiderunt. Iis divinitus institutis subiecti simus. Est igitur nequitiae opus, eos loco suo semovendi (c. 37—46).

Totius Epistolae scopus atque propositum erat ad pacem componendam et obediendum adhortatio. Illius propositi mens iam usquequaque aperta est. Subiungitur admonitio, ne Corinthii obliviscantur, quae Paulus Apostolus iis de intestinis dissidiis scripserit (c. 47). Virtus nihili censenda, si non animi submissio ei coniuncta est. Erga fratres amor homines Dei Christique similes reddit. Caritate exercenda peccatorum remissionem meremur (c. 48—50). Dissidii participes, in primis eius auctores peccatorum veniam petant, et pro virili parte ad pacem restituendam contribuant. Ita grati Deo erunt acceptique. Ipsi potius poenam sibi conscisceant, exulentve, dummodo unitas repristinetur. Preces fundantur pro iis, mutua fiat admonitio, ne quis spe Christi excidat (c. 51—57).

Post trium circiter paginarum in Cod. Alexandrino lacunam sequuntur quae ad Epistolae conclusionem spectant.

2. Epistola ad Corinthios scripta est e persona ecclesiae Romanae. Quin is, qui scripsit, unus fuerit ex eius praesidibus, non dubitabit, qui c. 40—45 pensiculate perlegerit, nec quin omnino mentem Christianorum, qui Romae peregrinabantur, ubivis fideliter expresserit. Petrum et Paulum Apostolos *τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητὰς* dicit, illum laudibus extollens, huius doctrinae viam pressius sequens. Ac sunt (Tillemontius,[2]) Constantius,[3]) Venema, Schliemann aliique), qui eum ex Israelitis ortum putent, iis nimirum fulti, quae ex c. 4. 31. 55 in usum suum convertant. Verumtamen spirituali sensu ad Christianos pertinent, quae ibi de V. T. rebus personisque pie expressa leguntur. Illorum autem opinio, auctorem ex aliqua tantum parte, fortassis ex matre esse Israelitam, levioribus argumentis niti studet, quam quae mentione digna videantur. Mosaicae quidem legis non expers est, sed etiam haud ignarus mythologiae Graecorum, nec physeos aut astronomiae, aut alius scientiae libro homini scitu dignae (c. 6. 20. 25. 55). Immo etiam vbb. *ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δέσμα κτλ.* (c. 55) et *Κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν, πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐείκτως, πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελοῦσι τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντες εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεν-*

2) Mémoires II. p. 149.
3) Epp. Rom. Pont. I. p. 11. (cfr. l. c. p. 41.)

τηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ (c. 37) non obscure auctorem esse Romanum indicant.

Ea fere ex ipsa Epistola de auctore colliguntur. Iam traditionem auscultemus.

Veteres Patres Epistolae auctorem esse ‚Clementem' perhibent. Neque vero eius nomen in fronte fert, ut plerumque fit, neque alio in loco id memorat. Eusebium Epistolam, quae adhuc exstat, ante oculos habuisse, haec verba[4]) extra dubium ponunt: *Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης.* At enim vero Eusebio antiquior Hegesippus eam cognovit. Is enim, memoratis Corinthiorum dissidiis, haec subiungit:[5]) *Καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον (Κλήμεντα) τὰ τῶν Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.* Addas:[6]) *Ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστι μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ* (i. e. Hegesippo) *εἰρημένα, ἐπιλέγοντος τάδε κτλ.* Attamen ex his non liquet, num Eusebius suam an Hegesippi de Epistolae auctore testimonium proponat, quamvis Hegesippus tempore, quo Epistola missa fuit, Clementem Romae degisse distincte significet.

Irenaeus[7]) cum Hegesippo testis est, Clementem, quo tempore Epistola Corinthum missa fuit (Domitiano Imperatore), Romae vixisse. Id quomodo narratur, nos dubitare non sinit, quin ipse Clemens auctoritate apud Romanos floruerit, utpote qui ipsorum mentis interpres in conscribenda Epistola exstiterit.

Dionysius Corinthius nomine Corinthiorum ecclesiae ad Romanos scripsit octoginta fere annos, postquam Romani literas illis miserant. Eius verba apud Eusebium[8]) Clementi eam auctori luculenter tribuunt.

Cum Dionysio idem asserunt Clemens Alexandrinus[9]) et Origenes.[10])

Qui de successionis ordine Romanorum episcoporum memoriae tradiderunt, Clementem Domitiano regnante Romae degisse enarrant. Eorum chorum ducit Irenaeus,[11]) cuius notitiam Eusebius[12]) fusius explanat. Neque ab iis discrepant Epiphanius,[13]) Hieronymus[14]) et Martyrologium Clementis.

Hi dum Clementem post Petrum dicunt quartum Romanorum episcopum (siquidem secundus Linus fuit et tertius Anacletus) magnopere dissentit alia traditio Epistolae Clementis ad Iacobum, Clementinis Homiliis praefixae. Etenim Petrus ibi[15]) ipsum Clementem sibi successorem suffecit. Ei assentiuntur Tertullianus[16]) et, Hieronymo[17]) teste, Latinorum plerique.

---

4) H. E. III, 16.
5) Ap. Euseb. H. E. III, 16.
6) H. E. IV, 22.
7) Haer. III, 3.
8) H. E. IV, 23.
9) Strom. I, 339; IV, 609; VI, 778.
10) De princ. II, 3 (I, 82 ed. Ruaei); in Ezech. c. 8. (III, 422.)
11) Haer. III, 3. 3.
12) H. E. III, 13, 15.
13) Haer. XXVII, 6.
14) De vir. illustr. 15.
15) c. 2. 19.
16) De praescr. haer. c. 32.
17) L. c.

Utrique traditioni interpretandi arte conciliandae iam veteres operam navarunt. Epiphanius[18]) et Rufinus Linum et Anacletum Apostolis Petro et Paulo superstitibus ecclesiae Romanae regimen quidem tenuisse, sed Clementem a Petro, cum is mortem sibi appropinquare sentiret, episcopum fuisse factum: „Cuius rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium, sicut invenitur etiam apud Caesaream fecisse, ubi cum ipse esset praesens, Zachaeum tamen a se ordinatum habebat episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur, ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem.“[19]) Ep. Ignatii ad Mariam Cassob.[20]) et auctor prioris Pontificum catalogi (a. 354) ordinem ita constituunt: Petrus, Linus, Clemens, Anacletus. Ita Augustinus,[21]) Optatus Milev.,[22]) Constitutiones Apost.[23]) Tum circa annum 67 ecclesiae Romanae eum praefuisse statuendum esset. Alius aliam viam ingressus est ad hancce discrepantiam componendam. Sed coniectari pauca quaedam possunt reapse verisimilia, id quidem *παχυμερέστερον*, nullo scientiarum fundo concepta, immo fusa, et vaga, et arbitraria, qualis longinqua mentis oculorum acies est, per intervalla media caligantium.

At vero cum illam traditionem, Clementem Petro successisse non ante, quam Homiliae aut Recognitiones evulgatae fuerint, inter veteres Christianos exstitisse solidis argumentis demonstrari queat, cavendum ne antiquiorem illam leviter derelinquamus. Nimirum Homiliarum aut Recognitionum auctor ob nullam aliam rationem ex Caesarea prosapia[24]) Clementem finxisse videtur, quam ut tantus vir credatur in Petri consortio fuisse. Credibile autem est, in usum suum convertisse eum Flavii Clementis Consulis nomen, quem Domitianus interemit, fortassis ob nimium rei christianae studium.[25]) Sive autem ex traditione, sive ex historia huncce Flavium Clementem fuisse illum heroem Recognitionum comperit, haud levi argumento id comprobat, Clementem episcopum Domitiano regnante vixisse. Indoles autem eius, qui Epistolam ad Corinthios nomine Romanae ecclesiae scripserit, Clementis istius, qualem literis graecis eruditum sparsim et intercise ex Homiliis et Recognitionibus scimus, persimilis est. Ita sane primo obtutu videtur. Et ut reliqua omittam, ad ea rettulisse sufficiat, quae de animi immortalitate Hom. I, 1 sqq. rimabatur, et quae leguntur in Ep. ad Cor. c. 24—27. Doctrinam quoque utrobivis propositam cum ii, qui ex Ethnicis, tum ex Iudaeis ad Christianismum venerant, absque conscientiae sollicitudine amplecti potuerunt. Paulinismus videlicet et Petrinismus, qui dicitur, sub primi saeculi finem magnopere mitigatus exstitit, asperitate utriusque

18) Haer. XXVII, 6.

19) Praef. ad Recogn. Gaudentium ed. Gersdorf, Lipsiae 1838. p. 2.

20) c. 4.

21) Ep. 43. ed. Venet. (II, 120).

22) De schism. Donat. II, 3.

23) VII, 46.

24) Recogn. VII, 8. Hom. IV, 7.

25) Cfr. Sueton. Domit. 15.; Cassius Dio ap. Xiphilinum Ξ΄. 14; Euseb. H. E. III, 18.; Nicephor. H. E. II, 35.; III, 18.

inde iam remissa atque relaxata. Hierarchiae specimen simile est in Ep. ad Iacobum ac Ep. ad Corinthios, temporum quidem colore utrobivis distinctum.

Est in Hermae Pastore locus ita conceptus:[26]) „Scribe ergo duos libellos, et mittes unum Clementi, et unum Graptae. Mittet autem Clemens in exteras civitates; illi enim permissum est.“ Ac ea verba huncce Clementem, qui ab auctore Epistolae ad Corinthios temporis ratione habita vix distat, fuisse unum ex ecclesiae praesidibus seu presbyteris, non episcopum strictiori verbi sensu, luculenter ostendunt. Quo quidem Clemente ipse Hermas, ex fidelium numero unus, non minori dignitate imbutus apparet, electus quippe, ut qui divinae voluntatis coram fidelibus sit interpres.

Is igitur Clemens Epistolam scripsisse videtur, aut suis auspiciis scribendam curasse: id quod nil rei mutat. Fuisse eum unum ex Apostolorum discipulis, ut Irenaeus[27]) reliquit, aut Apostolum, ut scripsit Clemens Alex.[28]), aut teste Hieronymo[29]) Apostolicum virum, id certe non liquet. Ex indole ipsius Epistolae eiuscemodi epitheta illos hausisse credibile est, cum ipse nullibi consuetudine alicuius Apostoli se usum fuisse dicat. Eusebius[30]) eum anno duodecimo Domitiano Imperatore sive a. 92. aerae christianae Anacleto successisse narrat.

De eius exitu vitae, vel martyrio[31]) ultima capita Epitomes de gestis Petri vera cum falsis ita permixta venditant, ut historia a fabulis vixdum distingui queat. Plus fidei habendum videtur Eusebio[32]) et Hieronymo,[33]) tertio Traiani Imperatoris anno, cum Evarestus successisset, vita eum esse defunctum tradentibus.

Nonnisi mentionem faciamus eorum opinionis, qui Clementem Romanum esse dicunt illum, quem Paulus Ap. in Ep. ad Philipp. IV, 3. laudibus effert. Oriundam esse eam, quae a variis veterum Patrum tradita est, ex interpretatione loci laudati parum accurata, iam satis a viris doctis demonstratum est. Proinde quae ab aliis dicta sunt contra eam, heic repetere supersedeamus[34]).

3. Fuerunt tamen [Io. Tolandus[35]), Salig[36]), Voetius[37]), Schwegler[38]), Baurius[39])], qui authentiam Epistolae addubitarent, aut non eam esse putarent, quam a veteribus laudatam habemus. Sed isti male opus suum inaugurarunt. Etenim iam Polycarpus ea usus fuisse videtur, verba in Ep. ad Philipp. c. 4. 9. 7. 2. 2. 4., ex Ep. ad Cor. c. 1. 5. 7. 9. 13. 21. transferens. Idem dicendum est de Irenaeo,

---

26) Vis. II, 4.
27) Haer. 3, 3.
28) Strom. IV 17. p. 609.
29) In Isai. 52.
30) H. E. III, 15.
31) Rufinus et Zosimus eum appellant martyrem. (Cfr. Lumper, historia theologico-critica, I. p. 16.)
32) H. E. III, 34.
33) Catal. vir. ill. c. 15.
34) Cfr. Gieseler Lehrb. d. Kirchengesch. I, 121., Guerike Handb. d. K. G. I, 167., Lipsius, de Clementis Romani Epistola ad Corinthios priore disquisitio, Lipsiae 1855. p. 167.
35) Catal. libb. Christo et Apostolis adscriptorum c. 18. T. I. opp. p. 392.
36) De diptychis veterum c. 3. §. 4, p. 39. Cfr. Mosheim instit. maiores p. 213.
37) Select. Disput. P. I. p. 103. Cfr. Grabe, Spicileg. T. I. p. 260.
38) Nachapostol. Zeitalter, T. II. p. 125 sqq.
39) Die ignatian. Briefe u. ihr neuester Kritiker, Tubg. 1848. p. 127 sqq.

Clemente Alex., Origene, Eusebio, Cyrillo Hier., Epiphanio, Hieronymo, quorum locos fusius expressos habes in Hefelii Prolegg. ad PP. App. p. XXIV. ed. IV. Authentiae defensores desuper exstiterunt Bunsen[40]), Ritschl[41]) et alii. Nonnulla apud veteres Patres, ut apud Basilium Lib. de spiritu sancto c. 29., n. 72. T. III. p. 61. ed. B. B. ex Clementis Ep. referuntur, quae hodie desiderantur. Unde alia dubia contra authentiam eius exorta sunt. Sed qui meminerit non parvae istius lacunae, quae Epistolae caput 57. in Codice unico excipit, minimi ea faciet, praesertim cum ii loci, qui innotuerunt ad unum omnes ad Epistolae finem pertinere videantur.

4. Quae Hier. Bignonius a. 1633, cum Epistola primum a Patr. Iunio esset vulgata, contra integritatem eius dubia movit, confutata iam ea fuerunt ab Hug. Grotio[42]). Ed. Bernardus, et Clericus in utraque PP. App. Coteleriana ed. (1698=1700, et 1724.) opinabantur, Clementem Alex. esse auctorem omnium illorum locorum, qui aut iisdem aut similibus verbis passim in nostra Epistola et quarto Stromatum libro confecti occurrunt. Respondit eis Wottonus[43]): ‚Irriti tamen sunt huius conatus. Qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut male fide agit. Eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium, qui a Clemente Alexandrino usquam citantur scriptorum. Nemo enim Patrum maiore licentia usus est in citandis authoribus, sive sacris, sive ethnicis; cum ei in more sit, non integra authorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare.‘

Aliquam veritatis speciem prae se ferunt, quae Laur. Moshemius[44]) ad eundem finem disserit: ‚Priora decem capita quaedam habent vestigia manus fallacis, sed non ita multa: persequitur auctor constanter consilium suum. At capite XI et XII ad fidem et hospitalitatem commendandam accedit, in quo nulla plane apparet cohaerentia cum praecedentibus. Quocirca parum abest, quin haec capita existimem intrusa esse. Redit ad institutum Clemens capite XIII, et in eo pergit ad c. XXII. Hoc vero capite repente, nulla ipsum ratione invitante, ad argumentum longe aliud properat, ad resurrectionem corporum mortuorum, de qua ad caput usque XXVIII disserit. Capite XXVIII instituti sui recordari videtur iterum; atque huius capitis initium bene concinit fini capitis XXI, difficillime vero cum exitu capitis XXVII iungi potest. Quapropter quae de cadaverum in vitam reditu praecipiuntur sex capitibus, subiecta videntur esse Clementi . . . Neque melius existimo de capitibus XL—XLV et de capite LV, quibus ea legas, quae nulli potuerunt in mentem venire nisi homini, rei, quam agit, prorsus immemori.‘ Cui Hefelius[45]):

α) „Capp. XI et XII epistolae nostrae cum antecedentibus bene

40) Ignatius v. A. und seine Zeit. p. 189 sq.

41) Entstehung der altkathol. Kirche. Bonn 1850. p. 282.

42) Cfr. Patr. App. ed. Cleric. 1721. T. I. p. 133 sqq.

43) Comment. ad I Clem. c. 9

44) Instit. hist chr. maiores p. 214. sqq.

45) Prolegg. p. XXX.

cohaerent, quippe quae eandem cum his materiam tractent, „invidiae“ Corinthiorum exemplo „hospitalitatis,“ pietatis et fidei opponant, simulque poenas „dissensionis“ (c. XI) ostendant.“

β) „Nec capita XXIII—XXVIII a consilio Clementis remota sunt. Resurrectionis enim Clemens aut ideo meminit, quia, teste I Cor. 15, 12., nonnulli Corinthiorum resurrectionem mortuorum negabant; aut ideo, ut ea, quae Noster c. 21. et 22. de poenis improborum dixerat, probarentur.“

γ) „Capita XL—XLV aperte id agunt, ut Corinthios, contra clerum rebellantes, ad concordiam et subiectionem revocarent. Optime igitur consilio Clementis respondent, simulque arctissime cum capitibus 37 et 38 cohaerent.“

δ) „Caput denique LV nil nisi exempla eius charitatis profert, de qua capite antecedenti verba fiebant.“

ε) „Porro nonnulla capita, Moshemio displicentia, iam a veteribus laudantur et citantur, e. g. c. LV ab Origene in Ioann. I, 29; c. XXV a Cyrillo Hieros. Catech. 18, 8.“

ζ) „Omnia capita in dubium vocata in antiquissimo illo codice Alexandrino reperiuntur.“

η) „Quum epistola Clementis publice in ecclesiis praelegeretur, vix fieri poterat, ut ab homine improbo foedaretur.‘

ϑ) „Styli ac orationis diversitas nullibi in epistola nostra est reperienda.“

5. Wottonus[46]) perfusius explicat, quae in prima Clementis Epistola apostolico viro omnino digna inveniantur, et Grotius[47]) christianae antiquitatis vestigia eius extollit.

6. Epistolam scriptam esse post aliquam persecutionem, c. 1. declarat. Iam „Cotelerius“ persuasum habebat, eam Domitiano regnante (anno 96 vel 97) fuisse missam; post Neronianam (anno 68) Grabius, Pagius, Orsius, Wottonus, Gallandius aliique, ob erroneam quippe opinionem, esse Epistolae auctorem Clementem illum, de quo sermo fit Philipp. IV, 3. At enim vero verba illa c. 1. *Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις* persecutionis indolem denotant, quae post aliquod intervallum iterum incruisse videtur: id quod non convenit in Neroneanam, sed de calamitatibus opportune dici potuit, quae Christianis Domitiano regnante supervenerunt.

Totius Epistolae internam oeconomiam docte explicavit Richi Lipsius in libello, cui titulus, De Clementis Romani Epistola ad Corinthios priore disquisitio, Lipsiae 1855.

7. Apud Eusebium[48]) legimus: *Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ* (Dionysi. ad Romanos epistola) *καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν*

46) Praef. p. CCVI.
47) Ep. ad Bignonium, ap. Coteler., ed. PP. App. (a. 1724.) T. I. p. 134.
48) H. E. IV, 23.

ἐπιστολήν· ἣν ἔξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ὑμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. Cavendum ne altera secunda, quae dicitur Clementis Epistola heic intelligatur. Opponitur quippe *προτέραν* illud, quod de prima nostra Epistola dictum est alii cuidam Epistolae (Soteris supra memorati?). Ex canone Apostolorum numero 85 insignito Gallandius[49]) frustra conatus est, ‚secundae,' quae vocatur, ‚Clementis Epistolae' auctoritatem propagare, quam saeculo tertio obtinuisse putat. Canonem enim illum saeculo quinto exeunte confectum esse iis probabile fit, quae exposuit S. de Drey in Neue Untersuchungen über die Constitutionen und Canones der Apostel. Tübingen 1832. p. 370. 377. 445.

Sed iam Eusebius[50]) de ea haec reliquit: *Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν.* Sequiori tempore alii quoque, Eusebio duce, Clementem eius auctorem nuncupant. Quo magis mirandum, quod Hieronymus[51]) „Fertur et secunda eius nomine epistola, quae a veteribus reprobatur" et saec. IX. Photius Patriarcha[52]) *Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς* (Corinthios) *ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται* affirmarunt.

Quod Patrum antiquissimi de ea silent, id nonnulli nimii quanti ponderis perperam esse censuerunt; nam e silentio cautius argumentandum. Quae Hieronymus et Photius referunt, certe eiusmodi sunt, quae eam reddant suspectam. Addas, quod neque continentem sermonis seriem, neque consequentem sententiarum nexum servat. Summa dicendi rationis disparilitas, capitis 23 primae in c. 11 secundae Epistolae repetitio, salutandi formula desiderata, Homiliam potius quam Epistolam olere eam facit[53]). Qui Cotelerio[54]) praeeunte nihilominus Clementi eam auctori tribuunt, desideria ii potius, quam argumenta in campo posuerunt. Quod Hilgenfeld[55]) monet, oppugnari per eam non Ebionitas, sed Gnosticos (c. 9), quales Marco Aurelio imperante et Christianos persequente in Christi gregem zizania seminarent, recte id mentem propositi auctoris aperit.

8. Utraque Epistola ad nos pervenit unico libro manu scripto servata. Codex quippe antiquissimus, quem Cyrillus Lucaris Patriarcha prius Alexandrinus, tum Constantinopolitanus Carolo I. Anglorum regi a. 1628 dono misit[56]), in calce post Ioannis Apocalypsin primam, et fragmentum secundae, quae dicitur Clementis Epistolae exhibet, deinde librum Psalmorum. Membranae tamen tineis obesae et temporum iniuria lacerae permultis in locis hiabant. Proinde „Patricius Iunius" lacunas prioris Epistolae coniectando explevit, minio rubro sua notans, eam latine vertit, cumque secundae fragmento primus edidit Oxonii

49) Bibl. Veter. PP. T. I. Proleg. p. XV.
50) H. E. III, 38.
51) Catal. script. Eccl. c. 15.
52) Bibl. Cod. 113.
53) Cfr. Wott. l. c. Praef. p. CCVI. Morini Exercit. Biblic. lib. I. c. 5. 5. 9. Exercit. 9. Grabii Spicileg. T. I. p. 268.
54) In editionis PP. App. a. 1672. T. II. Notis p. 104.
55) Die Apost. Väter p. 115 sqq.
56) Cfr. Woide, Praef. ad editionem Codicis Alexandrini p. III, p. 15. et Tüb. theol. Quartalschrift, 1843. p. 583.

1633. Post eum „Ioach. Maderus“ lacunis literas minusculas substituit Helmestadii 1654, „Io. Bapt. Cotelerius“ textum in capita divisit, novaque versione latine donavit et Iunii coniecturas uncinis distinxit Luteciae Parisiorum 1672. Textum hic illic a Iunio parum fideliter transcriptum emendavit correxitque „Wottonus,“ eumque publicavit Cantabrigiae a. 1718. Codicem Alexandrinum denuo contulit „G. Iacobsonus,“ et quae hinc emendavit in ed. Patrum Apostololicorum „S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, Patrum Apostolicorum, quae supersunt. Accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi Martyria. Ad fidem Codicum recensuit, annotationibus variorum et suis illustravit, indicibus instruxit“ Oxonii 1838, iterumque 1840 publici iuris fecit. Ipse eorum numerum, qui primam et secundam, quae vocatur Clementis Epistolam, typis ediderunt, fusius recensuit in Prolegg. p. LX sqq.

In commentario citabimus italas versiones duas: 1) Lettere di S. Clemente Papa I tradotte dal Greco e dal Siriaco da D. Gio. Battista Gallicciolli. In Venezia 1798. — 2) Lettera di S. Clemente Primo Papa e Martire ai Corinti col testo a fronte volgarizzata e corredata di note critiche e filologiche e di una dissertazione proemiale dall' abbate A. L. Graziani. Roma 1832.

III.

IGNATIUS.

In Bibliothecae Vaticanae Codice Regio 81 (saec. IX) et Palatino 150 (saec. XIV) Ignatii Epp. versionem latinam apostrophe excipit ita inscripta: „Incipit laus hyronis discipuli eius in eum: qui ei successerat in episcopatu.“ Verba autem haec sunt: „Sacerdos et assertor[1]) sapientissimi Dei, Ignati, immaculata stola indute[2]), perenni fonte saturate, cum angelis laudem canens, primogeniti certe amice, a peccatis liberate, a diabolo separate: agonista constitutus in stadio veritatis, adquisisti pretiosam salutem, confudisti Traianum et Senatum Romae, prudentiam tunc[3] non habentem; domesticus factus es Christo in dilectione, et[4]) fide et vita. Memor esto mei, filii tui Hyronis, ut et ego de hac vita exiens sancte sanctis connumerer, et dignum nomen merear adipisci, et de iniusta statione atque a Deo aliena extraneus inveniar[6]). Ter quaterque beate, qui ad talia pervenisti, pater Ignati, currus Israel et auriga[7]) eius: evasisti mortem fugiendo, et de terris ad caelestia evolasti, coronam deificam et magnam meruisti, et

---

Ign. 1) *assessor* Reg.
2) *inducte* Reg.
3) *nunc* Reg.
4) *et* om. Pal.
5) *hironis* Reg.
6) *atque adeo alienus inveniar* Reg.
7) *equester* Pal.

in amabili Dei agone vicisti. Memento eius, quem nutristi, beate martyr, et praesta mihi colloquium, sicut et[8]) prius faciebas[9])."

1. Ex tribus illis[10]), qui Ignatii nomine appellati priscis temporibus vitae sanctitate eminebant, de episcopo Antiocheno hic agitur.

In Martyrio ap. Symeonem Metaph. c. 1. et in Menaeis graecis ap. Bollandum[11]) traditur, Ignatium fuisse tenellum illum, quem suis Salvator manibus elatum, simplicitatem atque integritatem commendaturus Apostolis exhibuerit[12]). Cuius narrationis origo atque principium fuisse videtur erronea scribendi ratio epitheti Θεόφορος pro Θεοφόρος, quod in Epistolis saepius occurrit. E quibus et quonam loco oriundus fuerit, non constat: unde alius alia coniectando accumulavit sine iudicii negotio, quamvis cum securitate multa atque profunda. Gregorius Abulpharagius eum „Nuraniensem"[13]) nuncupat, quod de Nura Sardiniae insulae, aut Cappadociae intelligunt. Tillemontius Syrum origine potius, quam Graecum fuisse eum putat. Alius[14]) id nomen de igne capit, Ignatium idem quod „igneum" dicens.

Auctor Actorum Martyrii Ignatii c. 1. 3. (a Ruinarto primum ed.) et Metaphrastes c. 2. cum nonnullis veterum[15]) adseverant, usum eum fuisse Ioannis Apostoli consuetudine simul cum Polycarpo. Etiam eum a Petro Ap. edoctum scribit Gregorius Magnus.[16]) Antiochiae autem metropolis, unde christianum nomen nuper exortum fuerat, Ignatius constitutus est praesul, utrum primus, an secundus ambiguum; neque Petrusne an Paulus eum ordinarit, pro certo habemus. Constitutionum App. VII, 46 auctor Evodium a Petro Antiochenae ecclesiae praefectum scribit; Hieronymus:[17]) „Ignatius Antiochenae Ecclesiae tertius post Petrum Apostolum Episcopus." Idem successionis ordo ap. Nicephorum[18]) et Metaph. in Actis Mart. c. 1 et in nostris ex Cod. Vat. 866 editis. Sed idem Auctor Constitutionum l. c. Ignatium a Paulo eiusdem ecclesiae praesidem constitutum exhibet; a Petro id factum fuisse contendit Chrysostomus.[19]) Secundum Theodoreti[20]) opinionem Ignatius Petro successit. Ut prioris traditionis discrepantiam conciliarent, Evodium nonnulli a Petro constitutum, ipsomet vivente putant mortuum esse, ac Ignatium, qui Evodio succederet, ab Apostolo ordinatum. Alia litis dirimendae via a Baronio,[21]) etiam a Natali Alexandro[22]) indicatur, quippe qui propter

8) *sicuti* p. *sicut et* Reg.

9) *solebas* (subnotatum) *faciebas* Reg. Cfr. Baronii Ann. ad annum 110. (Tom. II. p. 46.)

10) Cypr. Ep. IV, 5. Cedren. Hist. Compend. p. 452. ed. Xylandri, Basileae 1566. Zonar. Annal. III. p. 130. Editio Basileae 1557. Cfr. Baron. Martyrolog. ad diem Octobris 23.

11) Acta SS. T. I. Febr. ad diem 1.

12) Matth. 18, 3. 4.

13) Dynastiarum historia, Dynast. VII. p. 119. interprete Pocockio: *Ignatium Nuraniensem, episcopum Antiochenum, qui ad leones coniectus, ab iis discerptus est.* Cfr. Grabe.

14) Cfr. Denzinger über d. Ächtheit des bisherigen Textes der Ignatianischen Briefe. Würzburg 1849. p. 8.

15) Eusebius in Chron. a divo Hieronymo latine vulgato ad A. 11. Traiani.

16) Ep. 37. ad Anastasium Antioch. Apud Lumperum l. c. p. 246.

17) De Script. Eccl. c. 16.

18) Chronograph. ed. I. Scaliger Lugd. Batav. 1606. p. 315.

19) Hom. in S. Ignat. Mart. c. 4. p. 597. T. II.

20) Dialog. I. p. 49. T. IV.

21) Ann. 45, 14 et 71, 11.

22) Sec. I. Diss. 14. Prop. 1.

Iudaeorum et Graecorum contentionem Evodium Ignatiumque simul Antiochenae ecclesiae (alterum Iudaeis, alterum Ethnicis) praefuisse opinentur, qua tandem sopita Ignatium Evodio cessisse, postque obitum eius iterum, idque solum rexisse.

Eo munere Ignatium singulari cum cura functum esse, Acta eius Martyrii satis declarant.[23]) Eadem tradunt, a Traiano Imperatore Armenis et Parthis bellum illaturo, cum Antiochiae moraretur, Ignatium ob nimium Christi zelum ad bestias damnatum, et ad ultimum supplicium subeundum Romam missum. Quae navis militari cum custodia ipsum vehebat, Smyrnam appulit, ubi Polycarpum episcopum legatosque vicinarum ecclesiarum visere ac salutare contigit. Hinc Christi fidelibus Ephesum, Magnesiam, Tralles et Romam literas misit.

Inde Romam petens Troadem advectus est, unde Philippensibus, Smyrnaeis et Polycarpo literas misit. Abducitur Neapolim, Philippos, et Macedonia peragrata Epidamni (Dyrrhachii) navem ascendit, et Adriatico mari percurso in Tyrrhenum cum custodia ingressus est. Cum Puteolos adpellerent, ipse navem derelinquere, et Pauli Apostoli exemplo iamiam Romam pergere desiderabat. Sed tempestate oborta in altum maris pulsis id oppidum erat praetereundum. Ingreditur Portum Romanum, ubi fratres Romae salutatum pervenerant. Unde a custodibus in Urbem perductus, in amphitheatro a duobus leonibus dilaniatus est, reliquiae a fidelibus collectae Roma Antiochiam perlatae.

Eadem acta tradunt,[24]) Ignatium martyrii corona coronatum esse decimo anno Traiani, id est 20 men. Decembris a. 107. Quod cum minus respondeat historiae monumentis, ipsisque actis hic illic interpolatoris manus haud dubie vulnera inflixerit, alii aliam conciliandi modum tentarunt. Sed ni fallor, operam et oleum, ut aiunt, perdiderunt. Namque cum constet, Traianum Imperatorem a. 114 in Asiam transmisisse, arma contra Armenos et Parthos moturum, Antiochiae hiemasse, expeditionemque subsequenti anno initiasse, in primis iam G. Lloydius,[25]) Pearsonus,[26]) Pagius,[27]) Grabius,[28]) Norisius,[29]) J. Eckhel,[30]) numismaticorum facile princeps, et nuper H. Francke,[31]) statuerunt, Ignatium a Traiano a. 115 condemnatum esse, hiberna Antiochiae ponente. Tum anno duodevicesimo illius imperii martyrem obiisse dicendum: id quod parum quadrat ad tempus in Actis indicatum. Qui iis fidem habendum censent, duplicem Traiani contra Armenos et Parthos expeditionem, id quidem absque certis firmisve historiae testibus creant. Ex eorum numero sunt Tillemon-

23) c. 1.

24) c. 2. 7.

25) Cfr. Grabe, Spicileg. T. II. p. 22.

26) In dissertatione posthuma de anno, quo S. Ignatius a Traiano Antiochiae ad bestias erat condemnatus. Apud Smithium et Iacobsonum (T. II. p. 524 sqq. edit. II.).

27) Pagi, Critica in Annales Baronii, ad ann. 107. n. 3—6.

28) Grabe, Spicileg. T. II. p. 22.

29) Noris, epistola consularis, in T. II. Opp. omnium, ed. Baller. p. 927.

30) Doctrina numorum veterum, P. II. Vol. VI. p. 450 sqq. Vindob. 1796.

31) Francke zur Geschichte Trajans, Güstrow, 1837. p. 253 sqq.

tius[32]) et E. Corsinus,[33]) quos confutavit Eckhel in Doctrina numorum veterum P. II. Vol. VI. Vindob. 1796 p. 448—454. Mihi quidem opportunum in hac dissensione remedium acta porrigere videntur, quae ex Cod. Vat. 866 nunc primum graece prodierunt. Sic autem exordiuntur *Ἐν ἔτει πέμπτῳ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ καίσαρος καὶ δευτέρῳ ἔτει ἐνυπατίας Ἀττήκου καὶ Σουρβίνου καὶ Μαρκέλλου Ἰγνάτιος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας δεύτερος μετὰ τοὺς ἀποστόλους γενόμενος — Εὐόδιον γὰρ διεδέξατο μετὰ ἐπιμελεστάτης φρουροφυλακῆς — ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν παρεπέμφθη τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἕνεκα μαρτυρίας.* Tacent prorsus de Ignatio, a Traiano Imperatore Antiochiae condemnato, cum capitale eius iudicium coram Traiano et Senatu Romae actum referant.

2. Qui apud veteres Patres occurrunt loci Ignatiani citati, quamvis iidem sint, verbis sententiisque haud raro mirum in modum differunt. Quae ad nos pervenerunt nomine eius Epistolae, si tres illas (duas ad Ioannem Ap., ad B. Mariam unam) excipias latino sermone confectas, itidem quinque graecas (ad Mariam Cassobolitem, Tarsenses, Philippenses, Antiochenos, Heronem), quae suppositiae habentur,[34]) septem supersunt ad easdem quidem ecclesias graece scriptae, sed ita inter se discrepantes, ut alterae alterarum archetypon videri possint. Eae sunt ad Ephesios, Magnesios, Trallianos, Romanos, Philadelphenses, Smyrnaeos, Polycarpum. Breviori exemplari prolixius posthabendum, critici, quod scio, paene omnes ratum habent. Quae Carolus Meier[35]) in campum emisit argumenta, quibus breviores epitomatoris opus ex prolixioribus probaret, nullius sunt, et ab aliis iam refutata.[36]) Sed quamvis breviorem prolixiori recensioni praeferendam et nos putemus, ingenue tamen confitemur, nunquam nos dubitasse, quin utrique recensioni interpolator vulnera inflixerit. Immo quo longius studio earum occupati, eo firmius cum aliis[37]) id nobis persuasit *τὸ ἐντὸς βλέπειν καὶ φυσιογνωμονεῖν* res ibi tractatas ac modus eas pertractandi.

3. Haud pauci veterum testantur, plures Ignatium scripsisse epistolas. In medium prodeant:

a) Polycarpus ad Philipp. c. 13 (ap. Euseb. H. E. III, 36):[38]) *Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ*

32) Hist. des Emper. T. II. N. 17. sur Trajan. Idem, Mémoires pour servir etc. T. II. p. 195. et Not. 10. p. 583.

33) Galland. Biblioth. T. I. Proleg. p. LXI sq.

34) Cfr. Iudicia de S. Ignatii Epistolis ex I. Pearsoni Vindiciis Ignatianis excerpta et e Russeliana in ed. Iacobsonianam translata T. I. p. XXV sqq.

35) In Ullmanni Studien u. Kritiken 1836. p. 340 sqq.

36) Cfr. Hefele Prolegg. de septem Ign. Epp. (II).

37) Schmidt Versuch über die gedoppelte Recension der Briefe des Ignatius, in: Henecke, Magazin für Relig. u. Philosophie. T. III. p. 91 sqq. Opinioni suae Schmidtius postea minime remisit (Kirch. Gesch. T. I. p. 209 sq.), Netzius in Ullmann, Studien und Krit. 1835. p. 881 sqq., cfr. Hase, Kirchengesch. p. 70. ed. V.

38) Cfr. Pearson. Vindiciae P. I. c. 5. et Uhlhorn l. c. p. 276.

ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

b) Etiam acta martyrii Codicis Vat. 866 sub finem asserunt: *καὶ Πολύκαρπος δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῆς Σμυρναίων παροικίας τούτων* (i. e. *ἐπιστολῶν*) *μνημονεύει λέγων κτλ.* Magistro distinctius tradidit Irenaeus,[39]) ex Ignatii Ep. ad Rom. c. 4 haec referens: *Ὡς εἶπέ τις τῶν ἡμετέρων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία· „ὅτι σῖτός εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ.“*

Eadem fere acta martyrii Codicis Vat. 866: *Οἶδεν δὲ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνου ἐπίσκοπος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μνημονεύει λέγων οὕτως· εἴρηκέ τις τῶν ἡμετέρων διὰ τὴν πρὸς θεοῦ μαρτυρίαν παραδοθεὶς εἰς θηρία, ὅτι σῖτός εἰμι τοῦ θεοῦ μου, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος γένωμαι.*

De ipsa Polycarpi Ep. ad Philipp. idem Irenaeus:[40]) *Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη κτλ.*

c) Lucianus Samosatenus, Christianorum ille irrisor, in dialogo „de morte Peregrini“ haud ambiguis verbis Ignatium perstrinxisse videtur.[41]) Peregrinus §. 1. 42 *κακοδαίμων* est, ut Ignatius in Mart. c. 2. Episcopus est Peregrinus §. 11, distinctius §. 18: *ἐν Συρίᾳ δεθέντα.* Christianos captivo suo stipendia misisse adfirmat §. 13, quae narratio illinc exorta videtur, quod ecclesiae Ignatii itineri vicinae fideles ablegarunt, ei ob passionem congratulaturos. Luciani autem verba: *φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς διαπέμψαι αὐτὸν ... καί τινας ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς τῶν ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους καὶ νερτεροδρόμους προσαγορεύσας* (§. 41) e scriptoris calamo exisse videntur, qui Ignatii Ep. ad Smyrn. c. 11 et Polyc. c. 7 ante oculos habuerit.

d) Origenes (Proleg. in Cant. Canticor.[42]) ex Ep. Ignatii ad Rom. c. 7 transcripsit haec: „Memini aliquem sanctorum dixisse, Ignatium nomine, de Christo: „Meus autem amor cruxifixus est.“

e) Eusebius (H. E. III. 34)[43]) de Ignatii itinere et variis eius Epistolis disserens, ex illa ad Rom. c. 5. et ad Smyrn. c. 3 nonnulla exscripsit: *Ὅ τε παρὰ πλείστοις εἰσέτι νῦν διαβόητος Ἰγνάτιος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς, δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. Λόγος δ' ἔχει, τοῦτον ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν .....*

---

39) Adv. haer. V, 28. Apud Euseb. H. E. III, 36.

40) Adv. haer. III, 3. Apud Euseb. H. E. IV, 14.

41) Cfr. Pearson. Vindic. P. I. c. 2.; Düsterdieck l. c. p. 48.

42) Cfr. Pearson. Vindic. P. I. c. 7.

43) Cfr. Pearson. Vindic. P. I. c. 8.

Οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται· καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην, ἧς ἄρχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστορεῖ. Πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει· ἣ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου, τῆς ποθουμένης αὐτὸν ἀποστερήσαιεν ἐλπίδος. Iam sequuntur, quae capiti 5 Epistolae ad Rom., eique brevioris exempli ad amussim respondent. Post ea: *Ἤδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν.* Quibus enunciatis Eusebius Epistolae ad Smyrn. c. 3 brevioris recensionis dimidium adiungit: *Ἐγὼ γὰρ ..... καὶ ἐπίστευσαν.*

f) Athanasius quoque (de syn. Arim. et Seleuc. n. 47)[44]) testis est, utpote qui Ignatii Epistolas ad manus habuerit. Nam ex Ep. ad Ephes. c. 7 nonnulla in hisce eius sunt: *Ἰγνάτιος οὖν, ὁ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους ἐν Ἀντιοχείᾳ καταξιωθεὶς ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ γενόμενος, γράφων περὶ τοῦ Κυρίου, εἴρηκεν·* „*εἷς ἰατρός ἐστι, σαρκικὸς καὶ πνευματικός, γενητὸς καὶ ἀγένητος, ἐν ἀνθρώπῳ Θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ.*“

g) Hieronymus (De viris illustr. c. 16) duce Eusebio tradidit: „Ignatius, Antiochenae ecclesiae tertius post Petrum Apostolum episcopus, commovente persecutionem Traiano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Quumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Ioannis, episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos; et inde egrediens scripsit ad Philadelpheos et ad Smyrnaeos, et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiam; in qua et de Evangelio, quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium, dicens“ (ad Smyrn. c. 3): „Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi, et credo, quia sit. Et quando venit ad Petrum, et ad eos, qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, et videte, quia non sum daemonium incorporale. Et statim tetigerunt eum et crediderunt.“ „Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola eius, quam ad Romanos“ (c. V.) „scribit, pauca ponere.“ „De Syria usque,“ etc. etc. „Quumque iam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, quum rugientes audiret leones, ait:“ „frumentum Christi sum, den-

44) Cfr. Pearson. Vindic. P. I. c. 8.

tibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar." (Ex Ep. ad Rom. c. IV.) „Passus est anno undecimo Traiani."

Cfr. de Hieronymi et sequioris temporis scriptorum testimoniis, quae Pearsonus congessit in Vindic. P. I c. 2. 9.

4. Neutram Epp. Ignatianarum recensionem nobis videri immunem, supra (3) iam innuimus. Ars critica in eiuscemodi rebus non requirit, ut exponas sciendi copiam, neque eget ista opinionis praedilectae suffragiorum cominus eminusque in auxilium advocatorum colluvie. Indiget vero prae caeteris omnibus aperta lectoris mente ingenuaque interpretatione. Quam qui secum adfert ad Ignatianas Epistolas legendas, quales graece exstant, centies offendetur exuberantia singulorum verborum et mandatorum cuiusvis generis. Est quidem Ignatii mens christianae charitatis fervore simillima ardoris illius, qui graphice distinguit Paulum Apostolum, est ipse Asiae filius; sed ne hinc quidem ea, quae apostolicae simplicitatis scriptori obiiciuntur, excusari possunt omnia. Idcirco Ignatii Epistolas, quales ad nostra usque tempora pervenerunt, vix omni ex parte eaedem sunt, quas Philippensibus Polycarpus c. 13 commendat. Tabulam pictam eas dixerim antiquissimi auctoris, manibus non semper piis resartam, passim non absque propriae mentis proposito: id quidem non ad systema episcopale procreandum, sed ad creatum commendandum. Unde fit, ut dicendi ratio oleat Curiae stylum, quae mandat, ordinat, imperat — novum profecto loquendi genus, quo aevo Ignatius vixit, ab ecclesiastica diplomatia videlicet alienissimum.

5. Variant viri docti de eo, quantum genuini, quantum supposititii in ipsis asservetur. Salmasius, Blondellus, imprimis Ioan. Dallaeus (Daillé), viri mira sagacitate atque doctrinae copia praediti, authentiam earum primi addubitarunt. Dallaeus igitur a. 1666 id fecit in libro: „de scriptis, quae sub Dionysii Areopagitae et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur." Contra surrexit Ioan. Pearsonus cum suis „Vindiciis Ignatianis", Cantabrigiae 1672, in Clerici edd. PP. App. (a. 1698, 1700, 1724) Tom. sec. receptis, et nuper ab Ed. Cureton Oxonii 1852 (2 Vol. 8) repetitis: „Vindiciae Epistolarum S. Ignatii, auctore Ioanne Pearson Episcopo Cestriensi. Editio nova annotationibus et praefatione ad hodiernum controversiae statum accommodata."

Sed Pearsoni „Vindiciae" applausu virorum doctorum non ubivis gaudebant. Impugnarunt eas Matth. Larroquanus, Sam. Basnagius, Casim. Oudinus aliique, respondentibus ex altera parte Nic. Nourrius[45]), Remi Ceillier[46]), Thom. M. Mamachius[47]), Lumperus[48]), omnes traditionis auctoritatem nimium quantum venerantes, aut potius pro suo captu internum eius significatum definientes. De integritate dubia moverunt etiam Neander[49]) et Netzius[50]). Nostro tempore Baurius[51]),

45) Apparat. ad Biblioth. max. Patrum T. I. p. 78 sqq.

46) Hist. general T. I. p. 626.

47) Origenes et antiq. Christ. T. IV. p. 377 sqq.

48) Hist. theol. crit. T. I. p. 266—268.

49) Kirchengeschichte T. I. p. 114.

50) Ullmann Studien und Kritiken 1835. p. 881 sqq.

51) Die sogenannten Pastoralbriefe d. A. Paulus, auf's neue kritisch untersucht, von Dr. Baur p. 87. Abgenöthigte Er-

Tubingensis academiae Professor, Ignatianas Epistolas saeculo secundo a falsario aliquo ad episcopatum praeclaro Ignatii nomine atque auctoritate commendandum Romae conflictas putabat, cui Schweglerus[52]) et Hilgenfeld[53]) cum levi tantum discrimine adstipulati sunt.

Praeeuntibus Rothe[54]), Ioan. E. Huther[55]), Fr. Düsterdieck[56]), Ger. Uhlhorn[57]) — taceo *μικρολόγους*, qui nullo pondere inmixi verbis humidis et lapsantibus defluunt, cum eorum argumenta bene existimentur in ore nasci, non in pectore — rem Ignatii nuperrime Hefelius[58]) iterum iterumque agere tentavit. Attamen adversariorum partibus saepius bellum indixit, quam profligavit ipsos. Laudamus diligentiam, non miramur iudicii acumen.

6. Henricus Tattam a. 1839 in Nitriae Syrorum monasterio codicem invenit, ante saec. VI, ut creditur, scriptum, qui Syriacam versionem Ignatii Epistolae ad Polycarpum asservabat. In secundo itinere tribus annis post multos alios eiusdem monasterii Codices acre comparavit; inter eos trium Ignatii Epistolarum ad Ephesios, ad Romanos, ad Polycarpum veterem Syriacam versionem, ut fertur saeculi VI vel VII, simul cum pluribus Ignatianarum Epistolarum fragmentis. Gulielmus Cureton inter Musei Britannici thesauros Syriacum fragmentum Actorum Ignatii Martyrii detexerat. Iis Codicibus adiutus publicavit: „The ancient Syriac version of the epistles of saint Ignatius to St. Polycarp, the Ephesians, and the Romans: together with extracts from his epistles, collected from the writings of Severus of Antioch, Timotheus of Alexandria, and others, edited with an english translation, and notes. Also the greek text of these three epistles, corrected according to the authority of the Syriac version. By William Cureton, M. A. London: Rivingtons. Berlin: Asher et Comp. MDCCCXLV."

Curetonus omnem lapidem movit, ut hancce Syriacam versionem unice genuinam, eaque omnia falsa esse probet, quae in breviori graeca recensione plura occurrunt. Ipsum et alios, ut id firmius sibi persuaderent, praeter indolem versionis id quoque movit, quod post illos duos, quibus prius usus fuit, Codices tertius praesto erat, eandem brevem versionem Syriacam earundem trium Epistolarum continens. Eo insuper collato, Curetonus iuris publice fecit „Corpus Ignatianum: a complete collection of the Ignatian epistles, genuine, interpolated, and spurious; together with numerous extracts from them, as quoted by ecclesiastical writers down to the tenth century; in syriac, greek, and latin: an english translation of the syriac text,

klärung. Tüb. Zeitschr. für Theol. 1836. Fasc. 3. p. 199. et 1838. Fasc. 3. p. 149 sqq. Die Ignat. Briefe u. ihr neuester Kritiker. Tübing. 1848. Cfr. Schwegler, das nachapostolische Zeitalter, T. II. p. 159—179.

52) Das nachapost. Zeitalter. T. II. p. 159 sqq.

53) Die apost. Väter. Halle 1853.

54) Anfange der christl. Kirche. p. 715 sqq.

55) Betrachtung der wichtigsten Bedenken gegen die Aechtheit der Ignatianischen Briefe. Von Dr. Joh. Ed. Huther, in Illgenii Zeitschrift für histor. Theol. T. XI. Fasc. IV. p. 3—73.

56) De Ignatianarum epistolarum authentiae etc. Commentatio, Gottingae.

57) In Niedner Zeitschrift für histor. Theol. 1851. p. 247 sqq.

58) Prolegg. de septem Ign. Epp. (V sqq.)

copious notes, and introduction, by William Cureton, M. A. F. R. S. Chaplain in ordinary to her Majesty the Queen. London 1849. Berlin eod. an.“ Oppugnat auctor imprimis Hefelium, qui iam in tertia sua PP. App. editione ita censuerat: „Curetonus nobis persuadere conatur, versionem illam Syriacam „genuino“ textui Ignatiano accuratissime respondere, et omnia, quae in nostro graeco textu plura inveniuntur, ab aliis addita esse et introducta. Tantum vero abest, ut ei adstipulemur, ut versionem Syriacam non nisi epitomen Ignatianarum epistolarum, a monacho quodam Syriaco in proprios usus pios confectam, reputare possimus, praesertim cum iidem codices a Tattamo detecti et alia plura „excerpta“ ex epistolis Ignatianis, nec non alios libellos asceticos, ut Curetonus ipse fatetur, contineant. Praeterea saepius inde ex eo, quod nexus sententiarum in versione Syriaca minus est arctus, apparet, monachum illum non tam interpretis, quam epitomatoris partes egisse.“ Neque Hefelius opinioni prius conceptae ut nuntium mitteret, in quarta sua PP. App. editione iis argumentis adductus est[59]), quae contra eum Curetoni Corpus Ignatianum fusius exponit.

Cum Curetono Christianus Carolus Iosias Bunsen Syriacae versioni palmam prae graecis Ignatianis Epistolis tribuit, opinionem suam docte et sagaciter, ut assolet, exponens atque defendens.[60])

Ac nos quidem, quod opinionem attinet ab Hefelio Curetono iisque, qui cum eo faciunt obiectam, non possumus, quin pondus argumentorum, quibus nititur, perlevius esse dicamus. Nam qui ad pios suos usus Epitomen redigit, quid, quaeso, is sibi facit cum integris Epistolarum salutandi formulis, non nisi ad eos spectantibus, quibus scribitur. Ergo ipsum exordium Epistolarum est, vaniloquium in Epitome. Omitto alia huiuscemodi non levis momenti a Curetono iam indicata[61]). Ne multa: si Epitomator versionis Syriacae auctor est, omnium, ut Tib. Gracchi vocabulo utar, Epitomatorum postremissimus dicendus est, quippe qui opus condiderit sine externa aut interna uniformitate, sine ullo certo quodam mentis proposito aut scopo, quamvis pii proprii usus essent propositi ipsi. Ipsa autem Varietas, eaque multifaria me hercle rerum etiam in Syriacis Ignatii Epistolis mihi pignus est legis atque conditionis, qua versio Syriaca facta fuerit, legem dico Epistolarum. Neque vero in Curetoni partes ire in animo est. Namque versio Syriaca exhibere videtur genuina spuriis permixta aeque ac archetypon graecum. Utri prior locus sit concedendus, id certe non definiri potest, nisi novi testes pro hac aut illa parte reperiantur superstitibus efficaciores. Alterum autem eiusdem Syriacae recensionis trium Epistolarum exemplar non tanti faciendum, quia eiusdem familiae, quam dicunt, esse potest.

Anno 1849 Lipsiae prodiit liber, cui titulus: „S. Ignatii Patris Apostolici quae feruntur Epistolae una cum eiusdem Martyrio. Collatis edd. graecis versionibusque Syriaca, Armeniaca, Latinis denuo

59) Prolegg. p. LXII.

60) Cfr. ipsius Die drei ächten und die vier unächten Briefe des Ignatius von Antiochien. Hergestellter und vergleichender Text mit Anmerkungen. Hamburg 1847.

61) Corpus Ignatianum p. IX sq.

recensuit notasque criticas adiecit Iul. Henr. Petermann.“ Optime is pro re critica meruit. Sed nimius amor Armeniacae literaturae, quae ei in deliciis est, iudicis aciem obfuscasse videtur, qui tanti fecit versionem Armeniacam tredecim Ignatii Epistolarum. Ea quippe non illas solum septem breviores, sed etiam sex suppositicias, quae dicuntur (Mariae Cassobolitis ad Ignatium, Ignatii Ep. ad Mariam Cassobolitem, Ignatii ad Tarsenses, eiusdem ad Antiochenos, ad Heronem et ad Philippenses), id est easdem exhibet, quae vulgo interpolatas appellant, auserimque dicere harum simillimas: id quod sine magno labore capiet, qui attente perlegerit, quales nos ex Codd. mss. emendatas iam evulgamus. Petermannus igitur statuit (p. XXVI): 1) „Versio nostra saeculo p. Chr. n. quinto ex illa versione syriaca, cujus exemplar Curetonus edidit, facta est. 2) Versio illa syriaca non tres tantum, sed tredecim epistolas S. Ignatio adscriptas, easque non decurtatas, ut in editione illa leguntur, sed ita comparatas, ut Noster eas dedit, ab initio complectebatur, ita ut exinde appareat, conclusiones, quas Bunsenius secundum illam fecerit, stare non posse.“ Non putaverim. Rectius fortassis ille: 3) „armeniaca versio a librariis serioribus (vel lectoribus), qui graecum textum cum ea comparabant, passim interpolata et corrupta est, atque editores critici judicii plane expertes has interpolationes et corruptiones textui inseruerunt.“

Bunsenius in opere: „Hippolytus und seine Zeit 1852“ T. I. p. 46 et T. II p. VII sqq. Petermanno respondit. In Curetoni et Bunsenii partes ierunt Ritschl (Die Entstehung der altkatholischen Kirche, Bonn 1850, pp. 418. 577 sqq.) et Weiss (in Reuter's Repertorium 1852). Cum Baurio (Die Ignatianischen Briefe und ihr neuester Kritiker. Eine Streitschrift gegen Herrn Bunsen. Tübing. 1848), doctissimus Hilgenfeld (Die apostol. Väter. Halle 1853 p. 188 sqq.) tum graecarum tum syriacarum Epistolarum, quae Ignatio adtribuuntur authentiam addubitat.

7. Ex Epistolis, quae Ignatii esse dicuntur, primum tres illae latine conscriptae (ad Joannem Apost. duae et ad B. Virginem una) Parisiis a. 1495 in lucem prodierunt.

Iac. Faber Stapulensis a. 1498, tribus illis omissis, undecim alias e versione latina vetere Parisiis evulgavit. Hunc numerum Symphorianus Champerius Lugdunensis tribus a Fabro repudiatis auxit, quarta addita ad Mariam Cassobolitem, quam is primum notam reddidit. Quindecim igitur Ignatii nomine Epistolae tum enotuerant, sed latine tantum, quae postea saepius repetitae sunt. Nos quidem usi sumus textu rarae atque correctae editionis Venetae a. 1546.

Ex Codice Bibliothecae Augustanae primus Valentinus Hartungus Frid (Pacaeus) a. 1557 Dillingae duodecim earum graece publicavit, omissis tribus illis latine scriptis. Anno 1558 Parisiis prodierunt apud Guil. Morelium: Sancti Martyris Ignatii Antiochiae archiepiscopi Epistolae (gr. et lat.). Morelius lectori dicit p. 147: „Has B. Ignatii epistolas cum primus in lucem emisisset Graecas Valentinus Paceus, nostrisque hominibus valde desiderarentur, quod exemplarium copia non superesset, viri cum primis eruditi, ac pii, ut eas cuderem a me facile impetrarunt, qui tam piorum au-

ctorum quam hic est, editionem exoptem, ut nihil supra. Itaque librum quam potui diligentissime relegi, et cum exemplaribus Latinis contuli, ut meae me operae haud poeniteat. Nam loca quaedam ea collatione, et doctissimi hominis consilio ita mihi restituisse videor, ut neminem arbitrer hominem esse bonum, qui si velit aequo animo rem perpendere, haud fateatur ad intelligentiam non pauca collata esse." Andreas Gesnerus easdem duodecim Epp. graece cum Ioannis Brunneri interpretatione latina ex Codice Bibliothecae Gaspari a Nydpryck excudendas curavit Tiguri 1559, primus, uti ipse opinabatur, cum Pacaei editionem ignoraret. Earum septem interpolatae dicuntur, quinque suppositiae. Eiusdem recensionis sunt: Sancti Martyris Ignatii Antiochiae Archiepiscopi Epistolae (XII) gr. et lat., Antverpiae, ex officina Christophori Plantini 1566; — Sancti Martyris Ignatii, Antiochiae Archiepiscopi Epistolae. Nunc demum cum Latina interpretatione e regione Graecis apposita, in lucem editae, recognitae et Notis illustratae. Per Martialem Maestraeum, Doctorem Theologum. Parisiis 1608; — Ed. Iac. Usserii gr. et lat. Oxonii 1641. Quinque consuluit Cdd. Mss., de quibus ipse in Adnotationibus p. 4. ... Oxonienses duos Mss. (vetustiorem e Baliolensis, recentiorem e Magdalenensis Collegii Bibliotheca petitum) cum libris editis diligenter contuli. Et cum intellexissem in Bibl. V. Cl. Alexandri Petavii Senatoris Paris., Pauli filii, vetustissimum exemplar aliud conservari: quicquid et illud continebat, humanissimi Claud. Sarravii Senatoris itidem Paris. beneficium sum secutus... Huic et veterem Interpretationem aliam, hucusque ineditam, mutua duorum Mss. Codicum collatione emendatiorem factam subiunxi.

Isaacus Vossius ex Codice Mediceo 7 Plut. LVII sex breviores Ignatii Epistolas (ad Smyrnaeos, Polycarpum, Ephesios, Magnesios, Philadelphicos, Trallesios) primus graece edidit cum interpretatione vetere latina novo textui respondenti, quam Iacobus Usserius, Archiepiscopus Armachanus e duobus Mss. a. 1644 Oxonii publicaverat. Epistolam ad Romanos, quae in graeco Codice deerat, Vossius ex Usserii vetere latina versione et prolixiori graeca recensione ingenio duce restituere tentavit, et a. 1646 Amstelodami edidit: „Epistolae genuinae S. Ignatii Martyris, quae nunc primum lucem vident ex bibliotheca Florentina. Adduntur S. Ignatii Epistolae, quales vulgo circumferuntur. Ad haec S. Barnabae Epistola. Accessit universis translatio vetus." Ambigo, utri gloria tribuenda sit, in Codice Mediceo breviorem recensionem detexisse, Lucae Holstenio, an Isaaco Vossio. Ille quippe ante Vossium eam descripsisse videtur, et latine vertit. In Bibliotheca Barberiniana Romae autographum videre est. Theodoricus Ruinartus tandem Epistolam ad Romanos graece invenit latinae veteri versioni respondentem, Actis quae sincerae dicuntur Ignatii Martyrii insertam, quae Codex 1451 Bibliothecae Regiae Parisinae (prius Cod. Colbertinus 460) continet, eamque 1689 Parisiis in „Actis Martyrum sinceris" primus edidit.

Index editionum brevioris recensionis exstat ap. Iacobsonum (PP. App.) p. LXIX. Quarum praestantiores sunt, quae duce Thoma Smithio (Oxonii 1709), post eum adornarunt I. L. Frey (Basileae 1741),

Ric. Russel (Londini 1746), Andr. Gallandius (Venetiis 1765), G. Iacobson (Oxonii 1838 et 1840) et C. I. Hefele (Tubingae 1855. IV.)

Criticum penum accepimus in opere: Corpus Ignatianum: A complete collection of the Ignatian epistles, genuine, interpolated, and spurious; together with numerous extracts from them, as quoted by ecclesiastical writers down to the tenth century; in syriac, greek, and latin: an english translation of the syriac text, copious notes, and introduction, by William Cureton, M. A. F. R. S. Chaplain in ordinary to her Majesty the Queen. Berlin: Asher and Co. Reprinted from the London edition, and authorized by the proprietor for circulation on the continent only. 1849.

In nostra ed. versio latina Epistolae ad Romanos illa est, quam Hefele a Ruinarto mutuavit, passimque correxit; reliquarum vero Epp. qualis apud Hefelium aliunde petita et ab ipso emendata prostat.

Versiones italicae: Lettre genuine di Sant' Ignazio, vescovo di Antiochia, corredate degli atti del suo martirio, e la lettera di San Policarpo, vescovo di Smirne, colla circolare del suo martirio. Traduzione dal greco di D. Gio. Battista Gallicciolli. In Venezia 1798. — Le sette lettere genuine de S. Ignazio e quella di S. Policarpo agli Efesini (leg. ai Filippesii) coi loro martirj, e testo greco a fronte volgarizzate e corredate di note critiche e filologiche e di una dissertazione proemiale dall'abate A. L. Graziani. Roma 1833.

ACTA MARTYRII IGNATII.

1) Quae Ignatii Acta Martyrii hactenus innotuerunt, haec sunt:
   a) Acta ab Usserio e Codice Caiensi a. 1647 latine edita.
   b) Alia latina versio ex antiquissimo Cottonianae Bibliothecae Codice illis addita, ea quidem perquam interpolata[1]).
   c) Acta auctore, ut videtur, Symeone Metaphraste ad diem 20. Decembris, apud Cotelerium (a. 1672) p. 991.
   d) Acta auctore quodam Armenio ab Aucherio evulgata (Vitae Sanctorum T. II pag. 72 sqq.), et a Petermanno iterum excusa (S. Ignatii Patris Apostolici quae feruntur Epistolae una cum eiusdem martyrio. Collatis edd. graecis versionibusque syriaca, armeniaca, latinis etc., Lipsiae 1849. p. 496 sqq.). Aucherius nimium quantum ea ita extollit: „Nostra recensio iure meritoque cognoscitur tanquam fons et exemplar omnium, quae hucusque in cognitionem venerunt recensionum“ (Petermann, l. c. p. 498).
   e) Armeniaca versio et latina illa „Vita S. Ignatii, ex vetustissimis Mss. latinis“ in Bollandi et Henschenii Actis

1) Utraque in Cotelerii PP. App. ed. Clericana 1724. T. II. p. 175 sqq. Cfr. Iacobson. PP. App. edti. II. T. II. p. 523.

Sanct. T. I Febr. pag. 29 sqq., unius eiusdemque originis esse videntur. Petermann quoque ita censet (l. c. p. 484. 505.); aliter Uhlhorn in Niedner, Zeitschrift für histor. Theol. 1851 p. 251.

f) In Appendice ad Acta primorum Martyrum sincera atque selecta Theodoricus Ruinartus a. 1689 Parisiis e Codice Regio 1451 (olim Colbertino 460) Acta Ignatiana alius recensionis graece edidit, novamque latinam interpretationem adiunxit. Cui graeco textui antiqua latina versio Codicis Caiensis proxime affinis est.

g) Eiusdem fontis cum Martyrio Codicis Colbertini est fragmentum syriacum eorumdem Actorum a Curetono (Corp. Ignat. pag. 222 et p. 252 sqq.) praesentatum.

h) Quae nos Acta Ignatiana ex Codice Vat. 866 primum graece deprompsimus, interpolata quidem, sed variis historiae indiciis notabiliora, maxima ex parte eadem sunt, quae latine leguntur ap. Bollandum et Henschenium (Act. Sanct. T. I Febr. pag. 29 sqq.).

2) Acta Ignatiana a Ruinarto primum edita virorum doctorum ferme consensu sincera putantur. Smithius [2]) pro omnibus loquatur: „Acta haec, quae recudi oportet, mihi quidem genuina et sincera plane videntur: licet fortasse, quod tamen vix affirmaverim, versus finem quippiam labis admistum habeant. Vetus autem Versio, quam edidit D. Usserius Armachanus ex codice Caiensi, ut cuivis ex leviuscula collatione facile constare poterit, maxime convenit cum Graeco exemplari Colbertino. Utriusque mendis, quae passim irrepsere, sublatis, editionem, quum sibi invicem mutuam lucem foenerentur, longe integriorem iam damus. A familiaribus S. Ignatii, qui illum ab Antiochia Romam usque comitati sunt, et illius ultimo et maxime glorioso agoni interfuere, descripta fuisse, multa in ipsis Actis id testatissimum reddunt [3]), et extra omne dubium ponunt; et quidem non longe post ipsius consummationem, et proximo, ut verisimillimum videtur, anno, dum res gestae cum totius itineris ratione in recenti fidelius inhaeserint memoria. Illos autem fuisse Philonem et Agathopodem, quorum meminit sanctissimus Martyr in Epistolis ad Smyrnaeos et ad Philadelphenses, hunc Antiochenae, illum vero Tarsensis Ecclesiae Diaconum, vix a quoquam dubitari aut potest, aut debet."

Idem ante et post Smithium censuerunt Usserius, Dodwellus, Ruinartus, Grabius, Tillemontius, Pearsonius, Cotelerius, Mamachius, Gallandius, Lumperus et praeeuntibus aliis Hefelius, qui dubia inde a Dallaeo, Oudino, Heumanno, Hilgenfeldio [4]), imprimis ab Uhlhorno [5]) contra authentiam mota confutare aggressus est [6]). At enimvero armis contra Uhlhornum hebetioribus utens, ipsi confitendum est [7]): „Ceterum non negem, argumentis illis authentiam actorum aliquantu-

2) Thom. Smith. praef. in Acta Martyr. S. Ign. apud Iacobsonum edit. II. T. II. p. 518.

3) c. 5. 6. 7.

4) Die apost. Väter p. 212.

5) In Niedner, Zeitschrift für histor. Theol. 1851. p. 252 sqq.

6) Prolegg. p. LXX.

7) L. c. p. LXXI.

tum suspectam reddi, sed inter authentiam suspectam et certissimam *νοθείαν* plurimum interest.“ Et ubi quasdam Usserii obiectiones enervare tentavit, ita concludit[8]): „Quum res ita se habeat, obiectioni Usserii nullam vim inesse facile perspicies, neque de „integritate“ Actorum dubitabis, licet fortasse paucissima quaedam, aut vitio librariorum corrupta, aut manibus posteriorum addita sint.“

3) Ac nos quidem ex octo recensionibus Actorum Ignatiani Martyrii foedis interpolationibus immunem putamus nullam, idque non per historiae scriptorem, sed cunctas *ὑπ' ἀσκητῶν τινων* ad pium usum confectas, idcirco pro anno, quo martyr obiit computando parum fidei atque auctoritatis.

Versio latina Actorum Martyrii Ignatii in nostra ed. est illa, quam Hefelius a Clerico et Ruinarto mutuatus erat. De versionibus eorum Italicis supra diximus, ubi mentio facta est Italorum interpretationum Ignatii Epistolarum.

IV.

POLYCARPUS.

1) In Bibliothecae Vaticanae Cod. Regio 81 post laudem „Heronis“, sive praecationem nominare velis, Polycarpi ad Philippenses Epistola latine sequitur. Eam excipiunt, quae ad vitam Polycarpi resque gestas spectant, per Anonymum ex Irenaeo et Hieronymo composita. Quae cum fons sint omnium, quae de Polycarpo tradita ad nos pervenerunt, passimque a vulgato textu Scriptorum, quas dixi, recedant, illinc ea transcribere lubet:

„Polycarpus[1]), Iohannis Apostoli discipulus, et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit, quippe qui nonnullos Apostolorum et eorum, qui Dominum viderant, magistros habuerit[2]) et viderit. Hic propter quasdam super die[3]) Paschae quaestiones, sub Imperatore Antonino Pio, ecclesiam in Urbe regente Aniceto[4]), Romam venit, ubi plurimos credentium, Marcionis et Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obvius fuisset Marcion et diceret: „Cognoscis[5]) nos?“ respondit: „Cognosco primogenitum diaboli.“ Postea vero regnante Marco Antonino et Lucio Aurelio Commodo, quarta post Neronem[6]) persecutione, Smyrnae, sedente Proconsule in amphitheatro et universo adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit[7]) ad Philippenses valde utilem Epistolam, quae usque hodie in Asiae conventu legitur.“

---

8) L. c. p. LXXIII.

Polyc. 1) Hieronym. Catal. script. eccl. c. 17.
2) *habuit* Reg.
3) *diem* Reg.
4) *ariadeto* Reg.
5) *cognosce* Reg.
6) *neronis* Reg.
7) *Scribit* Reg.

„Quod autem hic Polycarpus, qui memorati[8]) Ignatii fidem collaudans atque confirmans Philippenses sequi hortatur, quod veritatis sit testis et ea, quae ab Apostolis ipse didicerat, semper ecclesiae tradebat, astipulatur praecipuus discipulus eius Irenaeus, nobilissimae Galliarum Lugdunensis civitatis illustris episcopus, in suo libro adversus haereses[9]) haec de eo scribens": „Polycarpus", inquit, „qui non solum ab Apostolis eruditus est, neque solum conversatus est cum his qui Dominum viderant, sed ab ipsis Apostolis ordinatus est Smyrnaeorum ecclesiae episcopus, quem nos quoque in prima aetate nostra vidimus. Diu enim permansit in vita, et longaeva aetate perdurans nobilis vivendo, sed moriendo nobilior extitit, quippe qui vitam martyrio terminavit. Docebat autem semper ea, quae ab Apostolis ipse didicerat, et haec ecclesiae tradebat, quae sola vera docenda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesiae, quae in Asia constitutae sunt: et hi per idem tempus etiam nunc Polycarpi successione perdurant. Multo autem verior et fide dignior hic auctor ecclesiae est, et veritatis testis, quam Valentinus et Marcion et caeteri perversae mentis homines; qui etiam sub Aniceto Romam perrexit et multos a supradictis haereticis in fide deceptos ad ecclesiam Dei convertit, hanc solam praedicans tenendam esse veritatem, quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse, quam et tradebat ecclesiae."

„Fuit autem temporibus episcoporum ecclesiae Romanae, id est Clementis, Evaristi[10]), Alexandri, Xisti, Telesphori, Higini, Pii[11]) et Anaceti, sub quo et passus est, VI. anno Marci Aurelii[12]), quarto post Neronis persecutionem. Quod autem hic vere Irenaeus auditor fuit in pueritia eiusdem Polycarpi, ipse ad Florinum quendam haeresiarchen scribens manifestissime suis sermonibus ostendit dicens[13])": „Haec dogmata, Florine, quae asseris (confidenter dico) non sunt sanae sententiae; haec dogmata non sunt consona ecclesiasticae fidei. Haec dogmata ne illi quidem, qui de ecclesia pulsi sunt haeretici, potuerunt aliquando commendare. Haec dogmata impietatem docent; haec dogmata sancti illi presbyteri, qui ante nos fuerunt, nunquam pertulere: illi, qui et Apostolos viderant, quos et tu nosti. Vidi enim te, dum adhuc puer eram, in Asia apud Polycarpum, tunc quidem praeclare agentem, dum adhuc esses intra palatium et studeres placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum gestarum inhaeret memoria, quam praesentis, quia haec, quae a puero discimus, cum anima ipsa clarescunt et adhaerent ei. Unde etiam locum ipsum tibi possum dicere, in quo sedens disputabat beatus Polycarpus, et incessum illius, et vultum, et totius vitae modum, et ipsius quoque corporis habitum; sed et disputationes, quas habebat ad populum, et conversationem, quae fuerat ei cum Ioanne, quomodo narrare consueverat, ut caeterorum, qui ipsum Dominum viderant, et quomodo recordabatur omnia ac recensebat verba, quae dicta a Do-

8) Suprane in laude *hyronis?*

9) Apud Euseb. H. E. IV, 13.

10) *avaristi* Reg.

11) *higinipi* p. *Higini*, *Pii* Reg.

12) *VI anno marci antonii lucii antonii aurelii commodi* Reg.

13) Apud Euseb. H. E. V, 19.

mino ab illis audierat, et de virtutibus eius ac doctrina. Et tamen omnia haec cum scripturis consona conferebat, quae etiam ego per misericordiam Dei, quam mihi donare dignatus est, attentius et studiosius audiens describebam non in cartis, sed in corde meo, quaeque per gratiam Dei feliciter custodio, et mecum ipse sine intermissione quodam modo rumino. Deum ego testor et in conspectu ipsius tibi affirmo, quod si quid tale audisset beatus apostolicus vir Polycarpus, exclamasset statim et aures suas obturasset ac, sicut moris erat ei, dixisset: Deus bone, in quae me tempora reservasti, ut haec audiam! nonne etiam ipsum continuo locum fugisset in quo sedens vel stans huiuscemodi verba audisset?"

„Sed ex epistolis eius," inquit, „quas scripsit ad vicinas ecclesias vel ad aliquos ex fratribus, commonens et confirmans eos et cohortans ad fidem, potest sententia eius evidenter agnosci."

„His igitur persecutionibus praefatus Irenaeus et fidem Ignatii Polycarpum manifestissime confirmasse ostendit, et se auditorem eius in pueritia fuisse certissime comprobavit, et non solum ad Philippenses, sed etiam ad vicinas ecclesias et fratres eum epistolas scripsisse perhibuit, quae nondum ad nos pervenerunt."

2. Fidem veteris de authentia nostrae Epistolae traditionis Centuriatoribus Magdeburg. et imprimis Dallaeo praecuntibus in dubium vocarunt Semler[14]), Rösler[15]), Schwegler[16]), Hilgenfeld.[17]) Nicolaus le Nourry[18]) contra illos insurrexit, acriter eam defendens; contra hosce Hefelius[19]), Nourrii vestigia premens. In easdem partes ierunt Pearson[20]), Mosheim[21]), Lücke[22]), Uhlhorn.[23])

3. Dallaeus, cum totius Epistolae Polycarpi authentiam potius in dubium vocasset, quam firmis argumentis comprobasset suspectam, postremam, qualis exstat, eius partem omnino supposititiam esse putabat, Moynio, Bunsenio[24]) et aliis Dallaei placita approbantibus. Hefelius contra monet[25]):

a) „Iam Eusebius (Hist. eccl. III, 36) posteriorem hanc epistolae partem citat, atque ex ea (c. 13), ut ex praecedentibus, quaedam Polycarpi verba transscripsit."[26])

b) „Eusebius, ut bene Pearsonius docet[27]), nec falli, nec fallere potuit. Erat enim tota epistola omnibus exposita; erat in ecclesiis Asiaticis tunc temporis, cum scriberet Eusebius, publice lecta; norat eam Hieronymus, cuius versioni, nisi aliis occupatus, incubuisset, et tamen Eusebiana nunquam recusavit. De illa igitur particula, quam

---

14) Ad Baumgarten, Untersuchung theol. Streit. II, 36 sqq.
15) Bibliothek d. K. Väter I, 93 sq.
16) Das nachapostol. Zeitalter T. II. p. 154 sqq.
17) Die apostol. Väter, Halle 1853. p. 271 sqq.
18) Appar. ad Biblioth. max. Patr. T. I.
19) Prolegg. p. LXXVII sqq.
20) Vindiciae Ignatianae P. II. c. 5.
21) Comment. de reb. Christ. p. 162.
22) Commentar über die Briefe des Evang. Johannes p. 3. 4.
23) In Niedner, Zeitschrift f. histor. Theologie 1851. p. 276 sqq.
24) Ignatius v. Antioch. u. seine Zeit. 1847. p. 108.
25) Prolegg. p. LXXX sqq.
26) Cfr. supra et Nourium.
27) Vindic. Ignat. P. II. cap. V.

exscripsit Eusebius, dubitari non potest, nisi etiam de tota epistola simul absque ulla ratione dubitemus."

„Quae Dallaeus ex epistola ipsa contra integritatem profert, nullius momenti esse, facile perspicies."

a) „Decentissimam epistolae clausulam c. 12 inveniri, reliqua igitur postea adiecta esse, contendit vir criticus. Sed clausulis ejusmodi „ante" finem totius epistolae S. Paulus quoque et Clemens Romanus usi sunt: cfr. ad Rom. 15, 33; ad Ephes. 3, 21; I Clem. ad Cor. capp. 20. 38. 45. 50. 58."

b) „Impostor, si Dallaeum audias, ita loquitur, ut Ignatium, quo tempore haec scripta sunt, adhuc superesse significet. „De ipso", inquit c. 13, „Ignatio, et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate." Prioris autem partis auctor (c. 9) apertissime affirmat, Ignatium iam fuisse mortuum. Futile hoc argumentum. Si enim verba illa c. 13, mendacii accusata, graeca adhuc exstarent (*καὶ περὶ Ἰγνατίου καὶ περὶ τῶν μετ' αὐτοῦ*), nemo certe contenderet, Ignatium „adhuc vivum" illis significari aut innui."

„Nuperrime Dr. Ritschl (altkath. Kirche, Bonn 1850) alio modo ac Dallaeus permultos huius epistolae locos, ex diversis capitibus, praesertim eos, qui de S. Ignatio et eius epistolis loquuntur, in suspicionem interpolationis adducere conatus est non „argumentis," sed „arbitrariis coniecturis" insistens; cui bene et copiose respondit Dr. Denzinger in Tübing. theol. Quartalschrift 1851 p. 399 —409."

4. Polycarpi ad Philippenses Epistolam haud ita multo post decessum Ignatii scriptam fuisse, exordio eius capitis 13 innui videtur. Verum enim vero cum in Codicibus manuscriptis nil nisi fragmentum graece asservatum exstet, non satis liquet, quatenus latinae veteri versioni illic ac Graeco Eusebii (H. E. III, 36) fides sit habenda, quod attinet ad diiudicandam archetypi auctoritatem atque integritatem. Qualis hodie habetur, non prorsus Interpolatoris calami expers apparet, licet eiuscemodi naevos potius glossematum vestigia existimaverim, quam expressae interpolationis.

Iacobus Faber (Stapulensis) veterem totius Epistolae latinam versionem Parisiis a. 1498 primus edidit. Inter posteriores huius versionis editiones, quas vidi, correctior est Veneta illa a. 1546 (Epistolae D. Ignatii, Polycarpi, Martialis, Antonii magni).

E Francisci Turriani apographo, a Sirmondo Halloixio concesso, hic Epistolam graece et latine primus publicavit Duaci a. 1633. Iac. Usserius Londini a. 1647 novam editionem adornavit emendatiorem, usus alio exemplo, ex Andreae Schotti apographo a Cl. Salmasio propria sua manu descripto et ab ipso Isaaco Vossio cum aliis schedis communicato, ipsaque Halloixiana editione collata. In ed. PP. App. a. 1672 p. 1019 Cotelerius eam repetivit, nova interpretatione latina adiuncta. Post Thomae Smithii editionem 1709, G. Iacobsonus, praeter nostrum Vaticanum 859. et Florentinum 21. Plut. VII. Codice Parisino 937. chartac. saec. XVI. et Cod. 20. Plut. XXIII. Bibl. Med. membr. saec. XV. versionem

veterem latinam exhibente usus, eam repetivit correctam atque emendatam Oxonii a. 1838, 1840, 1847.

De Polycarpi Epistolae et Actorum Martyrii versionibus Italicis cfr. supra ad Ignatium.

ACTA MARTYRII POLYCARPI.

1. Quae de Polycarpo per Anonymum ex Irenaeo et Hieronymo congesta supra apposuimus, martyrii eius mentionem faciunt. Sed praeclarius testimonium asservatur in Epistola encyclica nomine Smyrnensium ecclesiae de eadem re scripta. Eusebius magni eam faciebat, maiorem eius partem suae Historiae Ecclesiasticae inserens.[1]) Neque parca illius monumenti laude sequioribus temporibus personant virorum doctorum iudicia, ut Valesii (interpretis Eusebii)[2]), Smithii[3]) et aliorum.

2. Scriptam eam esse primo anno post Polycarpi martyrium, c. 18 nos edocet. Ibi enim primus dies Natalis martyris non ante celebratus apparet. Auctor eius sub finem c. 20 se esse Evarestum dicit; ibidem Marcus quidam (Martianus ap. Veterem Interp.) Epistolam ad Philomelienses pertulisse indicatur. Quod Irenaeus huius encyclicae exemplum secum habebat, Gaius, discipulus eius, id descripsit, postea Socrates Corinthius, et Pionius[4]) quidam.

3. Epistolae Smyrnensium ecclesiae nucleum sine interpolationis labe exstare, id cum iis, qui traditionem pie venerantur, tum illis persuasum est, qui non nisi sana ratione duce in eiuscemodi rebus decidendis utendum putant.[5]) At breves quasdam lacinias, imprimis narratiunculam illam de columba[6]), posteriori tempore adiunctas fuisse Heumanno et aliis visum est. Nec Hefelii[7]) opinionem reiecerim, qui de alio loco ita censet: „Equidem ultimam capitis 22 particulam, quae de Pionio loquitur, spuriam censeo et ab illo confectam, qui supposititia ista S. Polycarpi acta, quae Pionio false adscribuntur, genuinae Smyrnaeorum epistolae mala fraude adiunxit. Verbis enim καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς Pseudo-Pionius indicat, „sequentibus“ (i. e. Actis spuriis adiectis) se declaraturum esse, quae Polycarpus per revelationem ipsi manifestaverit.“

4. Thomas Smithius, cum Smyrnam visitaret, de illo amphitheatro, ubi Polycarpus igne exstinctus est, deque eius sepulcro ita refert[8]): „Ad latera alterius portae arcis, quae ad Orientem est, adhuc

---

1) H. E. IV, 15.
2) Ad H. E. IV, 15. not. 1.
3) Schol. in Ep. Smyrn. Eccl. p. 113.
4) Cfr. c. 22. Pionio ficta quaedam Polycarpi Martyrii Acta auctori tribuuntur. P. Halloixius in vitis Patrum oriental. T. I, post eum Bollandus ea edidit in Actis Sanctorum ad diem 26 Januar.
5) Fabric. Bibl. gr. ed. Harles. T. VII. p. 51. Cfr. Neander K.G. T. I, 1. p. 186 sqq.
6) c. 16.
7) Prolegg. p. LXXXIV.
8) Notit. sept. Asiae eccles. p. 164. edit. Oxon. 1672.

visuntur duae aquilae, Romanorum insignia, largiusculae et belle quidem delineatae. Hinc inter descendendum amplum amphiteatrum ad Notapeliotem, quo S. Polycarpus martyrio coronatus est, intravimus, gradibus saxeis a Turcis ad ornandas aedes illinc sublatis. In cuius lateribus duae cavernae, quibus claudebantur leones, sibi invicem opponuntur. Sepulcrum S. Polycarpi, quod in latere montis adversus Euroaustrum adhuc conservatur, Graeci die festo, ipsius memoriae consecrato, pro more, qui apud ipsos obtinet, solemniter invisunt. Situm est in quadam aedicula, ecclesiae forte sacello, alii, per quam illuc transeundum est, contigua. In hoc monumento instaurando, si ab impressionibus aëriis, si a Turcis, si a Christianis occidentalibus, qui fragmenta marmoris quasi tot reliquias exinde tollunt, laedatur temereturque; laudabilis illorum collocatur opera, olla fictili quoque illic apposita, in quam quisque fere prae veneratione, qua erga τὸν *Μεγαλομάρτυρα* pro Christo invicta animi praesentia mori sustinentem fertur, illic ductus pauculos aspros coniicit, ut in omne aevum perennet."

Ex nostris Const. Tischendorf in Asiatico suo itinere[9]) ad Polycarpi sepulcrum videndum ivit. Ipse testatur, esse id haud procul ab oppido in latere montis, qui „Mustasia" vocatur.

5. Epistolae Smyrnensium ecclesiae editio princeps graece (non integra) et latine est Petri Halloixii in vitis Patrum oriental. T. I, Duaci a. 1633. E duabus, quae supersunt, veteribus versionibus alteram periphrasin putes. Iac. Usserius integram Ep. encycl. Londini a. 1647 ex Codice quodam Barocciano, Menologium graecum continente edidit. Cotelerius editioni suae PP. App. a. 1672, Th. Ruinartus Actis Martyrum sinceris a. 1689, Smithius editioni Epp. Ignatii et Polycarpi a. 1709 eam inseruerunt. G. Iacobsonus Codd. Barocciano 238. fol. membr., Parisino 1452. membr. et Caesareo-Vindobonensi III. Hist. Graec. Eccl. membr. pervetusto et optimae notae adiutus, bene de textu eius emendando meruit in ed. PP. App. a. 1838, et sqq.

V.

HERMAS.

1. Qui inter veteres de „Pastoris" auctore, hic illic Hermam se appellante, primi tradiderunt, Clemens Alexandrinus et Irenaeus, quis ille fuerit, non addunt. Origenes[1]) vero eum coniectat esse Hermam illum, qui a Paulo in Epistola ad Romanos data c. 16, 14 cum aliis salutatur, ita scribens: „Puto tamen, quod Hermas iste sit scriptor

9) Reise in den Orient (1846) T. II. p. 248.
Herm. 1) Lib. X Explicat. in Ep. ad Rom. 16, 14.

libelli illius, qui Pastor appellatur, quae scriptura valde mihi utilis videtur, et ut puto divinitus inspirata, et[2]) „„si tamen cui placet, huiusmodi scripturam recipere....““ Apud Eusebium[3]) fere eadem legimus: *Ἐπεὶ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον.* Sed Eusebius ab Origene recedens paulo post adiungit: *Ἰστέον, ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη.* Hieronymus[4]) non aliter ac Origenes, ita referens: „Hermam (cuius Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: „salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen et qui cum eis fratres sunt“) asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor; et apud quasdam Graeciae ecclesias iam publice legitur. Revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia; sed apud Latinos paene ignotus est.“ Eam veterum opinionem de Pastoris auctore sequiorum temporum scriptores retinuerunt. Hieronymi verba etiam amanuensis commendationis gratia, ut videtur, in Codice Vaticano 3848 saeculo XIV Pastori praefixit, subscripsitque Similitudini decimae:

„Explicit liber pastoris discipuli beati pauli Apostoli.“

Est autem historiae ecclesiasticae monumentum anni, ut credunt, ferme 170, vulgo Fragmentum Muratorianum, in quo haec narrantur: „Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma (l. Hermas) conscripsit, sedente cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo, fratre eius. Et ideo legi eum quidem oportet, sed publicare vero in ecclesia populo, neque inter prophetas completum (l. completos) numero, neque inter Apostolos in finem temporum potest.“[5])

Similia Pseudo-Tertullianus[6]):

„Iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus,
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus pastor cui[7]) tradita verba locutus.“

Neque aliter Liber Pontificalis: „Sub huius (Pii I) episcopatu frater eius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecepit angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur.“[8])

2. Hermae, cuius mentio fit in Ep. ad Rom. c. 16, 14, Pastorem vix auctori tribuet, qui internam eius conditionem atque doctrinam fuerit perscrutatus. Hinc Gratzius:[9]) „Consilium, quo totum hoc opus est conscriptum, Hermae convenire omnino vix potest. Pervoluto nempe

---

2) Homil. 25 in Luc. c. 12, 58.
3) H. E. III, 3.
4) De viris illustr. c. 10.
5) Galland. Bibl. vet. Patrum. Tom. II. p. 208. Wieseler in Theol. Studien und Kritiken 1847. Fascic. IV. p. 825 sq.
6) Contra Marcion. lib. III. c. 9.
7) Ita cum Moshemio (de rebus Christ. ante Constantin. M. p. 163.) legendum. Vulgo: *quia*.
8) Apud Baron. ad ann. 159. n. 4.
9) Disquisitio in Pastorem Hermae. Partic. I. Bonnae 1820. p. 8 et 9.

hoc libro, haud difficile perspiciet unusquisque, auctorem inter alia eo maxime retulisse sua consilia, ut in controversia, primum seculo secundo orta, statuat, ipsis gravioribus peccatoribus, et moechis et apostatis, restare poenitentiam, quamvis unicam. Mirum sane videtur, quod tam parum ad hoc consilium, quod clare prodit auctor, attendebatur, qua observatione duce aetas scriptoris determinanda, nulla laborasset difficultate. Ex ipsa porro ratione et institutione huius libri in promptu esse nobis videtur, auctorem Pastoris Montanum eiusque asseclas petere cogitasse. Montano enim, una cum sociabus suis Priscilla et Maximilla, divinis revelationibus gloriantibus, quibus, quae in disciplina christiana maxime desideranda venirent, instituebantur, auctor noster alias revelationes divinitus datas opponere meditatus est." Favet huic disquisitioni prologus Codicis Vat. 3848, ubi est:

Liber pastoris nuntii poenitentiae.

Cuinam autem Hermae adiudicandus sit Pastor, id nos Hefelius[10]) Fragmentum Muratorianum et locum Pseudo-Tertulliani supracitatum docere censet, non dubitans, quin illius nominis frater Pii I, Romani episcopi, librum nostrum conscripserit.

Sed grave argumentum contra eam opinionem protulit Gratzius, inquiens:[11]) „si nempe auctor addictus fuisset ecclesiae latinae, Romanoque pontifici cognationis vinculo coniunctus, certe liber ipsius notior exstitisset Latinis, quam Graecis."

At enim vero: unde compertum habemus, in Fragmento Muratoriano et loco ex Pseudo-Tertulliano citato illud scriptum innui, quod adhuc exstat, nec aliud quoddam eiusdem argumenti atque tituli? Nomen auctoris non fortuito ponendum, sed interna quadam vi atque ratione libelli indolis seu natura: *οὐ θέσει τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ φύσει.* Ac nos, quibus Hefelius partium studio plus, quam necessitate, nec validioribus argumentis adductus fratri Pii I. Pastorem adtribuisse videtur, non dubitamus in partes Hilgenfeldii abire. Is[12]) enim ex eius indole asseverate definire potuit, scriptum esse librum a laico quodam, Iudaizantium partibus favente, qui ineunte saeculo secundo in ecclesia reformaret vel renovaret poenitentia praedicanda.

3. Hermae Pastor ab editoribus in tres libros divisus est. Codices, quos vidimus, divisionem illam non agnoscunt. Exhibent autem Visiones, Mandata et Similitudines inter se, non pari tamen numero partitas.

4. Libellus Pastor nominatus fuisse videtur, quia aliquis pastorali veste indutus, Hermam adloquens in Mandatis et Similitudinibus nuntii poenitentiae partes agit. Alii cum Iachmanno[13]) ethicam opusculi indolem ansam illi inscriptioni dedisse volunt, quemadmodum tres Epistolae Pauli Apostoli nuncupatae fuerint pastorales.

5. De Pastoris auctoritate in rebus theologicis, deque eius fine optime disseruerunt Iachmann: Der Hirte des Hermas. Königsberg 1835 et Hilgenfeld: Die apost. Väter p. 165 sqq.

---

10) Prolegg. p. XCIV. sqq.
11) L. c. p. 8.
12) Die apostol. Väter p. 161 et 179.
13) Der Hirte des Hermas p. 28.

6. Ad nostros usque dies graecus Pastoris innotuerat textus non nisi ex particulis, quae apud Clementem Alexandrinum, Origenem, maxime in Doctrina ad Antiochum ducem, apud Eusebium, inter Athanasii suppositicia a Montfauconio edita sparsim et intercise inventa erant. Damnum quodammodo resarcivit versio vetus latina integra, fidelis ea plus, quam elegans, sed alias mendis, alias corruptionibus scatens. Ignoramus auctorem. Iam Tertulliani aevo in Africa perquam notam eam fuisse ipse indicare videtur.

Iac. Faber (Stapulensis) primus Pastorem evulgavit Parisiis a. 1513 et quidem satis correcte. Nam Cotelerii editio PP. App. Parisiis a. 1672, etsi tria Mss. is consultasset,*) haud raro in parte critica editioni principi posthabenda est. Editionem Cotelerianam emendatiorem Fabricius dedit in Cod. apocryphor. nov. test. T. III. Hamburgi a. 1719.

Alteram latinam interpretationem Pastoris, et eam integram, nos primi ex Codice Palatino 150 saec. XIV in lucem protulimus, a vulgata illa centies in melius declinantem, ambiguisque in casibus fere semper praestantiorem.

Verumtamen cum utraque versio eiuscemodi sit, ut haud raro sententia ex corruptione vix sana enucleari queat, summum restabat desiderium graeci textus post tot obblivionis saecula reperiendi. Id contigit, ut certe videtur, praeter spem. Etenim *τὸν ποιμένα* ex monte Atho C. Simonides Lipsiam nuperrime attulit, qui paulo post impressus in lucem exiit: „Hermae Pastor graece. Primum edidit Rudolphus Anger. Praefationem et indicem adiecit Guilielmus Dindorf. Lipsiae 1856.“

In Praefatione sua (p. v. sqq.) R. Angerus de externa Codicis conditione haec scribit: „Fons autem, ex quo proxime hausimus, duplex est: tria codicis nuper in Graecia reperti folia et apographon reliquarum eius codicis partium; quae quidem omnia a C. Simonide Lipsiam perlata, postquam eorum fides diligenter explorata est, in usum bibliothecae academicae a Gersdorfio V. Ill. comparata mihique ad hanc editionem adornandam liberalissime concessa sunt.“

„In his igitur coniunctis universus Hermae liber continetur usque ad initium capitis XXX. Similitudinis IX.; neque desunt praeter finem huius capitis nisi septem totius opusculi capita postrema. Singulatim tria illa codicis ipsius folia exitum Mandatorum et maiorem Similitudinum partem complectuntur, h. e. ea, quae typis expressa sunt a p. 51. lin. 21. ad p. 75. l. 29 et a p. 96. l. 22. usque ad finem. Quae si cum ambitu totius libri conferuntur, codicem integrum folia decem comprehendisse apparet, quattuor quae antecederent foliis Lipsiensibus,

*) Cot. in praefatione: „Pastor Hermae exit emendatior ac defaecatior e tribus mss. Codd.: primo Bibliothecae S. Germani supra alios veteri, bonae fidei magnaeque auctoritatis, sed mutilo: secundo recentiori et ita a libris impressis diverso ut legenti inciderit isthaec suspicio aliam complecti ab evulgata interpretationem: debetur ille Bibliothecae S. Victoris. Tertium nec adeo similem Editioni ac primum, nec adeo dissimilem ut secundum, serius offendi apud Carmelitas Excalceatos Suburbii.“

intermedia duo, unum post ultimum folium Lips. positum, in quo illa, quae nunc deficiunt, perscripta essent, vix unius illa paginae spatium excedentia."

„Iam vero tria illa folia (quae „codicis Lipsiensis" vocabulo appellabimus) chartacea sunt, forma octonaria eaque maiore exarata saec. XV. ineunte vel medio."

Sed de critico eiusdem Msti. valore G. Dindorfius in altera Praefatione (p. XXVI) ita iudicat, ut eius auctoritas nequaquam omnibus numeris absoluta habenda sit, si cum interpretatione latina conferas, vel altera alteram mensuraveris. „Nam (inquit) etsi textus Graecus quem nunc primum edimus passim integrior est quam interpretatio Latina, longe maior tamen eorum locorum numerus est, qui in codice Graeco vel corrupti vel defecti sint, sed interpretis Latini ope, qui exemplari Graeco multis quam nostrum seculis antiquiore usus est, in integrum restitui possint."

Haec igitur editionis principis Hermae Graeci auctores. Iamvero C. Tischendorf, de promovendo libro nostro optime meritus, non modo totum textum Graecum ipsius opera ex fontibus scienter erutum Latinis textibus nostris adiunget, sed etiam quid de auctoritate Graeci huius textus a Simonide reperti statuendum sit, luculenta dissertatione demonstrabit.

Versio Italica: Il Pastore di Sant' Erma volgarizzato da Don Gio. Battista Gallicciolli. In Venezia 1796.

DE HERMA GRAECO LIPSIENSI.

Constat inter viros doctos, duo inprimis codices a Simonide Symensi Lipsiae nuper prolatos esse qui multorum admirationem excitarent, alterum Uranii palimpsestum, alterum Pastoris Hermae qui dicitur. Atque illum quidem, non mediocri artificio ita comparatum ut viros scripturae Graecae in membranis antiquissimis adhibitae totiusque rei palaeographicae paullo imperitiores aliquamdiu falleret, ut primum nobis videre contigit, pro formis litterarum male inter se mixtis ac membranae ratione a libris palimpsestis iisque antiquissimis mirum in modum diversa sine ulla dubitatione falsum esse docuimus. Quae res a nobis, qui omnium soli codices Graecos antiquissimos in iisque palimpsestos qui supersunt longe plerosque ubique terrarum perquisivimus et cum studio tractavimus, aliter ne potuit quidem fieri, neque opinor magnam laudem habet. In Herma vero magnus ille artifex Symensis alio fraudis modo functus est. Huius enim textus quum minorem partem tribus foliis chartaceis saeculi fere decimi quarti ex Atho monte attulisset, maiorem sua manu eodem in monte exscripsisset, utrasque istas pretiosas libri pretiosissimi reliquias Graecas ut venderet atque ad edendum cederet rogatus, consensit quidem, sed praeter tria illa antiqua folia non tradidit, nec emptori nec editori, nisi quae de apographo suo in Atho monte confecto rursus Lipsiae incredibili perfidia transscripserat. Cuius ille rei duas maxime caussas habuit. Quum enim materiem quaerebat novi codicis Hermae palimpsesti fingendi, quem quidem revera brevi post successu pari fere atque audacia in lucem protulit; tum vero praevidendum sibi putabat ne, quae suspicio Rudolpho Anger viro doctissimo suborta erat, Graeca sui codicis e Latinis conversa crederentur. Propterea quicquid suspicionem eiusmodi confirmaturum videbatur libere correxit, locos iam ab antiquis scriptoribus, ut Clemente, ut Origene, ut auctore Doctrinae ad Antiochum, Graece allatos ita retractavit ut suum textum ad vetera fragmenta conformaret, lacunas Graeci textus collato Latino repertas ipsa Latina vertens explevit, alia denique multa mira temeritate mutavit. Quibus de rebus, et ad falsum Uranium et ad Hermam falsatum pertinentibus, imprimis qui factum sit ut Simonidi dudum famoso tantae tamque multiplicis fallaciae locus daretur, quum a nobis mira insolentia lacessitis, tum ab Alexandro Lycurgo, iuvene docto optimaeque spei, celeberrimi herois prole, satis expositum est alibi[1]). Ipsi qui-

1) Cf. Enthüllungen über den Simonides-Dindorfschen Uranios. Zweite zu einem Geschichtsabriss über Simonides, den Hermastext und das Leipzig-Berliner Palimpsest erweiterte, sowie mit Berichten und palaeographischen Erläuterungen

dem falsum illud Simonidis apographum ad editionem principem adhibitum ad hunc usque diem non vidimus, ut nec ipsum falsarium unquam videre contigit; folia ex Atho allata primum ante oculos habuimus medio mense Ianuario, libro duumvirorum doctissimorum R. Anger et G. Dindorf dudum evulgato.

Postquam vero perspectis vario modo hominis versutissimi dolis laudabili cura prospectum est ut eae schedae quas ad vetustum codicem, saeculi fere quarti decimi, in Atho monte ille olim conscripserat, e custodia Berolinensi Lipsiam perferrentur, mutata res est. Iam enim non tam de Simonidis fide quam de auctoritate codicis in Atho monte inventi agebatur. Ante omnia vero, quum editio mense Decembri anni praeteriti vulgata paene tota inutilis reddita esset[2]), ipse textus denuo edendus erat. Cuius rei curam ut,

---

Prof. Tischendorfs und Anderer vermehrte Auflage. Von Alexander Lykurgos. Leipzig, 1856. Uranium et virum cl. Lepsium quod attinet, cf. etiam Literarisches Centralblatt. Herausgegeben von Zarncke. 1856. Nr. 18 et 20.

2) Hoc indicari velim ad pauca haec exempla textus Simonidei in ed. pr. exhibiti, iuxta posito textu apographi in Atho monte facti. Pauca dixi: quippe enim e numero locorum fere quingentario selecta sunt.

Ed. pr.

Ταῦτα σέσωκέ σε, εἰ παραμένεις τούτοις· ἔασον ἐκείνας· καὶ πάντας σώζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους. Ὅσοι δὲ ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι διάγουσι τὸν βίον, οὗτοι κατισχύσουσι πάσης πονηρίας καὶ παραμενοῦσιν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Μακάριοι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην· οὗτοι γὰρ μόνοι φθορᾷ οὐχ ὑπόκεινται. Ἐρεῖς δέ· ἰδοὺ θλῖψις ἔρχεται μεγάλη σφόδρα· καὶ εἰ δοκεῖ σοι, ἀποστράφηθι τῆς ἁμαρτίας καὶ ἐπίστρεψον αὖθις πρὸς κύριον πνεύματι ταπεινώσεως· ἐγγὺς ὁ κύριος τοῖς ἐπιστρεφομένοις, ὡς γέγραπται ἐν οἷς ἐλάλησε τὸ πνεῦμα κυρίου Μωσεῖ δι' Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ τοῖς προφητεύσασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ λαῷ. Ed. pr. pag. 9.

Γράψεις δὴ νῦν βιβλία δύω, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Κλήμης μὲν πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις· ἐκείνῳ γὰρ ἐπιγέγραπται· Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀναγνώσεις τοῖς λαοῖς μετὰ τῶν προϊσταμένων. Ed. pr. pag. 9 sq.

Ed. nostra ex apogr.

Ταῦτα σέσωκέ σε, ἐὰν ἐμμείνῃς, καὶ πάντας σώζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους. Ὅσοι δὲ ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι, οὗτοι κατισχύσουσι πάσης πονηρίας, καὶ παραμένουσιν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Μακάριοι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην· ἀδιάφθαρτον ἔχουσιν ἕως αἰῶνος. Ἐρεῖς δὲ Μαξίμῳ Ἰδοὺ θλῖψις ἔρχεται· ἐάν σοι φανῇ, πάλιν ... ἐγγὺς κύριος τοῖς ἐπιστρεφομένοις, γέγραπται ἐν τῷ Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ τοῖς προφητεύσασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ λαῷ. Cf. infra Vis. II, 3.

Γράψεις οὖν δύο βιβλιδάρια, καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. Πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις· ἐκείνῳ γὰρ ἐπιγέγραπται· Γραπτὴ δὲ .... τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Σὺ δὲ ἀναγνώσεις εἰς αὐτὴν τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊσταμένων τῆς ἐκκλησίας. Cf. infra Vis. II, 4.

praeter eos quorum est editionem principem resarcire, et ipsi in nos susciperemus quid in caussa fuerit, breviter dicendum est. Quum enim editionem Patrum Apostolicorum, ab Alberto Dressel, viro doctissimo deque sacris litteris bene merito, investigandis Romanarum bibliothecarum thesauris longo ex tempore praeparatam, bibliopolae Lipsiensi aestumatissimo ut typis vulgandam susciperet suadebamus, paucis ante diebus quam princeps Graeca Hermae editio prodibat, eidem fidem dedimus Graecum Hermam nostra opera libro Dresseliano insertum iri. Quam fidem eo libentius servavimus, quoniam quae et in tribus antiquis foliis et in apographo Simonidis scripturam codicis passim non satis assecuti legendi difficultas est, nos versandis antiquis libris Graecis iisque ineditis assuetos[3]) excitavit ut textum viris doctis traderemus quam fidelissime excussum. Hoc enimvero nec per eas textus partes, quas ex ipsis tribus foliis antiquis adhibito insuper Simonidis apographo haurire licebat, factum esse, diligenti collatione instituta locis multis luculenter probatum est.[4])

βλέπω ἑδώλιον κείμενον ἐλειφάντινον, καὶ ἐπὶ τοῦ ἑδωλίου προσκεφάλαιον λινοῦν, καὶ ἐπάνω ἔκειτο ἐξηπλωμένον λευκὸν κάρπασον. Ed. pr. pag. 10.

βλέπω συμψέλλιον κείμενον ἐλειφάντινον, καὶ ἐπὶ τοῦ συμψελλίου ἔκειτο κερβικάριον λινοῦν, καὶ ἐπάνω λεντίου ἐξηπλωμένον λίνον καρπάσιον. Cf. infra Vis. III, 1.

3) Ut praetereamus codicum Novi et Veteris Testamenti antiquissimorum textus voluminibus novem a nobis editos, in *Actis App. apocryphis* (1851) et *Evangeliis apocryphis* (1853) libellos ante ineditos foras dedimus quattuordecim. Accedunt plura quae libro nostro *Anecdotorum sacrorum et profanorum* (1855) continentur, item quae ad edendas *Apocalypses apocryphas* praeparavimus, item scholia libri sexagesimi Basilicorum ducentis fere foliis a nobis e difficillimo codice a. 1841. descripta et ab Ill. C. Gu. Ern. Heimbach a. 1850. publici iuris facta, item alia.

4) Plerique eiusmodi errores editionis principis parum intellecto antiquo scribendi modo orti sunt. Potiores fere hi sunt. Ed. pr. pag. 52. habet *ἀμαρτίαις*, ipse codex *ἀμαρτίας*: pag. 53. codex dicitur *ἡτοιμάζων* habere, sed revera habet *ἑτοιμάζων* (simili modo *ε* saepe in cod. scriptum est): pag. 54. ed. pr. *ἀγαλλιώμενος* (in appendice: *-ωμένως*?), cod. omnino habet *ἀγαλλιωμένως* extremis litteris compendio expressis: ibidem ed. pr. *τῷ νόμῳ* et e coniectura *τὸν νόμον*, at in ipso cod. ex *τῷ νόμῳ* correctum est *τὸν νόμον*: pag. 56. ed. pr. (*καὶ*) *εὐχαριστεῖ*, cod. *εὐχαριστῶν*: ibidem ed. pr. *συνίει* (cod. *συνῆει*); at ipse cod. *συνῆκεν* habet: ibidem teste ed. pr. cod. habet *συνόντες*, quod per errorem pro *συνιόντες* typis exscriptum videtur; ipse cod. vero *συνιέντες* tuetur: pag. 59. ed. pr. *ἀγροὺς*, cod. *ἀγρὸν*: pag. 60. ed. pr. *συνευδόκησεν*, cod. *συνηυδόκησεν*: pag. 61. ed. pr. *τὰς*, sed codex *σὰς*: ibidem ed. pr. *ἔκ* (*δὲ*) *τῶν*, cod. *καὶ ἐκ τῶν*: pag. 63. ed. pr. *ἤκουον αὐτὰς*, item *σύνιε αὐτὰς*, cod. vero *ἤκουον αὐτὰ* et *σύνιε αὐτὰ*: pag. 65. ed. pr. *ἀποβάλετε*, cod. *ἀποβάλλετε*: pag. 67. ed. pr. *ἔβαλλεν*, cod. *ἔβαλεν*: pag. 70. ed. pr. *κελεύσεις* et ex emendatione *κελεύσῃς*, cod. omnino *κελεύσῃς*: ibidem ed. pr. *θλίβονται*, cod. *θλιβήσονται*: pag. 71. ed. pr. *δοκεῖ* et e coniectura *δεῖ*, ipse vero cod. *δεῖ*: ed. pr. *ἐπεδίδουν*, cod. *ἐπεδίδοσαν*: pag. 75. ed. pr. *καρποὺς*, cod. *καρπὸν*: ibidem ed. pr. *περίζωσον*, cod. *περίζωσαι*: pag. 98. ed. pr. *ποικίλαι*, cod. *ποικίλα*: pag. 99. ed. pr. *τὸν θεὸν*, cod. *θεὸν*: 101. ed. pr. (*τὸ*) *ὄν.*, sed ipse cod. *τὸ ὄν.*: pag. 105. ed. pr. *δεκάτου*(*οὖ*), sed ipse cod. *δεκάτου* (ultima syllaba compendio expressa) *οὖ*: item pag. 107. ed. pr. *δωδεκάτου* (*τοῦ*)

Iamvero in percensendo Graeco isto Hermae qui putatur textu, quem, ut maximam certe partem ex falsatis Simonidis schedis habuit, editor princeps summae antiquitati Christianae vindicandum duxit cum eoque multi litteris Christianis gratulati sunt, mox inveni quibus vehementer offenderem. Erant eiusmodi quae mihi suspicionem commoverent, Graeca a Simonide feliciter illa quidem reperta neque ullo modo ab ipso ficta (quid quod ne legendo quidem codici par erat?) non tam altero post Chr. saeculo quam aetate media orta esse, nec eum praebere textum unde vetus interpres Latinus hauserit, sed quo quis deperditum Graecum compensaverit Latina convertens.

Quae animadverteram, pro rei quae mihi videbatur gravitate facere non potui quin cum editore principe viro S. V. communicarem, non praeteriens quid lucis eandem ad quaestionem afferret nova textus Latini recensio ab Alb. Dressel ex cod. Palatino Romano hausta. Ille vero, quo explicaret nesciens, nec ignorans quantopere a falsato Simonidis apographo verum differret, quamquam non negligenda putabat a me primum observata, quorum auctoritatem magnopere augebat locus ex historia fraudis Simonideae Lipsiensis iam notissimus[5]), tamen meam in sententiam haud concessit: urgebat enim quum alia quaedam — ut *ῥᾶξαι* Mand. X, 1. collato *ῥῆξαι* apud Clementem Alexandrinum[6]) — tum eum qui inter textum ex Atho monte ad nos advectum et Graeca Hermae fragmenta a veteribus allata esset egregium consensum. Quibus diligenter perpensis ut meam mutarem sententiam moveri non potui. Quum autem, ut ex ipsa ed. pr. modo exscriptum est, quaestio in universa hac caussa gravissima sit de fontibus fideque fontium textus Graeci a Simonide inventi, nobisque hac de re longe aliter videatur atque editori principi, qui curiosa disertaque explicatione antiquissimam Graecam textus illius originem docere studuit sibique „satis superque“ (pag. XV.) docuisse videtur, dicemus breviter — quemadmodum per otium licet alborum mole nunc ipsum obrutis[7]) — quibus potissimum argumentis nostra nitatur sententia.

Respicienti ad argumenta, quibus vir doctissimus Anger textum

sed ipse cod. *δωδεκάτου* (ut ante) *τοῦ*: ibidem ed. pr. *ἡμῶν*, e coniectura *ὑμῶν;* sed ipse cod. prim. manu correctum habet *ὑμῶν*. Inter ea quae primi legimus est Simil. IX, 24. *ἀδιστάκτως*, cuius loco ed. pr. *ἀ* ..... habet. Adde supra pag. 74. ed. pr. *τάγματα*, sed ipse cod. *τάγμα*.

5) Cf. Enthüllungen über den Simonid. Dind. Uranios. Zweite, vermehrte Aufl. Von Alex. Lykurgos, pag. 5. not. 1. Aegre ferendum est quod hac de re in prolegomenis ed. pr. nihil prorsus relatum est, quamquam a pag. inde XI. usque ad XXIII. quaestio tractatur „in universa hac caussa gravissima,“ utrum fragmenta Graeca Lipsiensia „textum contineant principalem, an ex antiqua demum interpretatione latina in sermonem graecum conversa sint more aevi potissimum medii temporibus haud inusitato.“

6) At in Clemente, quem ad edendum codices pauci nec antiquitate aut bonitate excellentes adhibiti sunt, interpres Hermae Graecus aetate media ipsum *ῥᾶξαι*, a librariis cum trita voce *ῥῆξαι* permutatum, facile invenire poterat. Ceterum *ῥάξαι* — accentus in apographo et foliis codicis saepe contra legem positi sunt — optime respondet Latino „deiiciat,“ „adlidat.“ Apud Suidam est: *ῥάξαι ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖν· οὕτως Ἀπολλόδωρος.* Cf. etiam Steph. Thes. sub ea voce.

7) Prelum exercent editio VII. nostra Novi Testamenti critica et volumen II. Monumentorum sacrorum ineditorum.

archetypum Lipsiensibus fragmentis superesse probavit, non satis caute factum videtur quod magna ab eo vis tributa est iis, quae passim rectius in Graecis quam in Latinis editis leguntur, nec magis quod „magni in ea caussa momenti“ dicitur (pag. XXI.) quod novus Graecus textus nonnulla cum solo codice Dresdensi „ante nondum collato“ communia habet. Quum enim de „more“ quaeratur „aevi potissimum medii temporibus haud inusitato“ (pag. XI.) vetera Latina, etsi ipsa e Graecis olim fluxissent, in sermonem Graecum convertendi, quid tandem refert utrum Latinus codex conveniens cum Graeco iam collatus sit nostris temporibus necne? Sed id per se clarissimum est. Cohaeret vero cum eo quod Latinus textus plerumque editus, quem vitiosissimum esse locis plurimis apparet, in aestimanda Graeci textus praestantia pluris fit quam par est. Si enim vel maxime probatum est, Graecum eum de quo agitur textum non posse e vulgato nostro Latino, etiamsi ad bonos nonnullos codices passim corrigatur, petitum esse, tamen parum id ad exemplaria valet vetera Latina, quae homini aetatis mediae praesto fuisse ponendum est. Ad illa tanquam vulgatis multo saniora inquirentem ducere debebant ea ipsa quae ex pluribus codicibus meliora et cum Graecis convenientiora innotuerunt. Inde vero, in ea quae est de fontibus quaestione, commendatio Graeci textus a Latino profecta non modo non augetur aut confirmatur, sed etiam magnopere labefactatur. Haec ut ante omnia dicerem, ea quam ad hanc quaestionem solvendam habet gravitas fecit codicis Palatini ab Alberto Dressel nuperrime demum excussi. Nimirum illo solo plurima eorum quae ad praestantiam Graeci textus prae Latino demonstrandam a cl. Angero prolata sunt, irrita redduntur. Habet enim, ut aliquid certe exemplorum addamus, Vis. II, 4. „per te“ (Graece *διὰ σοῦ*), non „aperte“; Sim. VIII, 10. „difficile autem aliquis eorum morietur“ (Graece *δυσκόλως δέ τις αὐτῶν ἀποθανεῖται*), non „difficile autem movebuntur“; Mand. VI, 2. „fidelis“ (Graece *πιστότατος*), non „felicissimus“: cf. prolegg. ed. pr. pag. XXI. Item Mand. IV, 1. pro vulgatis: „tu autem semper memor esto domini, omnibus horis, et nunquam peccabis“ Pal. codex habet: „sed coniugis semper memor tuae carebis (fortasse potius cavebis?) hoc peccatum“ (Graece *τῆς δὲ σῆς μνημονεύων πάντοτε γυναικὸς οὐδέποτε διαμαρτήσεις*). Item Vis. II, 1. pro vulgatis „Cum vero proficiscerer cum his“ (quod ipsum Alb. Dressel recte edendum curavit „Cumis“) habet: „Cum apud regionem Cumanorum iter facerem“ (Graece *πορευομένου μου εἰς Κώμην*. Antea *εἰς Κώμας*.). Item Vis. IV, 2. pro „praesidia“ habet „flagella“ (Graece *μάστιγας*). Cf. prolegg. ed. pr. pag. XX. Quae autem in his conspicua est Palatini codicis cum Graeco textu nostro cognatio, eam quam volo gravitatem eo magis habet quoniam passim etiam sunt quibus vulgatus Latinus multo propius quam Palatinus ad Graecum accedit: hinc enim, praesertim quum codex Palatinus antiquitatis laude minime praestet, proclive est ad talem concludere codicem aliquot saeculis antiquiorem, qui quae in recentioribus sparsae inveniuntur coniunctas in se auctasque continuerit lectiones Latinas, ab interprete Graeco eiusdem aetatis expressas.

Haec igitur contra probabilitatem argumentationis in ed. pr. collatis inter se Latinis et Graecis propositae dicta sunt. Tamen ne iniquis aestimatoribus iusto plus dixisse videamur, probe scimus posse etiam talem interpretationem Latinam cogitari, quae summa fide Graecum reddat archetypum, unde si quis Graeca interpreti potius quam auctori deberi concludat, nugas agi. Nostra vero caussa longe aliter habet.

Neque vero magis acquiescendum in eo existimo, quod inter excerpta vetera et Graecum textum nostrum insignis inventa est consensio. Quid enim, quaeso, obstat quominus interpretem Graecum medii aevi excerpta vetera bene nosse collectaque habuisse statuamus? Si cui e doctis illorum temporum hominibus in mentem venerit librum Hermae ex summa antiquitate Christiana clarum ad compensandum deperditum archetypum Graece reddere: quid mirum si eum ante circumspexisse inveniamus Graeci libri fragmenta? Hanc in rem quae a cl. Angero (l. l. pag. XI.) scripta video: „illico res eo conficitur, quod, quum illa scripta sint diu antequam graecae huius libri particulae ex veterum operibus colligi coeptae sunt, tamen cum his excerptis egregie consentiunt", quid sibi velint non satis assequor. Quid enim tandem ad codicem quarti decimi vel, ut in ed. pr. statuitur, quinti decimi saeculi — ut acquiescamus in codicis antiquitate, quam ipse interpres longe superet necesse est — recentiores particularum Hermae Graecarum collectiones pertinent, quandoquidem quaeritur an quis medio aevo eiusmodi particulas in veterum operibus servatas ad Latina Graece vertenda adhibere potuerit? Qua aetate nihil frequentius fuisse scimus quam veterum interpretationes colligere indeque catenas aliosque similes libros conficere, eadem aliquem eumque Hermae interpretandi studiosum laboris sui subsidia i. e. Graeca eiusdem Hermae fragmenta ex antiquorum libris collegisse, quem tandem mirum habet?

Sed paullo accuratius dicendum est quae revera consensio inveniatur inter textum nostrum et Graeca veterum excerpta. Est enim eiusmodi ut passim verba ipsa singula, nec exceptis particulis, egregie conveniant, passim vero sat multa differant. Qua de re ita sentiendum nobis videtur, interpretem, qua laudabili esset diligentia, Graeca variis locis excerpta non utique anteposuisse Latino textui a se vertendo, nisi forte illa prorsus ad hunc quadrarent. Ceterum ut in aliis multis ita ab hac parte cl. Angeri argumentatio graviter labefactata est recuperato vero Simonidis apographo: nimirum locos plerosque Graece iam apud veteres inventos temeraria illa Simonidis invasit licentia, unde tantopere pendebat princeps editio. Instar omnium sit locus Visionis II. iam ab Origene in libro de Principiis, tantummodo fragmentis superstite, exscriptus. Ibi Graecus textus Lipsiensis ex vero haustus apographo sic habet: *Γράψεις οὖν δύο βιβλιδάρια, καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις· ἐκείνῳ γὰρ ἐπιγέγραπται* (corruptum videtur levi litterarum permutatione ex *ἐπιτέτραπται*)· *Γραπτὴ δὲ νουθετήσει* (sic fere) *τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. σὺ δὲ ἀναγνώσεις εἰς αὐτὴν τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊ-*

σταμένων τῆς ἐκκλησίας. Graecis istis mira est cum Latino textu eoque vulgato convenientia, in quo quum nihil prorsus differat praeter unum illud prius „autem“, cuius loco Graece *οὖν* legitur, ex auctoritate Vaticani codicis „ergo“ reponendum est. Ab iisdem vero Graecis is qui apud Origenem textus est mirum in modum differt. Ibi est enim: *Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς, Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις· σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας.* An igitur dicamus Origenem scripsisse memoriter? Minime vero: postquam enim de Pastore Hermae, libro a nonnullis despecto, deque ipso quem inde allaturus est loco plura dixit, hunc in modum pergit: *ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη,* significans ad verbum se suum exemplar exscripturum. Nihilominus pro archetypo textum nostrum venditantibus certe unum reliquum est effugium: dicere enim licebit — Paulo apostolo teste omnia licent sed non omnia iuvant — diversas fuisse easque Graecas iam tertio saeculo Pastoris Hermae recensiones. Quod si cui videbitur, equidem vereor ne Origenis recensio immensum quantum praestare iudicetur alteri, etiamsi, quod revera non est, vel maxime cum omnibus conveniat quae in libro incertissimae aetatis, qui inscribitur *διδασκαλία πρὸς Ἀντίοχον Δοῦκαν,*[8]) item in homiliis Antiochi qui saeculo septimo vixit, et alibi ex Herma exscripta leguntur.

---

8) Addamus exempla duo textus Graeci ex hac ipsa Doctrina petita, unde multo probabilius fit fragmentis Lipsiensibus interpretationem Latini textus, factam illam quidem adhibitis veterum excerptis, quam ipsius Hermae antiquum textum Graecum contineri. Mand. XII, 4. apud nos sic legitur: *Οἱ δὲ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχοντες τὸν κύριον, τὴν δὲ καρδίαν αὐτῶν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσι καὶ δύσβατοι. Θέσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ κενοὶ καὶ ἐλαφροὶ ὄντες ἐν τῇ πίστει, τὸν κύριον ὑμῶν εἰς τὴν καρδίαν, καὶ γνώσεσθε ὅτι* etc. Eadem ita praebet Doctrina: *Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ χείλη*[1] *ἔχοντες τὸν κύριον, τὴν δὲ καρδίαν*[2] *πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ κυρίου*[2b] *διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν,*[3] *ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν καὶ δυσκατόρθωτοι.*[4] *Θέσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ ὀλιγόψυχοι*[5] *καὶ ἐλαφροὶ*[6] *τῇ*[7] *πίστει, τὸν κύριον*[8] *ἀδιαλείπτως*[9] *εἰς τὰς καρδίας*[10] *ὑμῶν,*[11] *καὶ γνώσεσθε ὅτι* etc. Duodecim sunt quae hoc brevi loco differunt, in iisque plura non levis momenti. *κενοὶ* pro *ὀλιγόψυχοι* et *δύσβατοι* pro *δυσκατόρθωτοι* multo magis interpretationem Latinorum produnt quam varietatem eiusdem Graeci textus. Cui enim tandem in mentem venire poterat alterum pro altero scribere? Tum vero *ἐπὶ τοῖς χείλεσιν* accuratius quam *ἐπὶ τὰ χείλη* Latinis „in labiis suis“ respondent. Eadem ratio est verborum *εἰς τὴν καρδίαν* (Latine „in corde“) pro *εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, ἐλαφροὶ ὄντες ἐν τῇ* („qui leves estis in fide“) pro *ἐλαφροὶ τῇ, τὴν δὲ καρδίαν αὐτῶν* („cor illorum“) pro *τὴν δὲ καρδίαν* etc. Neque additamenta illa duo: *διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν* et *ἀδιαλείπτως* ad licentiam excerpentis referenda videntur, in Latino vero textu pariter atque in Graeco Lipsiensi desunt. Ceterum Palatinus codex h. l. deficit, ac possunt facile pauca illa eaque levia quae inter utrumque Graecum textum invito vulgato Latino conveniunt, ex varietate Latina derivari.

Alterum exemplum praebet Mand. V. per totum fere caput secundum. Ex iis quibus alter textus ab altero differt pauca tantum adscribamus. Text. Lips. *καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἡ γυνὴ ἢ ὁ ἀνὴρ ἐν πικρίᾳ γίνεται ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων* etc. Doctr. *καὶ οὕτως πικραίνεται ἄνθρωπος ἕνεκεν βι. πρ.* Text. Lips. *ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰν δύναμιν ἔχουσα καὶ στιβαρὰ καὶ εὐθυνομένη ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ, ἱλαρά, ἀγαλλιωμένη, ἀμέ-*

Sed iam ad gravissima sententiae nostrae argumenta progrediendum est, quae quum ab universa sermonis in Graeco textu adhibiti ratione, tum a singulis quibusdam pendent, quorum caussa non potest non ex Latinis repeti.

Ac de illo quidem, de universo Hermae Graeci sermone, iam R. Anger et G. Dindorf viri doctissimi in prolegomenis editionis principis dixerunt. Quos si audimus, „sermo est hellenisticus, qualis primis potissimum duobus p. Chr. n. saeculis, paucis tantum intermixtis aevi serioris formis, iisque propter ipsam hanc raritatem librariis potius quam scriptori attribuendis.“ Quod iudicium maximam certe partem a falsato Simonidis apographo pependisse non obliviscendum est: illud enim in falsando libello inprimis propositum erat Simonidi, adiuto illi quidem doctrina consilioque hominis Latine pariter ac Graece docti, brevi ante detectam fraudem Simonideam vita defuncti, ut quae minus recte vel barbare scripta invenisset, ad meliora revocaret. Nobis vero de incorrupta corporis delicti hoc est codicis barbarie dicendum est: barbarici enim nomen non possum quin teneam. Qua in re non id agimus, ut quaecumque vel in apographo vel in tribus antiquis foliis perperam scripta sunt — sunt autem permulta[9]) — ipsi tribuamus libri auctori, neglecta socordiae temeritatisque librariorum ratione, quamquam vitiosa vel barbara sat multa sunt, quae videndum est ne nimio studio aut praeiudicata opinione ipsi scriptori abiudicentur. Eorum ex genere, de quorum origine dubitare possis, haec sunt: *θυγατέραν*, *γυναῖκαν*, *τέσσερα*, *ἐπ᾽ ὑδάτων*, *πρεσβύτης* pro *πρεσβῦτις*, *ὑπένεγκαν* (bis), *ἐκατάκρινας*, *ἐπερώτησα*, *ἀπεδώκασι*, *ἐρρίπτουν*, *ᾠκοδομούμενον*, *οἰκοδομημένον*, *παραγεγόνει*, *ἐλάβατε*, *ἔφεραν*, *ἐδοκοῦσαν*, *μὴ διψυχήσεις* (Visione IV. cap. 1. bis legitur), *μὴ ῥαθυμήσεις*, *ἐὰν ἔχει*, *ἐὰν ἀνέβη*, *ἐὰν θελήσετε*, *κἂν ἐπιμείνῃ καὶ μὴ μετανοήσει*, *ὅσοι ἂν ἐργάσονται*, *ὅσα ἂν ἀκούσονται*, *ἵνα συντελεῖται*, *ἵνα γίνονται καὶ γινώσκουσι*, *ἵνα μετανοήσωσι καὶ ζήσωνται*, *κατορθώσωνται*, *ἐκτείνας ἑαυτὸν καὶ προέβαλλε*, *ἐὰν λαβὼν καὶ ἐπιχέῃς*, *τὸ θηρίον*

ρίμνος οὖσα, *δοξάζουσα ... παραμένουσα διὰ παντὸς πραεῖα καὶ ἡσύχιος· αὕτη οὖν ἡ μακροθ. κατοικεῖ μετὰ τῶν τῆς πίστεως ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρά ἐστιν ἐλαφρά τε καὶ ἄφρων.* Doctr. *ἡ δὲ μακροθ. μεγάλη ἐστὶ καὶ ὀχυρά, ἔχουσα τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ καθημένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ· ἐλαφρά, ἀγαλλιωμένη καὶ ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει ... παραμένουσα διὰ παντὸς [ἐν] πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ. Αὕτη οὖν ἡ μακροθ. κατοικεῖ μετὰ τῶν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρος. Ἡ δὲ ὀξυχ. πρῶτ. μὲν μωρία ἐστὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν.* Text. Lips. *βλέπε οὖν μήποτε παρενθυμηθῇς τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἐὰν γὰρ ταύτης τῆς ἐντολῆς κυριεύσῃς, καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολὰς δυνήσῃ φυλάξαι, ἃς σοι μέλλω ἐντέλλεσθαι.* Doctr. *βλέπε οὖν μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἐὰν γὰρ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ καὶ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι.*

9) Ita pag. 1. *αὐτὴν* pro *αὐτὸν*, *ἦ* pro *εἰ*, *ἀπερρωγὸς* pro *ἀπερρωγώς*, pag. 2. *καλεύεται* pro *βουλεύεται*, *γῆν ἐρῶντες* pro *γαυριῶντες*(?), *ὅλον τὸν οἶκον* praegresso genitivo pro *ὅλου τοῦ οἴκου*, *ἀστομάχητος* pro *ἀστονάχητος* etc. Eiusmodi vitia plerumque, sed non ubique — constantia enim nec poterat fieri nec apta videbatur — in editione nostra correximus, mentione ipsius codicis — nec magis fere apographi — scripturae nusquam neglecta.

ῥύζων, *τὸ κτῆνος ἐκτείνας ἑαυτὸν*, aliaque similia multa. Nonnulla ex his eo minus offendere debent, quum ex libris Novi Testamenti, editis illis quidem ad testes vetustissimos, ex LXX virorum interpretatione, pluribusque priorum duorum rei Christianae saeculorum libris egregie testata sint. Quod inprimis valet de his quae cl. Gu. Dindorfio iudice (cf. prolegg. pag. XXX.) vix dubitari potest quin librarii culpa nunc legantur: *ὅταν ἐπάτασσεν*, *ὅταν ἐτέθησαν*. At ista, ut Novum Testamentum, LXX, patres apostolicos praeteream, apud ipsum Philonem saepe leguntur: cf. ed. Mang. I, 109. *ὅταν φησίν* I, 120. *ὅταν φησίν* II, 112. *ὅταν εἰς ἔννοιαν ἦλθε* II, 252. *ὅταν ἐγίνεσθε* II, 584. *ὅταν εἶδε*. Eiusmodi igitur etiam Hermas salva secundi saeculi auctoritate a cordato critico scripsisse credi potest. Alia vero ab eorundem temporum usu tam aliena sunt ut ea tantum optio detur, utrum homo medii aevi scripserit an post textui intulerint librarii: ad Hermam enim nullo modo referri possunt. Istiusmodi fere sunt *ἀπὸ τὸν οἶκον*, *ἀπὸ στάδιον*, *ἕως ὥραν δευτέραν*, *εὔχρηστοι ἦσθε* („utiles estote“ cod. Pal.), *ἀφίνουσι*, *ἡ θυγατέρα*, *ἡ ἁπλότητά σου*, *τιθῶ τὰ γόνατα*, *ἐπιθῶ τὰ γόνατα*. Item ab Hermae aetate videntur abhorrere *αὐθέντης* (Simonides cum duce suo caute reposuerat *κύριος*) *τοῦ πύργου*, *ἐνεργεσία* (Simonides *ἐνέργειαν*), *ἀντιλαμβάνετε* (Sim. *-βάνεσθε*) *ἀλλήλων*, *ἐμελάνωσαν* (Sim. *ἐμελαίνοντο*). Porro obvia sunt *συμψέλλιον* persaepe (Sim. ubique *ἑδώλιον*), *κερβικάριον* (Sim. *προσκεφάλαιον*), *ἱστατων*: quorum similia (ut *ἐξεμπλάριον* in Ignatii epistolis iisque brevioribus) quams quam temporibus apostolicis atque postea passim adhibita esse saticonstat, tamen quaeritur an Hermas adamaverit voces tam barbaras. Contrariam rationem habet vox *ὠμόλινον* Sim. VIII, 4. Ibi in Latinis codicibus omnibus est „sabanum“ („succinge“, „praecinge“, „incinge te sabano“): quam vocem vix credibile est ad interpretem Latinum transituram fuisse, nisi is in Graecis *σάβανον* invenisset. Iamvero qui Latina rursus Graece vertebat, *ὠμόλινον* scribere malebat.

Quid vero de locutionibus his dicamus: *Πορευομένου μου εἰς Κώμας ἐδόξαζον*, *Πορευομένου μου εἰς Κώμην ἀνεμνήσθην*, *Ταῦτα μου συμβουλευομένου καὶ διαλογιζομένου ἐν τῇ καρδίᾳ βλέπω*, *Τί ἔχω διψυχῆσαι*, *οὕτω τεθεμελιωμένου* [*μου*]*?*[10]) Item de his: *καὶ ἐπιθῶ τὰ γόνατά μου καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι* (cod. Pal. „et posui genua mea et coepi orare“), *τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι* (cod. Pal. „posui genua et coepi orare“), *πεσὼν δὲ αὐτῇ πρὸς τοὺς πόδας* (vulg. „procidens illi ad pedes“)? Eane Latine potius quam Graece dicuntur? Scriptane videntur ab Herma an a Graeco quodam Latini textus interprete?

Item interpres, opinor, conspicuum se praebet eo quod solet invito Graeco usu coniunctionibus abstinere, quemadmodum Vis. I, 1. haec sese excipiunt: *Μετὰ πολλὰ ἔτη ταύτην* [*ἐθεασάμην*] et *Μετὰ χρόνους πολλοὺς αὐτὴν εἶδον*, item *Μετὰ χρόνον τινὰ πορευομένου μου* et *Περιπατῶν ἀφύπνωσα*, item *Ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω* et

10) Tolerabiliora illis haec sunt: *ὡσεὶ φρίκη μοι προσῆλθε, μόνου μου ὄντος*, et *θέλοντός μου εἰς τὰ δεξιὰ μέρη καθίσαι οὐκ εἴασέ με.*

Γελάσασά μοι λέγει. Eadem Vis. cap. 3. quattuor haec se excipiunt: *Μετὰ τὸ παυθῆναι λέγει μοι, Λέγω κἀγώ, Λέγει μοι, Ἤκουσα μεγάλας.* Item Vis. III, 10. excipiunt se tria haec: *Ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγω, Ἀποκριθείς μοι λέγει, Ἀποκριθεὶς αὐτῷ πάλιν εἶπον.* Similia inveniuntur saepissime. Quo cum usu res alterae duae cohaerent: usus frequentissimus verbi *φησίν* ad eum prorsus modum quo Latini ponunt „inquit“,[11]) et verborum singulorum collocatio Latina magis quam Graeca.

Porro Latine magis quam Graece dicta videntur haec: *τῶν δὲ μὴ ἐχόντων ἐδέσματα, λυμαίνεται ἡ σὰρξ αὐτῶν.* (Scilicet ad hebraismos Graecae dictionis Hermae vix concludere licet.) Item *ὤμοσε γὰρ ὁ κύριος, τοὺς ἀρνησαμένους τὸν κύριον αὐτῶν ἀπεγνωρίσθαι ἀπὸ τῆς ζωῆς αὐτῶν· τοὺς δὲ πρότερον ἀρνησαμένους, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν ἵλεως ἐγένετο αὐτοῖς.* Huc accedunt loci plures qui, nisi adhibitis lectionibus Latinis iisque ut videtur vitiosis, vix queunt intellegi. Ita Vis. 1, 2. legitur: *Ἡ δὲ εἶπε Τί στυγνὸς ὁ μακρόθυμος ... τί οὕτω κατηφὴς τῇ ἰδέᾳ καὶ οὐχ ἱλαρός; Καὶ εἶπον αὐτῇ Ὑπό τινος γυναικὸς ἀγαθωτάτης λεγούσης μοι ὅτι* etc. Eadem in cod. Palat. sic habent: „Et dixit mihi: Quid tristis es tu, longanimis“... „quid sic vultu tristis“ (sic) „es et non hilari“ (sic)? „Et ego dixi ei: A femina bona dicente mihi quod“ etc. Haec Latine certe et dici queunt et intelleguntur, non item Graece. Vulgato vero textu extrema sic exhibente: „Domina, contumelia mihi obiecta est a femina“ etc., probabile fit textum Palatinum vitio laborare eoque etiam ab interprete Graeco expresso. Simili ratione utitur locus Sim. IX, 14. Ibi Graece legitur: *Νῦν, φημί, κύριε δήλωσόν μοι διὰ τί ὁ πύργος χαμαὶ οὐκ ᾠκοδόμηται ... Ἔτι, φησίν, ἄφρων εἶ καὶ ἀσύνετος. Ἀνάγκην ἔχω, φημί, κύριε πάντα ἐπερωτᾶν, διότι* etc. *Ἔτι*, quod in apographo est, omnino ab improba emendatione profectum est unius ex describentibus pro *ὅτι*: hoc ut ex Latinis codicibus, ita ex orationis continuatione perspicuum fit, unde etiam hoc sequitur, in Latino textu vulgato recte additum esse „ideo interrogas.“ Quod additamentum in codice Palatino desideratur, pariterque in fragmentis Graecis Lipsiensibus, quae a simili codice Latino pependisse perquam probabile est. Ut praeteream Vis. III, 1. *Λυπῇ Ἑρμᾶ*, similiaque alia, memoratu dignum est, recuperato vero Simonidis apographo etiam illud perisse Graeci tex-

11) Notatu dignum est, locis Hermae aliquot Doctrinae ad Antioch. Duc. insertis *λέγω* vel *λέγει* haberi, quibus iisdem textus Graecus Lipsiensis *φησὶν* donat. Cf. Sim. VI, 3. Doctr. ad Antioch. *Καὶ λέγει μοι Οὗτός ἐστιν* et text. Gr. Lips. *Οὗτος, φησίν, ἐστίν.* Ibidem Doctr. ad Antioch. *Λέγω αὐτῷ Ἤθελον γνῶναι, κύριε* et text. Gr. Lips. *Ἤθελον, φημί, κύριε, γνῶναι.* Item cf. Mand. VI, 1. ubi Doctr. ad Ant. sic habet: *Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον, καὶ ἐγκρατεύσῃ. Ἀπεκρίθην Ναί, κύριε, οὕτως ἐστίν. Λέγει Ἀλλὰ νῦν θέλω σοι δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τὴν δύναμιν ἣν ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν.* Textus vero Graec. Lips.: *Ἐνετειλάμην σοι, φησίν, ἐν τῇ πρ. ἐντ. ἵνα φυλ. τὴν πίσιν καὶ τὸν φόβον καὶ τὴν ἐγκράτειαν. Ναί, φημί, κύριε. Ἀλλὰ νῦν θέλω σοι, φησίν, δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τίς αὐτῶν τίνα δύναμιν ἔχει καὶ ἐνέργειαν.*

tus ornamentum Vis. IV. cap. 3. inventum: *ποίῳ τρόπῳ*, quod Latini *τρόπου* et *τόπου* vocabula confundentes reddunt „quo loco“ vel „quem in locum.“ Periit, inquam: ex codice enim suo in Atho monte Simonides fideli manu hausit *ποίῳ τόπῳ*. Quod vix dubito quin Graecus codex cum tot aliis e Latino assumserit: nisi quod origo Latini huius vitii in vetustioribus Graecis quaerenda est.

Denique vero si quid momenti argumentis nostris deesse videbitur, id omne compensant loci duo, quibus quae in Graecum textum vitia transiere, non possunt non ex Latinis derivari. Alter, cuius iam supra mentio iniecta est, habetur Vis. III, 3. *πανοῦργος εἶ περὶ τὰς γραφάς*, quod, quum de turri eiusque rationibus sermo sit, ineptissimum est. Fluxit vero inde quod plures Latini codices, in quibus etiam Vaticanus est Dresselii, non item Palatinus, praebent „versutum te esse circa scripturas“, confusis quippe verbis „circa structuras“ — de singulis aedificandae turris rationibus agitur, quam in rem *οἰκοδομαί* vel simile quid ab auctore scribi poterat — et „circa scripturas.“ Quae confusio ut in Latinis facillime poterat fieri, ita in Graecis fieri prorsus nequibat, nisi si quis Latina Graece verteret.

Plus etiam, si fieri potest, alter locus valet. Vis. II, 3. Graece scriptum est: *Ἐρεῖς δὲ Μαξίμῳ Ἰδοὺ θλῖψις ἔρχεται.* At quid tandem Maximus iste sibi vult, quum per totum librum nulli Maximo locus sit? Quid rei esset, non latuisse videtur Simonidem, vel potius doctum Simonidis adiutorem Lipsiensem: eorum enim opera repositum atque post etiam editum est: *Ἐρεῖς δέ· ἰδοὺ θλῖψις ἔρχεται μεγάλη σφόδρα*, quo cognito ad „Maximum“ explicandum non opus est Oedipo. Vulgatus textus Latinus habet: „Dices autem: Ecce magna (Vat. cod. Magna ecce) tribulatio venit.“ Inde quae Graecae lectioni lux affulget, paullo curiosius inquirenti iam satis erit. Ne tamen quicquam ad explanandam rem et ad persuadendum ipsis incredulis nobis desit, Pal. codex — id quod iam ante hos duo fere menses cum R. Anger viro doctissimo communicavi — non modo „Maxima ecce“ praebet, sed ipsum vitium Graeci textus, teste Alberto Dressel, accuratissime praeit hunc in modum: „Dicis autem maximo. Ecce tribulatio supervenit.“

Quae quum ita sint, nullus dubito quin Simonideis fragmentis Graecum textum nacti simus eum, quo quis aetate media vertens Latina deperditum Graecum ipsius qui fertur Hermae compensare studuerit. Quo de interprete iam subtilius viderint alii. Non deerunt quidem qui etiam tot argumentorum coniunctorum vim subterfugiant: nimirum sunt qui probabilitatis certique sensum aut natura non habent aut studiis amiserunt, quique verum tanquam adversarium malunt convincere quam integro animo invenire. Poterunt illi coniicere textum fragmentorum Lipsiensium, antiquissimus quum sit, ex Latinis, i. e. ineptissime illatis nonnullorum codicum Latinorum apertis vitiis, subinde esse corruptum. Quam coniecturam cum similibus omnibus concedamus aliis. Nobis vero de ipsa re, quemadmodum exposuimus, tantopere persuasum est, ut argumentorum plus afferre supersedeamus. Invenient plura qui Palatinum codicem, haud leve

editionis PP. AA. Dresselianae ornamentum, nec neglectis iis quae praeterea ex Latinis codicibus prolata sunt proferenturque, cum Graeco textu Lipsiensi contulerint.[12]) Quem textum si quis dolebit magno quo valere videbatur honore momentoque destitutum, quamvis in subsidiis libri Hermae criticis non ultimo loco ponendus sit, eum memorem esse velim, in re nulla quamvis docta aut gravi quicquam veritate nobilius esse aut maius. Quam in omni labore quominus ambeamus studiosissime, non impedit quod, ut in veteri est proverbio et ipsi satis compertum usu habemus, veritas odium parit.

Scribebam Lipsiae d. 20. m. Jul. 1856.

Constant. Tischendorf.

---

12) Hunc ipsum passim ex Graeco textu nostro corrigi posse non mirum est. Graecus enim interpres quum codicem Simonideum — id quod ipsa vitiorum, quibus tria folia saeculi XIV. laborant, frequentia docet — tum codicem Palatinum aetate anteit. Correctionis talis exemplum est Vis. III, 9. „Quando ergo operas matris earum servaveris, omnes poteris videre.“ Scribendum est consultis Graecis: - - servaveris omnes, poteris vivere.

Eandem in rem haud scio an ea quoque converti queant quae libro Pastoris Hermae in codice indeque etiam in Simonidis apographo praeposita leguntur. Leguntur illa quidem mirum in modum corrupta: quod magnam certe partem ex imperitia fluxit Simonidis in legendis primis maxime codicis sui foliis persaepe lapsi. Ceterum ab eo textu, quem editor princeps ex falsato Simonidis apographo hausit et in prolegomenis pag. IX. conatus est restituere, magnopere differt verum apographum. Nihilominus, ut iam vidit editor princeps, clarum est illud, codicis notam vel potius prologum vel maxime ab eo pendere loco hist. eccl. Eusebii (III, 3.), ubi Pastoris Hermae mentio fit. Illa vero verba interpres Latini textus ad significandam libri a se Graece vertendi antiquitatem gravitatemque aptissime labori suo praeponere poterat.

Quae supra de Graecitate Hermae Lipsiensis diximus, vim suam minime eo amittunt quod unum vel alterum ex iis quae „Latina potius quam Graeca esse“ significavimus, apud Graecos non inauditum est. Hoc enim si esset, unde tandem haberet Graecus Hermae Latini interpres sermonis patrii non ignarus? Ita, ut de *συμψέλλιον* in Steph. Thes. Ling. Graec. tractato taceamus, vocis *κερβικάριον* inter barbarismos iam Herodianus de solocism. mentionem fecit. Ita etiam exempla sunt genitivorum absolutorum eiusdem fere — ne iusto plus dicamus — cuius reprehendimus modi, ut in Nov. Test. unum certe quamquam vix ad nostra comparabile invenitur Matth. 1, 18. *μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.* Quam in rem cf. Win. Gramm. d. N. T. Sprachid. pag. 187. Nihilominus in ea standum est sententia, locutiones tales tot coniunctas multo magis Graecum Latinorum interpretem eumque aevi medii antiqua Graecitate maiorem in modum fatiscente insignis quam Hermam scriptorem alterius aevi ineuntis non inglorium prodere. Quas ad locutiones si quid accedit eiusmodi quod aliter ne possit quidem nisi ex interpretandis Latinis explicari, cuius generis sunt vitia Latinis codicibus plane propria Graece versa, sani opinor iudicii est non amplius haerere in dubiis aut inter credibilia fluctuare, sed confidenter firmiterque certum sequi.

N. B. Ex ed. pr. nonnulla invito apographo male in nostram transierunt. Hinc dele 574, 15. *ταῦτα* 585, 11. *ἐν* 592. II. 1. *καὶ* 593. II. 2. *μετὰ* 594, 18. *δὲ*. Item 572, 6. apogr. habet *ὡς* pro *ὅτι* 576, 25. *γνωσθήσεται* 578, 33 sq. *μοι λέγει* 581, 25. potius *μνείαν* pro *μνήμην* et 27. *δὲ ἐπ'* 586, 22. *δουλεύσεται* (corrige *-τε*) 595, 12. *καὶ* pro *ἀπὸ* tertio 598. *ια'*. 2. *καθέδραν* 621, 14. *τὸ δὲ δεύτ.* et 40. *λαμπιδόνι* (corrige *-πη-*). Praeterea 578, 6. apogr. potius *αὐτῆς* quam *αὐτῇ* habet 588, 7. *ἀπόλλουσαν* 590. III. 4. *τῶν προτέρων*.

NOTITIA CODICUM.

De Romanis Patrum Apostolicorum libris calamo exaratis cum nihil fere antehac innotuerit, eorum quos vidi atque excussi non solum numerum externamque speciem, sed auctoritatem etiam paucis indicabo.

a. *Codd. bibliothecae Vaticanae.*

1. Cod. Vaticanus 859, membraneus, foliorum quaternariorum mai. 288, saec. XI graeca ac docta manu scriptus. Insunt inter alia aliorum opp. *Ὑπόμνημα εἰς ἅγιον ἀπόστολον Φίλιππον· Μεθωδίου πάτρων τοῦ σοφωτάτου εἰς τὸν ἔσχατον καιρὸν· Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, περὶ μυστικῆς θεολογίας, περὶ θείων ὀνομάτων, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐρωτικῶν ὕμνων, περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας, ἐπιστολαὶ διάφοροι· Λόγοι Ἰακώβου ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου καὶ ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων· Γρηγορίου Ναζιανζήνου λόγος εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Sequuntur sermones Basilii, Chrysostomi et in fol. 255. *πίστις τῶν ἁγίων τιη΄ τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ διδασκαλία*, quam excipiunt alii Eusebii, Epiphanii et Chrysostomi sermones. In fol. 151—195. Ignatii leguntur Epistolae prolixiores hoc ordine: ad Trallianos (deest initium), Magnesios, Tarsenses, Philippenses, Philadelphenses, Smyrnaeos, Polycarpum, Antiochenos, Heronem, Ephesios, Romanos. Sequitur ‚Ep. Polycarpi ad Philippenses' (fol. 195—198), quacum ea coniunctim (198—211) extat quae ‚Barnabae' nomine circumfertur. Codex est optimae notae, scribendi quidem ratio nostrorum Graecorum, idcirco ob itacismum vocales ac diphthongos haud raro permutans. Inscriptiones rubrae. Nierses ille Ghelazensis, qui eum olim possidebat, in calce Epistolae Barnabae notulam sermone Armeniaco adscripsit.

Qui cum anno 1173 obierit, facile apparet Angelum Maium, cum Iacobsono (Patres Apost. ed. pr. p. V.) Codicem ‚saeculo forsitan XIII' assignaret, in hoc quoque errasse. Signavi lit. *V*.

2. Cod. Ottobonianus 348, chartaceus, foliorum quaternariorum min., ineuntis saeculi XIV. In secundo folio: ‚Ignatii et Polycarpi martyrum beatorum Epistolae graecae.'

‚Ex Codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps.'

Insunt autem (fol. 2—63) undecim Ignatii Epp. recensionis longioris, prima ad Trallianos acephala ut in Vat., eodemque ac illic ordine. Subsequitur (fol. 63—84) ‚Polycarpi ad Philippenses' Ep., quam fragmentum Ep. ‚Barnabae' absque distinctione excipit. Compendiis scriptus est haud raro ambiguis. Adsunt in margine scholia, adnotationes, correctiones ac coniecturae haud contemnendae. Tituli rubri. Ex uno fonte cum Vaticano fluxisse videtur. Signavi *O*.

3. Cod. Regius 30., membraneus, foliis octonariis, saeculi XI ineuntis. Insunt opp. ‚Dionysii Areopagitae' cum glossis haud indoctis, necnon ad ‚Ioannem Apostolum' spectantia (1—160). Post ea fragmentum Epistolae ‚Ignatii ad Ephesios' exhibetur in sex foliis cum dimidio. Variae autem, quas largitus est, lectiones in pretio sunt habendae. Hic Codex nobis est ***R***.

4. Cod. Vaticanus 813, chartaceus, foliorum quaternariorum 321, die 23 Novembr. anni 1378 per amanuensem absolutus. Est Menologium (‚Metaphrastae mensis Decembr. a IV usque ad XX'), cui praevius *πίναξ ἄριστος τοῦ παρόντος βιβλίου*. In fol. 304—312. habes ‚martyrium Ignatii.' Codex satis correctus, in cuius calce: *Εἴληφε τέλος ἡ βίβλος αὕτη ἐν μηνὶ. νοεμβρίῳ ΚΓ τοῦ ἔτους ͵Αω οη. τῆς νῦν τρεχούσης ἰνδίκτου ὀγδόης. Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ παντοκράτορος: μέμνησθε πατρός μου τοῦ Ἰγνατίου*. Nomen ei feci ***E***.

5. Cod. Vaticanus 815, membraneus, saeculi XIV ineuntis, foliorum 194 quaternariorum mai., in cuius primo legitur ‚Metaphrastae mensis Decembris,' et *Πίναξ σύνθωκος ταύτης τῆς βίβλου*. Inter Sanctorum vitas habes ‚martyrium Ignatii' fol. 41—51. auctore Simeone Metaph., diligenter quidem conscriptum. Codex erit ***N***.

6. Cod. Vaticanus 866, membraneus, foliis dimidiatis 395, saeculi X. Ex eo (fol. 185—188) ‚acta Ignatii martyris' deprompsi inedita. Alia insunt martyria, Epistolae Sanctorum similiaque adhuc parum cognita. Signavi ***Vat***.

7. Cod. Regius 81, pergamenus, foliis 97 octonariis, indole atque aetate notabilis, cum accedat ad saec. IX. Inest (fol. 13—88) ‚vetus latina versio duodecim Epp. Ignatii' numeris quidem rubris inscriptarum, sed absque mittentis et accipientis nomine. Sequitur ‚Hironis Laus Ignatii, vetus latina versio Ep. Polycarpi ad Philippenses (89—95), vita Polycarpi' (95—97), qua absoluta amanuensis hosce versus rubros apposuit:

Huius opus scripti finaliter explicit istic.
Hic liber Ignatii radiatur dogmate sancti
Huic si quis nequam sancto subtraxerit unquam,
Ad finem vitae barathri crucietur in igne.

Librum olim possidebat Loys Cartier. Nomen dedi ***Reg***.

8. Cod. Palatinus 150, membraneus, foliis quaternariis min., saeculi XIV. In fronte est manu rec. ‚Maneti' 127. Tum manu vetere:

In hoc volumine haec opuscula continentur tali ordine.

Primum aepistole XII beati ignatij martyris quae sub his inscriptionibus continentur.

1° ad Mariam cassobolitanam.
2° ad Trallianos.
III. ad Magnesianos.
IIII. ad Tarsenses.
V. ad Philippenses.

VI. ad Philadelphenses.
VII. ad Smirnenses.
VIII. ad Policarpum episcopum.
VIIII. ad Antiochenses.
X. ad Hyronem diaconum successorem suum.
XI. ad Aephesios.
XII. ad Romanos. Laus ignatij. Epistola beati Policarpi discipuli johannis evangeliste ad philippenses.

Epistolae VII Beati Antonij abbatis ad diversa monasteria Dei gratia liber pastoris. discipoli. pauli apostoli. quem paulus meminit. in epistola. ad romanos.

Opusculum S. Xisti pithagorici philosophi.

Inest igitur ‚Ignatii et Polycarpi Epistolarum vetus latina versio,' qualem exhibet noster Cod. Reg. De indole eius cfr. num. 10. Signavi *Pal.*

9. Cod. Vaticanus 3848 in 4° mai., membraneus, in fol. 1—40. ‚Hermae Pastorem' exhibet scriptum. Exaratus est exeunte saec. XIV. Nullae capitum sectiones; literae singularum Visionum sicuti cuiusvis Mandatorum ac Similitudinum initiales depictae; tituli minio praescripti. In folio primo:

INCIPIT PROLOGUS LIBRI PASTORIS .
IN HOC CORPORE CONTINETUR.

liber qui appellatur pastoris quem sanctus Hieronimus presbiter in cathalogo illustrium virorum inter ecclesiasticos scriptores ita meminit' dicens' Herman cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit salutate flegontam hermen patrobam herman et qui cum eis sunt fratres et asserunt auctorem esse libri qui appellatur pastor et apud quasdam graeciae ecclesias publice legitur revera utilis liber multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia sed apud latinos pene ignotus est.

LIBER PASTORIS.

Liber pastoris nuntii penitentie. Mandata ac Similitudines eius quibus apparuit et locutus est herme. Cui etiam in principio apparuit ecclesia in variis figuris. Sunt ergo visiones ecclesie numero quattuor pastoris nuntii penitentie visionum numerus quinque mandata eiusdem numero duodecim similitudines ipsius numero decem.

Visiones in Cod. revera extant illae quattuor; quibus expletis inscriptio legitur: ‚Visio quinta de mandatis.' Sequuntur autem ipsa mandata, quae librario nostro sunt ‚Visio quinta.' In fine eorum:

‚Expliciunt mandata
Incipiunt similitudines Prima similitudo.'

Similitudo ‚sexta' in Codice incipit: ‚Quidam cum haberet fundum (Similitudo 5, 2); septimae exordium: ‚Post dies deinde non multos (Sim. 5, 2. sub finem); octavae initium idem est ac sextae in libb. impressis. Similitudini (in Edd. ‚septimae') sequenti deest titulus, apparet tamen locus ei apponendo apertus; Similitudo ‚nona' in Edd. est ‚octava; nona' Edd. in Cod. Vat. inscribitur ‚Similitudo' X. Ibidem (c. 13 Edd.) ita divisum

est, ut vocc. ‚*HE*e enim virgines potestates sunt,' loco inscriptioni apponendae praevio relicto et litt. *H* coloribus ornata, novam Similitudinem inducere videantur. Ultima (libb. impr. ‚decima') titulum in fronte fert nullum, littera tamen initialis *P* colore caeruleo depicta est.

Epigraphe:

Explicit liber pastoris discipuli beati pauli
Apostoli ⁘ Deo gratias.

Cod. Vat. ex eodem fonte pervenit, quo illi, quibus Cotelerius et Fellus usi sunt; propius tamen accedit ad Ms. Lambethanum. Haud raro negligenter scriptus est, hic et illic manu docta correctus, bonas lectiones exhibens haud paucis pravis commixtas. Nonnunquam scribitur: ‚rubibus, scobas, lintheum, exureserunt, consumata, exarcebaverunt, impartite, exitant, exeptis, apperuisti, diffiniri, inquesierunt, exolemogesim, sinthensem' (synthesim), ‚set, planatavit, discipaverunt, discensiones: scrabri, coros, iradicetur, cotidiana.' Signavi *Vat.*

10. Cod. Palatinus 150, membraneus, formae 8ae, qui in fol. 94—180 ‚Pastorem Hermae' scriptum habet, exaratus est saec. XIV. Nullae capitum sectiones; depictae sunt Visionum, Mandatorum, Similitudinum initiales litterae. Inscriptio:

Incipit libellus sancti pastoris. Incipit visio prima quam vidit herma.

Visionem quartam excipit inscriptio:
Expliē visio IIII quā vidit de ecclesia.
Incipiūt pastoris mandata duodecim.

Tituli Mand. VI. VII. VIII. IX. XII. non adscripti sunt; patet autem locus iis praefigendis.

In fine Mandatorum: AMEN. Expliciunt mandata pastoris numero duodecim ⁘ ~

INCIPIVNT. SIMILITVDINES. DECEM QVAS
MECV̄ LOQVVTVS: EST. SIMILITVDO
PRIMA : ~

Similitudines V. VIII. X carent titulo, non tamen loco ei adscribendo. In fine Sim. nonae: *ʼAMHN*, post decimam: *ἀμὴν*.

Hic Codex magni faciendus est, quippe qui *ποιμένος* latinam largiatur versionem, quae hactenus nullibi innotuerit. Quae quidem versio cum in Visionibus non paucum discrepet ab ea, quam in libris editis evulgatam legimus, hic illic in Mandatis et Similitudinibus fortasse alius textus graeci quam illa interpretatio est. Pro anxietate sua huius versionis auctor praepositionibus latinis saepius modo Graecorum utitur, in reliquis quoque non sine latinitatis iniuria graeca plus quam par est, adeo grammatico genere neglecto, reddit, fitque infidelis ob nimiam vertendi sollicitudinem atque fidelitatem ad litteram. Multas VV. doctorum coniecturas confirmat, haud paucos locos difficultatibus obstructos eleganti sententiarum conformatione ingeniose illustrat. Voces uncinis inclusas equidem addidi. Scribitur passim: ‚aethnicos, aepulatus, aegerunt, saed, haerbe, quaerele, exiebant, luxoriosis, popoli, dipsichia, excederunt, intellegere, emittis' (emitis), ‚chrocinum, simulachrum, hyemps, temptare, doepalatam, substulisset, emmancipiebat, histi, hii,

pampynos, extuarent' (exstarent), ‚adsequuti, aspri, obsculari, percoepi, menolitha, cenasti, poene' (paene), ‚abentibus, langunt.' Signavi *Pal.*

b. *Codices aliarum bibliothecarum.*

α. Romae.

11. Cod. Angelicus ‚B. 2. 4,' membraneus, foliis dimidiatis, saeculo XI nitide diligenterque scriptus. Inter alias sanctorum vitas extat (fol. 61—68) ‚martyrium Ignatii,' Simeonis Metaph. Codex passim emendatus est manu secunda, quam puto esse saeculi XII. Signavi *A.*

12. Ms. Barberinum 7, cuius secundo folio Lucas Holstenius inscripsit:

‚S. Polycarpi Episcopi et Martyris Epistola ad Philippenses.'

‚S. Barnabae Apostoli ἀκέφαλος. Ex Msto. bibliothecae S. Silvestri in Quirinali collata cum Msto. vetustiore Vatic. bibl.'

Utriusque Ep. apographum Holstenii est; textus autem ex optimo fonte provenit. Codex ipse monasterii S. Silvestri in Quirinali non superstes est, neque ille PP. Theatinorum, quem contulit I. Vossius. Ms. Vaticanum ab Holstenio allegatum est noster Cod. Vat. 859, passim tantummodo ab eo inspectus. Signavi *B.*

13. Ms. Barberinum 68:

‚S. Ignatii Martyris Epistolae graecae ex Codice Vaticano 428 a Leone Allatio erutae.'

Cod. Vaticanus descriptus frustra quaeritur, cum ille numero 428 insignitus Ignatium non contineat, neque ad Vaticanum 859 aut Ottobonianum 348 ne ex longinquo quidem accedat. Lectiones praebet haud contemnendas. Ex Cod. Mediceo breviorem Ignatii Epp. recensionem exhibente varias lectiones margini Allatius apposuit, haud raro tamen suas coniecturas pro libri scripti lectionibus tacite venditans. In quarto Msti. fol. legitur:

Τοῦ ἐν Ἁγίοις Ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας Ἐπιστολαί : –, et in pag. subsequenti:

Ἔλεγχος τῶν τοῦ Ἰγνατίου ΙΒ Ἐπιστολῶν.

α. *Πρὸς Μαρίαν Κασσοβολίτην.*
β. *Πρὸς Τραλλησίους.*
γ. *Πρὸς Μαγνησίους.*
δ. *Πρὸς τοὺς ἐν Τάρσῳ.*
ε. *Πρὸς Φιλιππισίους, περὶ βαπτίσματος.*
ϛ. *Πρὸς Φιλαδελφεῖς.*
ζ. *Πρὸς Σμυρναίους.*
η. *Πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης.*
θ. *Πρὸς Ἀντιοχεῖς.*
ι. *Πρὸς Ἥρωνα διάκονον Ἀντιοχείας.*
ια. *Πρὸς Ἐφεσίους.*
ιβ. *Πρὸς Ῥωμαίους.* Signavi *C.*

14. Ms. Barberinum 501. In fol. 5 Holstenius notavit:

‚S. Ignatii Epistolae genuinae et apostolicae simplicitatis.'

‚Ex antiquissimo Codice Msto. bibliothecae Medicae Lucas Holstenius descripsit et versionem latinam addidit.' Signavi *D.*

15. Cod. Casanatensis G. V. 14, chartaceus, foliorum octonariorum, non una eademque manu scriptus, saeculi XV. Manus saeculi XVII indiculum praemisit, quem ante hos quindecim annos ita conceptum inveni:

„S. P. N. Sophronii Archiep. Hierosolymitani Homilia pro SS. Petro et Paulo die quarta natalium.

Capita novem, quae fama erat, Ioannem Italum philosophum suos auditores docere, a Sacra Synodo damnata Indictione 15.

Didymi contra Manicheos.

Didymus hic fuit patria Alexandrius atque ab alio Didymo Alexandrino Grammatico seniore distinguendus, nec etiam confundendus cum Didymo Monacho Aegyptio.

Catena Graecorum Patrum in Evangelium Lucae.

S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini ad Antiochum Principem seu Ducem de plurimis variisque quaestionibus Responsiones CXXXVIII omnibus Christianis scitu utilissimae.

S. Ignatii Martyris Epistolae ad Smirnaeos, ad Polycarpum, ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Philadelphienses, ad Tralianos, ad Mariam (duae supposititiae), ad Tarsenses.

S. Gregorii Thaumaturgi, non Theologi dicti, Neocaesareae Episcopi Metaphrasis in Ecclesiasten.

Photii epistolae duae: prima ad Nicolaum II, altera ad Michaelem Bulgarii Principem.

S. Patris nostri Simeonis Iunioris Theologi de triplici precationis modo.

S. Cyrilli Archiep. Alexandrini de mystica coena et de ablutione.

S. Dorothei Episcopi Tyri et Martyris de nominibus Apostolorum et eorum praedicationis, mortis et sepulturae loco.

S. Polycarpi Smirnaeorum Episcopi et Martyris Epistola ad Philippenses."

Quae quidem opp. in ipso Codice sequuntur alio ordine. Nam catenam illam graecorum Patrum in ev. Lucae excipiunt ‚novem (potius octo) Ignatii Epp.' in 48 foliis cum dimidio nitide scriptae. Sunt autem eaedem, quas I. Vossius ex pretioso illo Codice Mediceo 7 Plutei LVII primus evulgavit. Ac mihi quidem librum Casanatensem perlustranti, Mediceus ei fons atque exemplar fuisse diu visus est. Ut ita opinarer, cum indoles utriusque, tum ultimae Epistolae (*πρὸς τοὺς ἐν Ταρσῷ*) externa utrobivis me movit species. Casanatensis quippe eodem modo desinit quo Mediceus, eo tamen discrimine, quod illic sequuntur quattuor folia cum dimidio alba. Sed id quidem aliunde explicandum videtur. Nam ut omnium novem (vel octo) Epp. inscriptionem aliaque huiuscemodi plura omittam, ex comparatione amborum Mss. accuratius inter se instituta apparet notabilior lectionum discrepantia. Credibile tamen est, utrumque Cod. ex eodem vetustissimo archetypo, per ambages quidem, emanasse. Illud nimirum Epistolam ad Tarsenses integram habebat. Verumtamen casu quodam factum esse videtur, ut librarius Codicis Casanatensis eam illinc non transscribere potuerit, quamvis prius observatam ac mensuratam, ideoque spatium ei integrae describendae reliquerit. Quare fragmentum tantummodo ex Mediceo transscripsit. Hinc Casanatensis et Mediceus, quod ad textum Epistolae

ad Tarsenses attinet, plus solito coeunt. Quae cum ita sint, Casanatensi in multis locis plus auctoritatis tribuendum puto, quam Mediceo.

Inest quoque ‚Polycarpi Ep. ad Philippenses.' Cum ea contextim extat in 22 foliis cum dimidio ‚Ep. Barnabae,' quam quidem praevius ille indiculus ignorat. Una eademque manus utramque scripsit saec. XV, diversa quidem ab ea, quam in Epp. Ignatii vidimus. Hic Cod. erit *C*.

β. Florentiae.

16. Cod. Mediceus (Plut. LVII num. 7) membraneus, in 4^0 mai., iudice Bandinio saeculi XI (Catal. codd. gr. Bibliothecae Laurentianae tom. II p. 347, Florentiae 1768.). Est miscellaneus. Post alia inveniuntur ‚Ignatii Epp. novem,' quales exhibet Cod. Casanatensis. Descriptus fuit per Salvinium in usum Aldrichii et ab Holstenio, pluries inde ab I. Vossio usque ad Iacobsonum collatus. Neque ego labori peperci, neque pro me C. Tischendorf, Th. Heyse, P. del Furia, siquidem etiam post aliorum curam diligentiamque probatam praecipua loca denuo religiose contulimus. Signavi *L*.

17. Cod. Mediceus (Plut. VII num. 21) chartaceus, saec. XV in 4^0 min. Insunt (cfr. Bandinius l. c. tom. I p. 269) ‚Divi Ignatii Epistolae interpolatae XI, Polycarpi una, et Hippolyti de consummatione Mundi, et Antichristo, et de secundo adventu D. N. Iesu Chriti oratio.' Cum Ep. Polycarpi coniuncta extat ‚Barnabae Epistola', quod Bandinium effugit. Hunc quoque Codicem ego et amici pro me in omnibus locis, qui alicuius momenti videbantur, post alios iterum iterumque inspeximus. Signavi *F*.

Qui praeter hosce in Commentariis Codices passim nominabuntur, eorum notitia per alios PP. Apostol. editores iam dudum publici iuris facta est. Idcirco nostra illustratione non indigere videbantur. Confer vero quae supra in recensendis singulorum Patrum editionibus hanc in rem a nobis dicta sunt.

Index tabulae lapidi incisae.

1. Cod. Casan. Ep. S. Ign. ad Smyrn. [C]
2. Cod. Vat. 866. Fol. 186. a. [Vat.]
3. Cod. Vat. 813. Fol. 305. a. [E]
4. Cod. Vat. 815. Fol. 41. a. [N]
5. Cod. Vat. 859. Fol. 167. a. [V]
6. Cod. Casan. Finis Ep. S. Polyc. ad Phil. cum Ep. S. Barn. coniunct. [C]
7. Cod. Ottob. 348. Fol. 64. a. [O]
8. Cod. Reg. 30. Fol. 161. b. [R]
9. Cod. Palat. 150. Fol. 134. b. [Pal.]
10. Cod. Vat. 3848. Fol. 9. a. [Vat.]
11. Cod. Reg. 81. Fol. 89. a. [Reg.]

ΒΑΡΝΑΒΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.[1]

BARNABAE APOSTOLI EPISTOLA.

I. *Post salutationem scriptor sese cum fratribus ex eo aliquid communicaturum annuntiat, quod ipse acceperit.*

Avete,[2] filii[3] et filiae, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui nos dilexit, in pace. Magnarum et honestarum Dei aequitatum[4] abundantiam sciens esse in vobis, supra modum exhilaror[5] beatis et praeclaris spiritibus vestris, quod sic naturalem[6] gratiam accepistis. Propter quod plurimum gratulor mihi, sperans[7] liberari, quia vere video in vobis infusum spiritum ab honesto[8] fonte Dei, cum[9] persuasum mihi sit hoc, et

1) Inscriptionem illam *Η ΦΕΡΟΜΕΝΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΡΝΑΒΑ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ* in editione (principe) Hug. Menardi praeviam, qui scriptum Barnaba acephalum evulgarunt post eum, varie mutaverunt. Apud Euseb. H. E. III, 25. est *ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή*. Origenes quidem reliquit: *Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ* contra Cels. I, 63. Tom. XVIII. P. I. p. 116. ed. C. H. E. Lommatzsch, Berolini 1831—1848. Etiamsi obiter tantum aliquis indolis atque ingenii lineamenta huius Epistolae *φυσιογνωμονεῖν* volucrit, eam ad *proprium definitumque lectorum coetum*, nec ad *universalem* datam fuisse, facile sibi persuadebit. Verumtamen posse eam pro captu Origenis eodem iure *catholicam* denominare, quo cuiusvis alius Alexandrini scriptum, nemo certe infitias ibit. Codices Biblioth. Barberinae, Casanatensis, Florentinae, Ottobonianae, Vaticanae, quos contuli, epitheton illud in subscriptione non agnoscunt. Nos quidem duce Cod. Vaticano titulum expressimus. Cfr. infra c. 21. not. 12.

2) Vetus Epistolae interpretatio latina, ea quidem mendis abundans et manca extat in Codice Corbeiensi, qui ante saec. IX. exaratus dicitur. Illinc quattuor prima capita et dimidium quinti, cum graece desint, mutuavimus. Capitum autem lemmata nostra sunt.

3) Fideles evangelio regenerati appellantur *filii*, *patres* autem Apostoli, qui eos spiritualiter genuerunt. Cfr. I. Joan. 2, 28. I Cor. 4, 15. 16. 17. Gal. 4, 19.

4) Ita Vossius correxit Cod. mendum *aequitate*. Veteri huius Ep. Interpreti *δικαίωμα* est *recte factum, rectitudo*, sed etiam *statutum, iustitiae praeceptum*. Prior significatio hic, altera reperitur in sqq. capp. Cfr. infra c. 10. 16. 21. Rom. 5, 18. et Luc. 1, 6. Rom. 1, 32. 2, 36.

5) III Joan. 4.

6) Vet. Int. infra c. 9. *τὴν ἔμφυτον δωρεὰν* vertit *naturale donum*. Unde Men. eum heic *ἔμφυτον* legisse, recte coniecit adnotans: *Naturalis gratia est firma, altius radicata, bene insita, et plantata in anima iusti*. Eodem sensu in exordio Ep. Ignatii ad Ephesios *Ἀποδεξάμενος ἐν Θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ*.

7) I. e. sperans fore, ut periculis imminentibus expediamini. Cfr. infra c. 2. initium. Forsan scribendum *sperans vos liberari*, sc. *in Christo = redimi*.

8) Forte erat *ἐξ ἀξιολόγου πηγῆς θεοῦ*. Gallicciolli vertit: giacchè vedo veracemente trasfuso in voi lo spirito dall' autorevole fonte divino.

9) Men. Voss. et alii maiori inter-

plenus[10] sciam, quia, dum ad vos adloquor, multa mihi bona successerunt in via aequitatis Domini.[11] Ideo, fratres,[12] et ego cogito diligere vos super animam meam; quia magnitudo fidei et dilectio habitat in illo,[13] et spes vitae illius.[14] Cogitans ergo, hoc[15] quodsi curae mihi fuerit, ut vobiscum partiar

ἀφ' οὗ ἔλαβον μέρους . . . . ex eo quod accepi, futurum mihi,
. . . . . talibus spiritu servienti,[16] hoc in
. . . . . *ἐσπούδασα κατὰ* mercede, adproperavi[17] pauca vobis
μικρὸν ὑμῖν πέμψαι, ἵνα μετὰ τῆς mittere, ut fidem consummatam ha-
πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε καὶ beatis et scientiam.
τὴν γνῶσιν.[18]

Tres sunt ergo constitutiones[19] Domini; vitae spes, initium et consummatio. Propalavit[20] enim Dominus per Prophetas quae[21] praeterierunt, et futurorum dedit nobis initia scire. Sicut ergo locutus est, honestius et altius accedere[22] ad aram illius. Ego autem non tanquam doctor, sed unus ex vobis, demonstrabo pauca, per[23] quae in plurimis laetiores sitis.

---

punctionis signo ante *cum* distinguunt, quae cohaerent male distrahentes. Pronomen *hoc* ad sequens membrum *quia* sqq. spectat.

10) In graeco fuisse videtur *ὅτι πεπεισμένος καὶ πλήρης εἰμὶ εἰδὼς*, vel *πεπεισμένος καὶ πληροφορηθεὶς* (Rom. 4, 21.). Proponunt *plenius* Men. Voss. Fortassis *plane*.

11) I. e. multum percepi spiritualem fructum ex evangelio inter vos praedicato, quippe quo in rectam semitam perducti fueritis.

12) Cod. *fors,* si Menardo fides habenda. Quod lectionis monstrum procul dubio ex usitatissimo illo siglo *frs* = *fratres* ortum esse iam vidit Vossius.

13) I. e. in hac re, in hac dilectione proximi vera consistit dilectio, vera fides et firma spes. Aliter alii hunc locum interpretantur. Schnitzerus verba *in illo* ad antecedentia *infusum spiritum* refert, hunc spiritum infusum fontem dilectionis, fidei et spei esse affirmans. *In illo* = *in Domino* esse, Henrico Rhode placet. *Hefele.* Recte Gallicciolli: per questa ragione, o fratelli, io altresi riconosco essere mia obbligazione lo amarvi pinchè la mia vita medesima: in questo consistendo la sublimità della Fede, la Carità, e la Speranza di vivere con esso.

14) Menardo *illius* idem est ac *aeternae*.

15) Editores inde a Menardo usque ad novissimum eorum Hefelium vbb. *quasi curae mihi fuerit, ut vobiscum partiar ex eo, quod accepi* uncis seu reticentiae signis a reliquis segregantes sensum obfuscarunt. Verumtamen *hoc* non abundat, uti Menardo videbatur; spectat enim ad sequens membrum. Quapropter ante commate distinxi. Codicis lect. *quasi* nihili est; dedi *quodsi*. Sensus: Cogitanti ergo mihi curae quodammodo hoc fuit, ut vobiscum partiar ex eo quod accepi, persuasus quippe, fore ut in meam ipsiusmet mercedem redundet, si animis vestris praestoler.

16) *spiritus servientes* Men., qui coni. *spiritu servientes*. Lege *spiritu servienti* cum marg. Clerici. Litera *s* in Cod. perperam afflata erat voci *spiritu* ex ea quae subsequitur.

17) Ita scribendum Clerico monente ex II Tim. 4, 9. 21. Tit. 3, 12.; *adpropiavi* ed. Men.

18) Graeca habes in Clementis Alex. Strom. II c. 6. p. 445. ed. Potter.

19) Forte *διατάξεις*.

20) Sensus: Talem gradationem Deus iam per Prophetas indicavit. Hi enim a) praedicabant spem vitae, prophetantes, quae b) nunc evenerunt (initium vitae), et quae c) futura sunt (consummationem vitae). *H.*

21) Ita ed. Oxon. correxit *qui* apud Men.

22) Aut legas *accidite* proponente Men., aut scribe *ita honestius et altius accedere ad aram illius nos oportet.* Elocutio *ad aram Domini accedere* = *ad verum* (*in spiritu et veritate*) *Dei cultum ascendere.* Cfr. Hebr. 13, 10. Eodem sensu in Hermae Past. Sim. 8, 2. muntius Domini dicit: *ego eos super aram probabo.*

23) Cfr. I Joan. 1, 4.

II. *Nova Christi lex sine iugo necessitatis; unde sacrificia Iudaeorum iam vacua sunt reddita.*

Cum sint ergo dies nequissimi,[1] et contrarius habeat huius saeculi potestatem, debemus adtendentes inquirere aequitates Domini.

Τῆς[2] *μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσὶν οἱ συλλήπτορες φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν Κύριον, μενόντων ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις.*

Fidei ergo nostrae adiutór est timor et sustinentia; quae autem nobiscum pugnant, patientia est et continentia. Haec cum apud Dominum permanent casta,[3] conlaetantur illis sapientia et intellectus.

Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur nostris hostiis, neque victimis, neque oblationibus, haec dicens: ‚Quo[4] mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustomatibus arietum et pinguaminibus agnorum; et sanguinem hircorum et taurorum nolo; nec si veniatis videri[5] mihi. Quis enim exquisivit haec de manibus vestris? Calcare aulam meam non adiicietis. Si adtuleritis mihi similaginem, vanum; supplicamentum execratio mihi est. Neomenias[6] vestras et diem magnum non sustineo; ieiunium et ferias et dies festos vestros odit anima mea.‘ Haec ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Iesu Christi, quae sine iugo[7] necessitatis est, humanam[8] habeat oblationem. Dicit Dominus iterum ad illos: ‚Numquid[9] ego praecepi parentibus vestris, cum exierunt de terra Aegypti, ut offerrent mihi hostias et victimas? Sed hoc praecepi illis dicens: unusquisque[10] vestrum adversus proximum non habeat malitiam, et iuramentum mendum[11] non amet.‘[12] Intelligere ergo debemus, cum non simus sine

---

Cap. II. 1) Ita Paulus ad Ephes. 5, (16.) *quoniam dies mali sunt.* Mali dicuntur dies ob nequitiam hominum, in quibus regnat peccatum. Hic autem incipit prima pars huius epistolae: et primo proponit, quare sint Dei iustificationes et mandata inquirenda; tum recenset virtutes, quibus fides nostra fulcienda sit; tandemque ostendit, quam vani fuerint Iudaei, qui universam iustitiam in suis sacrificiis et caeremoniis legalibus positam esse censuerunt, ostenditque eiusmodi sacrorum abolitionem. *Men.* Cfr. I Petr. 5, 8. Gallicciolli: Ma perchè questi sono i tempi sceleratissimi, e Satana ha la signoria di questo seculo, dobbiamo con attenzione consultare le leggi del Signore.

2) Graeca ex Clem. Alex. l. l.

3) Qualora queste sieno illibate inciò che riguarda il Signore, in un con esse gioiscono sapienza, intelletto, scienza e cognizione. *G.* Scientia quippe sine fide et sine virtutibus ei coniunctis inflat. Iam sequitur accuratior *δικαιωμάτων* disquisitio paulo ante commendata.

4) Isai. 1, 11—14.

5) *οὐδ' ἂν ἔρχησθέ ὀφθῆναί μοι* LXX, unde Men. correxit Cod. lectionem *videre.*

6) Cfr. Clementis Rom. Hom. XIX. c. 22. p. 392. ed. Dressel. *Ἔνθεν γοῦν τις ἐκ τῆς Μωϋσέως παραδόσεως μεμαθηκὼς, αἰτιώμενος τὸν λαὸν ἐπὶ ἁμαρτίας, υἱοὺς νεομηνιῶν τῶν κατὰ σελήνην καὶ σαββάτων ἀπεκάλει.* Vid. Iustin. Apol. I. n. 37.

7) Cfr. Gal. 5, 1.

8) I. e. oblatio ipsius hominis veteris foederis sacrificiis iam est substituenda.

9) Jerem. 7, 22. 23.

10) Zachar. 8, 17.

11) Cave haec mutes cum Menardo et Oxoniensibus in *mendax;* est enim prisca vox latina, ut docet Charisius Lib. I.: *Mendum in mendacii significatione dicitur; menda in culpa operis aut corporis.* Hinc factum *mendax. Clericus.* Cfr. A. Gelli Noct. Attic. I, 7, 5. et XX, 6, 14.

12) *habet* Ms., *habeat* coni. Men., forte *amet* vel *habeat* Cotelerius in marg. Mihi quidem in textu gr. *ἐχέτω* = *ha-*

intellectu, consilium benignitatis patris nostri; quia nobis dicit, volens nos similiter errantes[13] quaerere, quemadmodum ad illum accedamus. Nobis enim dicit: ‚Sacrificium[14] Deo cor contribulatum, et humiliatum Deus non despicit.' Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando habeat[15] introitum in nobis, et avertat[16] nos a vita nostra.

III. *Aliud est ieiunium Iudaeorum, Christianorum aliud.*

Dicit ergo iterum de his ad illos: ‚Ut[1] quid mihi ieiunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, et saccum te circumdederis, et cinerem straveris; nec sic celebrabis ieiunium acceptum.' Ad nos autem sic dicit: ‚Cum[2] ieiunaveritis, solve omnem nodum iniustitiae, et[3] omnem consignationem iniquam dele; resolve suffocationes impotentium[4] commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, et omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam. Cum videris nudum, vesti, et domesticos seminis tui non despicies. Tum erumpet temporaneum[5] lumen tuum, et vestimenta[6] tua cito oriuntur;[7] et praeibit ante te iustitia, et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamas,[8] et Deus exaudiet te; cum adhuc loqueris, dicet: ecce adsum, si abstuleris a te nodum et suadelam[9] malorum, et verbum murmurationis,

---

beto scriptum fuisse videtur = *et iuramentum eius mendum non habeto.* Cfr. Orig. contra Cels. VII, 1. T. XX. p. 1. ed. Lommatzsch *ἵν', ἐξολοθρευθέντων αὐτῶν, οἱ πάντες περισπασμοῦ ἀπολυθέντες εἴπωσι τὸ ἐξῆς ἐκείνῳ, τό· ‚ἐχουσίως θύσω σοι·' λογικὴν καὶ ἄκαπνον θυσίαν προσφέροντες τῷ θεῷ τῶν ὅλων.* Malitia autem derelicta *λογικὴν καὶ ἄκαπνον θυσίαν,* quam Deus noster non despicit, ei offerre possumus.

13) Simili modo nos errantes cum veteris foederis populo i. e. nos iudaizantes. Respicit simul intellectus plenitudinem Christianorum (Col. 2, 2.) et mentis cecitatem Iudaeorum (II Cor. 3, 14.).

14) Ps. 50, 19.

15) Menardo videtur deesse voc. *Satan,* vel *contrarius,* vel simile aliquid. Fortassis *nequam* ob antecedentium similitudinem *nequando* amanuensi excidit. Eodem modo legitur infra c. 4. *ne quando quiescentes iam vocati addormiamus in peccatis nostris, et Nequam accipiens* rlqq.

16) Ita Rhode. Ms. *evertat.* Cfr. Ignat. ad Eph. c. 17.: *μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. H.* Rhodii emendatione vix opus erat; nam idem omnino vbb. *evertere* et *avertere* haud raro significant. Cfr. Hermae Past. Sim. 6, 2.: *et avertit* (*evertitque* Cod. Palatinus) *eos a veritate.* Iam Gallicciolli: acciochè il malvaggio non mai trovi adito in noi, e ne allontani dal nostro instituto di vita.

Cap. III. 1) Reprobat Esaias ieiunium Iudaeorum, quod cum fastu erat et tristitia affectata ad ostentationem, quale est ieiunium hypocritarum Matth. 6., et bonis operibus vacuum malisque plenum. *Men.* Isai. 58, 4. 5.

2) Forte *Ἐὰν νηστεύῃς.* Isai. 58, 6 — 10.

3) Vocc. *et omnem consignationem iniquam dele* ex margine irrepsisse, eoque reiecta esse vidit Cotelerius, cum sint altera versio verborum *πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα,* quae infra sic reddunt: *et omnem cautionem* sqq.

4) *Impotens* ut alibi *incontinens, insolens, effrenatus, vehemens, impatiens, sui non potens.* Sic Cic. IV. Fam. 9. Victoria etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit.

5) *πρωΐμον* LXX, i. e. matutinum. *Men.* Sensus: Gloriam apud Deum tibi adquires ipsum ita magnificando.

6) *ἰάματα* LXX, i. e. sanitates, pro quo quidam legerunt *ἱμάτια. Men.*

7) *orientur* legendum monuit Men.

8) *exclamabis* scribi vult Men.

9) *χειροτονίαν* LXX. Notum est

et dederis esurienti panem ex animo.' In hoc ergo, fratres, providens est et misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo, atque ante ostendit omnibus nobis, ut non incurramus, tanquam proselyti, ad illorum legem.

IV. *Error huius temporis fugiendus, simulque iam vocatis cavendum, ne legis contemptu tanquam iustificati superbiant.*

Oportet ergo de instantibus[1] multum scrutantes scribere, quae nos[2] possint sanare. Fugiamus ab omni opere iniquitatis, et odio habeamus errorem[3] huius temporis, ut futuro diligamur.[4] Non demus animae[5] nostrae spatium, ut possit habere potestatem discurrendi cum nequissimis et peccatoribus, ne quando similemus illis. Consummata enim tentatio,[6] sicut scriptum est, [et] sicut Daniel[7] dicit, adpropinquavit. Propter hoc enim Dominus intercidit[8] tempora et dies, ut acceleret dilectus illius ad hereditatem suam. Dicit sic propheta: ‚Regna[9] in terris decem regnabunt; et resurget retro pusillus,[10] qui deponet tres in unum.' De regnis similiter.[11] De hoc ipso[12] dicit iterum Daniel: ‚Et[13] vidi quartam bestiam, nequam et fortem, et saeviorem caeteris bestiis marinis, et apparuerunt illi decem cornua; et ascendit aliud cornu breve in medio illorum, et deiecit cornua tria de maioribus cornibus.' Intelligere[14] ergo debemus. Adhuc[15] et rogo vos tanquam unus ex vobis, omnes amans

---

illud *digito loqui*, ut complici significetur quid dicat quidve taceat, cum in negotiis quotidianis, tum coram iudicibus. Cfr. Prov. 6, 12. 13.

Cap. IV. 1) Menardus *instantibus* iure meritoque coni. p. Cod. *histantibus*, Voss. *his talibus*, Cot. *his tantis*, vel *instantibus*. In textu graeco fuisse mihi videtur *Δεῖ οὖν περὶ τῶν ἐνεστώτων κτλ.* = de quibus nunc quaeritur. Ea autem intelligit, quae insita lege ad veteris et novi foederis conditionem invicem pertinent. Cfr. infra c. 17.

2) *non* Ms.

3) Quamcunque a legis naturalis recta semita aberrationem, praesertim ethnicorum intelligo errorem (*τὴν τῶν ἐθνῶν ἀνομίαν*), quo illud tempus vel maxime aegrotabat. Opera iniquitatis fugienda idem quod consortium ethnicorum saepe in PP. Apostol. scriptis sibi volunt.

4) *futura diligamus* leg. censet Men.

5) appetito. *G.*

6) Vid. Is. 10, 22. 23.

7) Dan. 9, 24. 26. 27. Copula *et* excidisse videtur. Addidi eam ante *sicut Daniel*.

8) Ita legendum monet Men. in margine, iuxta illud Danielis *Septuaginta hebdomadae abbreviatae sunt*. Cfr. Matth. 24, 22.

9) Dan. 7, 24. Etiam LXX *βασιλεῖαι*. Vulgata versio accuratius cum textu hebraico *Reges*.

10) Aliter in vulgata editione: *Et alius consurget post eos, et ipse potentior erit*, ut in textu graeco et hebraico. Verum Apostolus verba non reddidit, sed sensum, alludens ad illud parvulum cornu, quod de medio decem cornuum quartae bestiae ortum tria de cornibus primis, hoc est tres reges contrivit. Ille ergo rex, qui dicitur caeteris potentior, ab Apostolo appellatur pusillus, quia per illud parvum cornu significatur. *Men.*

11) Subaudi *dicendum est:* quae nempe cum suis regibus ab illo potentiore funditus evertentur. *Men.*

12) I. e. de hac ipsa re. Alii subaudiunt *pusillo* = Antichristo.

13) Proferri haec ex sensu potius, quam ex sacro Codice, admonet Men. Cfr. Dan. 7, 7. 8.

14) Sensus: Quidnam illud Scripturae significet, nobis est perscrutandum. — Etenim demonstrare auctori in animo est, foedus cum Deo initum ob Israelis perfidiam fuisse adnihilatum, iamque renovatum cum Novellis in fide. Commenta autem Hebraeorum mystica ad vbb. *omne cornu Israel* Thren. 2, 3. docent: *Cuncta fuerunt data in capite Israel; cumque peccaverunt, ablata sunt ab eis, et data sunt gentibus seculi. Et hoc est, quod scriptum est in Daniele* 7, 7.: *Ecce bestia* etc.

15) I. e. *Πέρας γέ τοι.*

super animam meam, ut attendatis vobis, et non similetis eis, qui peccata[16] sua congerunt, et dicunt: quia testamentum illorum, non[17] et nostrum est. Nostrum[18] autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud, quod Moyses accepit. Dicit enim Scriptura: ‚Et[19] fuit Moyses in monte ieiunans XL diebus et XL noctibus; et accepit testamentum a Domino, tabulas lapideas, scriptas manu Dei.‘ Sed conversi in idola perdiderunt illud. Dicit enim Dominus Moysi: ‚Moyses,[20] descende celerius, quia praeteriit legem populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti.‘ Et proiecit Moyses tabulas lapideas de manibus suis, et confractum est testamentum eorum, ut dilectio Iesu consignetur in praecordiis vestris in spem fidei illius.[21] Propter quod adtendamus novissimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitae nostrae et fidei, si non odio[22] iniquum et futuras tentationes habeamus, sicut dicit filius Dei: ‚Resistamus[23] omni iniquitati, et odio habeamus eam.‘ Ergo considerate opera malae[24] viae. Non separatim debetis seducere[25] vos tanquam iustificati; sed in unum convenientes inquirite, quod communiter dilectis conveniat et prosit. Dicit enim Scriptura:

Οὐαὶ[26] *οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Πνευματικοὶ γενώμεθα, ναὸς τέ-*

‚Vae illis, qui sibi solis intelligunt, et apud se docti videntur.‘ Simus spiritales, simus templum[27] consum-

16) I. e. opera iniquitatis et errorem, de quibus supra dixerat.

17) Ita dedi ex coniectura. Apud Menardum habes *quia testamentum illorum et nostrum est*, quam lect. editores Fr. Reithmayr excepto repetierunt. Is enim *quia testamentum illorum, et non nostrum est* evulgavit, asserens ita extare in Cod. ms. Nescio, an fides habenda. Iam de altera parte illius *erroris* disceptat, quem in capitis initio fugiendum fratribus intimaverat, i. e. de totius legis Moysaicae contemptu ex spirituali superbia. Huc spectant, quae mox leguntur: *Non separatim debetis seducere vos tamquam iustificati* sqq. Qui cum Menardo legunt *quia testamentum illorum et nostrum est*, id quidem ad Iudaistas referentes, sententiarum progressum intercidunt confunduntque.

18) Sensus: Iam nostrum profecto est illud foedus divinum, quia rlqq. Cfr. infra c. 13 et 14.

19) Exod. 31, 18. 34, 28.

20) Exod. 32, 7. Deut. 9, 12.

21) Ostendit, quomodo vetus testamentum sit etiam Christianorum, cum videlicet repudiata lege a Iudaeis, quod quidem significatur per fracturam tabularum, nova lex data est scripta, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, cum illis a Deo repudiatis Christiani fuerunt adoptati in novum populum, ut infra de eadem tabularum confractione agens recte docet S. Barnabas, accepto testamento a Iudaeis per idololatriam abiecto. Quod quidem testamentum intelligitur tantum de decalogo, qui in duabus tabulis Dei digito scriptis et a Moyse fractis continebatur. Origenes libro primo contra Celsum primas tabulas dicit esse legem in cordibus hominum scriptam, quae cum superfusione peccatorum esset abolita, iterum Deus dedit scriptam in excisis per Mosen tabulis lapideis, nimirum prophetico sermone praeparante animam post primum peccatum ad secundas Dei literas. *Men.*

22) Ms. *modo.*

23) Nullibi in N. T. haec Christi verba leguntur. Unde aut a quodam eius discipulo auctorem ea audisse, aut ex variis similibus locis (Jac. 4, 7. II Tim. 2, 19. et Ps. 119, 163.) sac. Scripturae ipsam sententiam conflatam esse statuendum videtur. Cfr. dictum illud Salvatoris in Act. 20, 35.

24) De lucis et tenebrarum via plura infra c. 5. 20.

25) I. e. subtrahere, nisi forte scribendum *ducere*=*gerere*. Cfr. Hebr. 10, 25. Tit. 1, 10.

26) Isai. 5, 21. Graeca leg. in Clem. Alex. Strom. II. c. 7. p. 447. Vocc. parenthesi inclusis vetus nostra latina versio non convenit.

27) Gal. 6, 1. I Cor. 3, 16. 17.

λειος τῷ Θεῷ. Ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ (ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν).

matum Deo; in quantum est in nobis, meditemur[28] timorem Dei, et custodiamus mandata illius.

Dominus[29] ‚non accepta persona iudicat mundum; unusquisque secundum quae facit accipiet. Si fuerit bonus, bonitas eum antecedit; si nequam, merces nequitiae eum sequitur.[30] Adtendite, ne quando quiescentes[31] iam vocati addormiamus in peccatis nostris, et Nequam accipiens potestatem nostram[32] suscitetur,[33] et [nos] excludat a regno Domini. Adhuc et illud intelligite, cum videritis[34] tanta signa et monstra in populo Iudaeorum, et sic illos dereliquit Dominus. Adtendamus ergo, ne forte, sicut scriptum est, ‚multi[35] vocati, pauci electi' inveniamur.

V. *Christi morte nos salvati, Iudaei iudicati.*

Propter hoc Dominus sustinuit tradere corpus suum in exterminium, ut remissione peccatorum sanctificemur, quod est sparsione sanguinis illius.[1] Scriptum est enim de illo, quaedam ad populum Iudaeorum, quaedam ad nos. Dicit autem[2] sic: ‚Vulneratus est propter iniquitates nostras, et vexatus est propter peccata nostra; sanguine illius sanati sumus. Tanquam ovis ad victimam adductus est; et sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum.' Supergratulari ergo debemus Domino, quia et praeterita nobis ostendit, et sapientes fecit, et de futuris non sumus[3] sine intellectu. Dicit autem: ‚Non iniuste tenduntur retia avibus.'[4] Hoc dicit, quia iuste periet[5] homo habens viam veritatis, scientiam, et se a via tenebrosa non continet adhuc. Et ad hoc[6] Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus, cui dixit[7] die ante constitutionem saeculi: ‚Faciamus[8] hominem ad imaginem et similitudinem nostram.' Quomodo ergo sustinuit, cum ab hominibus hoc pateretur, discite. Prophetae, ab ipso habentes donum, in illum prophetaverunt; ille[9] autem, ut vacuam faceret mortem et de mor-

28) Cfr. Isai. 33, 18.

29) Cfr. I Petr. 1, 17. Gal. 2, 6. I Cor. 3, 8.

30) Cfr. Isai. 58, 8.

31) Cfr. Matth. 25, 5. sqq.

32) sopra di noi. *G.*

33) Ita coni. Men., *suscitet* Cod. In utroque deest [nos].

34) Hierosolyma urbs iam diruta erat (infra c. 16.); unde *videritis* non futuri exacti, sed perfecti temporis forma.

35) Matth. 20, 16. 22, 14. Vocc. *sicut scriptum est* glossam olent.

Cap. V. 1) I Petr. 1, 2.

2) Sc. ad nos. Cfr. Isai. 53, 5. 7.

3) In veteri Codice, ex quo Men. hanc versionem evulgavit, sic erat: *Et de futuris non simus, sumus sine intellectu.* Sed expungendum esse *simus* iam ille intellexit. Sensus: Haud ignari sumus eorum, quae ventura sunt.

4) Prov. 1, 17. Sensus: Quamvis ob nimiam Domini misericordiam sapientes redditi non simus sine intellectu, cavendum tamen nobis est, ne in retia uti aves incidamus, in via tenebrarum pereuntes. Cfr. A. Hilgenfeld: Die Apostolischen Väter. Halle 1853. p. 16.

5) Merito Vossius Menardi improbat correctionem *peribit* p. *periet*, cum non hoc minus quam alterum in usu fuerit aevo posteriori. Ita et alibi *interiet, exiet* et *transiet*, etiam apud Tibullum I, 4, 27. Cfr. Buenemann ad Lactant. IV, 13, 24.

6) E inoltre il Signore comportò patire. *G.* Forte *πέρας γε*.

7) Sc. pater. *Men.*

8) Gen. 1, 26.

9) Constr.: Ille autem — quia in carne oportebat eum adparere, ut vacuam faceret mortem et de mortuis resurrectionem ostenderet — sustinuit (i. e. pati

tuis resurrectionem ostenderet, quia in carne oportebat eum adparere, sustinuit, ut promissum parentibus redderet, et ipse sibi[10] *τὸν λαὸν τὸν καινὸν*[11] *ἑτοιμάζων ἐπιδείξῃ*[12] *ἐπὶ τῆς γῆς ὢν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ.*[13] *Πέρας γέ τοι*[14] *διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν, ἐκήρυξε, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν.*[15] *Ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους, τοὺς*[16] *μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο, ὄντας*[17] *ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους — ἵνα δείξῃ, ὅτι*[18] *οὐκ ἦλθε ,καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν' — τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Εἰ*[19] *γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθησαν οἱ ἄνθρωποι, βλέποντες*[20] *αὐτόν; ὅτι τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, βλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν*[21] *εἰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. Οὐκοῦν*[22] *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰς*[23] *τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ*[24] *τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν.*[25] *Λέγει γὰρ ὁ Θεός· ,τὴν πληγὴν*[26] *τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν,' [καὶ ἄλλος προφητής]·*[27] *,ὅταν πατάξω τὸν ποιμένα, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.' Αὐτὸς ἠθέλησεν οὕτω*[28] *παθεῖν· ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ. Λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· ,φείσαί*[29] *μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας, καθήλωσόν*[30] *μου τὰς σάρκας, ὅτι*[31] *πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι." Καὶ πάλιν λέγει· ,ἰδοὺ*[32] *τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας*[33] *εἰς ῥαπίσματα·*[34] *τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν*[35] *πέτραν.'*

VI. *Prima atque secunda creatio passione Christi iam a prophetis annuntiata.*

Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν, τί λέγει;[1] *,Τίς*[2] *ὁ κρινόμενός μοι; Ἀντιστήτω μοι.*[3] *Ἢ τίς ὁ δικαζόμενός*[4] *μοι; Ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυ-*

---

potuit et passus est), ut promissum parentibus redderet, et populum novum etc. *H.*

10) In Codd. manuscriptis, quotquot alii et nosmet ipsi excussimus, graeca hucusque desiderantur. Quae subsequuntur, cum Ep. Polycarpi ad Philippenses ubivis coniuncta extant: *ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ. τὸν λαὸν* B, *ἀποθανόντα. Καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τὸν λαὸν* C O V, *οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τὸν λαὸν* F. Interpretatio autem latina, quae versionem veterem abhinc excipit, Cotelerii est, ab Hefelio quidem iam refusa et a nobis passim correcta atque castigata.

11) *καινὸν* coni. Men., idem *κενὸν* in textu ut B C F O V, *et ipse sibi populum parans* Int. vet.

12) *ἐπιδείξῃ* Voss., *ἐπείδειξει* (sic) C, *ἐπιδείξει* B F O Men., qui legi vult *ἐπέδειξε*. In V *ἐπὶ δείξει*.

13) *κρινεῖ* recte coni. Men., *κρίνει* B C F O V cum ed. pr. Christus in iudicium vocabit mortuos ab ipso resuscitatos.

14) *πέρας δ' ἔτι* B et var. lect. ap. Voss.

15) *non crediderunt, nec dilexerunt illum* vet. Int.

16) *τοὺς* restitui c. Men. B C O V; deest in F. In marg. Cod. C man. sec.: *ποίοι οἱ ἀπόστολοι πρὸ τῆς ἐκλογῆς αὐτῶν.*

17) Hunc locum Origenes defendit contra Cels. I, 63. Tom. XVIII. P. I. p. 116. ed. Lommatzsch.

18) Matth. 9, 13.

19) Coniunge haec cum verbis anteced.: *in carne oportebat eum apparere.* Eandem sententiam reperies in oraculis Sibyllinis, Prooem. V, 10—15. Galland. Biblioth. T. I. *H.*

20) *ἐσώθησαν οἱ ἄνθρωποι, βλέποντες* scripsi c. F O V, *ἐσώθημεν οἱ ἄνθρωποι βλέποντες* B C, *ἐσώθημεν* (l. *ἐσώθησαν*) *ἄνθρωποι; βλέποντες* Men., *ἐσώθησαν ἄνθρωποι οἱ βλεπόντες* Voss., quam lectionem editoribus ad novissimum usque pro lubito variare pla-

populum novum parans, dum in terris degit, ostenderet, quod facta resurrectione ipse esset et iudicaturus. Porro, docens Israëlem, atque tam magna prodigia et signa faciens, praedicavit, ac illum [Israëlem] summe dilexit. Quando autem Apostolos suos, qui ipsius Evangelium essent praedicaturi, elegit, homines omni peccato iniquiores — ut ostenderet, quod non venit ‚vocare iustos sed peccatores ad poenitentiam' — tunc palam fecit, se esse filium Dei. Nisi vero in carne venisset, quomodo servati fuissent homines, cum eum viderent? quandoquidem ii, qui solem hunc aliquando desiturum, opus manuum eius, aspiciunt, non valent radios illius obtueri. Porro igitur filius Dei ideo in carne venit, ut summam imponeret peccatis eorum, qui ad mortem persecuti sunt prophetas ipsius. Ob hoc igitur passus est. Dicit enim Deus, ‚plagam carnis eius ab illis esse', et alius propheta: ‚cum percutiam pastorem, tunc dispergentur oves gregis.' Ipse autem ‚sic' pati voluit; oportebat quippe, ut in ligno pateretur. Dicit enim, qui de illo prophetavit: ‚parce animae meae a gladio; clavis confige carnes meas, quia concilia malignantium insurrexerunt in me.' Et rursus ait: ‚ecce posui dorsum meum ad flagella, et genas ad alapas; faciem autem meam posui sicut solidam petram.'

VI. *Prima atque secunda creatio passione Christi iam a prophetis annuntiata.*

Cum autem fecit, quod praeceptum ei fuerat, quid ait? ‚Quis est, qui litiget mecum? Resistat mihi. Vel quis est, qui iudicium ineat ad-

---

cuit. Vetus quoque Int.: *Quomodo possint homines sanari.*

21) *ἰσχύσουσιν* O V. Subinde addidi *τὰς* ante *ἀκτῖνας* c. B C F O V.

22) Profert aliam causam adventus Christi, ut consummarentur peccata Iudaeorum addita Christi morte. *Men.* Cfr. Matth. 23, 31. sqq.

23) Scribo *εἰς* c. B C O V, *ἐς* Men. et rlqq.

24) *κεφαλαιώσει* V.

25) *ὑπέμεινεν* scripsi c. C O V, *ὑπέμεινε* B Men. et rlqq.

26) *πληγὴν* lego c. B O V, *πηγὴν* C Men., qui auctore vet. Int. legendum proponit: *τῇ πληγῇ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν*, *plaga carnis* (*corporis* Int. vet.) *illius omnes sanati sumus.* Vid. Isai. 53, 8. Zachar. 13, 6. Qui lectionem Cod. C. *πηγὴν* retinere velit, legat is: *τὴν πηγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν* (i. e. *προφητῶν ἐγένετο*), *ὅταν πατάξω κτλ.*, ita ut duos locos citatos auctor in unum contexuerit.

27) [*καὶ ἄλλος προφητὴς*] restitui ex Int. vet., qui legit: *Et alius propheta.* Sententiarum nexus: Dominus per prophetas praedixit, fore ut Iudaei Christum occiderent, unde ipsis interitus. Cfr. Zachar. 13, 7. Matth. 26, 31. Marc. 14, 27.

28) *οὕτως* O. I. e. cruci adfixus.

29) Ps. 21, 21.

30) Ps. 118, 120.

31) Ps. 21, 17.

32) Isai. 50, 6. 7. Cfr. Iustin. Apolog. I. n. 38.

33) *σιαγῶνας* B V.

34) *ῥαπισμόν* B et var. lect. ap. Voss.

35) I. e. immobilis permansi.

Cap. VI. 1) Sc. *ὁ νόμος.*

2) Isai. 59, 8. 9.

3) Vocc. *Ἀντιστήτω μοι* desunt in C et ap. Men. In B ordo vbb. ita procedit: *τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι; Ἀντιστήτω μοι· ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυρίου.* Apud Vossium habes *τίς ὁ κρινόμενός μοι, ἀντιστήτω μοι; ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι, ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυρίου; κτλ.* Errat Holstenius, Vossium ex Mediceo et Codice Vat. exhibere asserens *τὶς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι. ἢ τις ὁ δικαζόμενός μοι, ἐγγισάτω τῷ π. κ.*

4) *Quis aequalis futurus est mihi* = *εἰκασόμενος* leg. vet. Int.

ρίου. Οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σὴς[5] καταφάγεται ὑμᾶς.' Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· ‚ἐπεὶ[6] ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν· ἰδοὺ ἐμβαλῶ[7] εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον.' Εἶτα τί λέγει; „Καὶ ὃς[8] ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.' Ἐπὶ λίθον[9] οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύει ἔθηκε τὴν σάρκα[10] αὐτοῦ ὁ κύριος. Λέγει γὰρ· ‚καὶ ἔθηκέ[11] με ὡς στερεὰν πέτραν.' Λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· ‚λίθον[12] ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚αὕτη[13] ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστὴ, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος.' Ἁπλούστερον ὑμῖν[14] γράφω, ἵνα συνιῆτε· ἐγὼ περίψημα[15] τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; ‚Περιέσχε[16] με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν[17] με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον,'[18] καὶ ‚ἐπὶ[19] τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.' Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι καὶ πάσχειν, προεφανεροῦτο[20] τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· ‚οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται[21] βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· ‚δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος[22] ἡμῖν ἐστίν.' Λέγει[23] δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς· ‚ἰδοὺ[24] τάδε λέγει κύριος ὁ Θεός· εἰσέλθετε[25] εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἣν ὤμοσε κύριος τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ κατακληρονομήσατε[26] αὐτην, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.' Τί λέγει ἡ γνῶσις,[27] μάθετε. Ἐλπίσατε [φησὶν,][28] ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. Ἄνθρωπος [γὰρ] γῆ ἐστι πάσχουσα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. Τί[29] οὖν λέγει· ‚[εἰς] τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι'; Εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· ‚παραβολὴν[30] κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ;' Ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας[31] ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίων[32] ἔχειν τὴν ψυχὴν, ὡς

---

5) σῆς O, man. sec. correctum in *σής*.

6) Esa. 8, (14.) potius iuxta sensum, quam verba, quemadmodum Paulus ad Romanos: *Sic scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali.* Apud Esaiam enim sic habetur: *In lapidem autem offensionis et petram scandali duabus domibus Israel* iuxta textum hebraicum, non iuxta septuaginta interpretes, qui negationem apponunt. Tangit locum Petrus epist. I. cap. 2. *Et lapis offensionis, et petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt.* Hic igitur lapis positus est in afflictionem et contritionem, eorum videlicet, qui non credent, iuxta locum Petri citatum. Est etiam lapis offensionis et petra scandali propter ignominiam crucis, ex qua multi, increduli videlicet, scandalizabuntur. *Men.*

7) *ἐμβάλλω* Men. et cum aliis Hefelius contra auctoritatem Codd. B C F O V et Int. vet., quorum lect. *ἐμβαλῶ* reposui. Isai. 28, 16. Cfr. Rom. 9, 33. I Petr. 2, 6.

8) *ὡς* Men.

9) *λίθου* Voss. Dein C ad oram: *fecit potentiam in brachio suo.*

10) *σὰρξ* Christi propter *ἰσχὺν* a Propheta *λίθος* vocatur. *H.*

11) Ita nostri Codd. omnes, *ἔθηκα* LXX in Isai. 50, 7.

12) Ps. 117, 22.

13) Ps. 117, 24. Loquitur de ea die, qua lapis reprobatus factus est in caput anguli. *H.*

14) *ὑμῖν* B C O V vet. versio lat. et Clem. Alex. recte, *ἡμῖν* Men. Voss. Tum *συνιεῖτε* V O, ad cuius oram m. sec. *συνιῆτε.* Amanuensis Cod. C hic evolvendum monet Clem. Alex. Strom. V. ubi locus extat in cap. 10.

15) Cfr. I Cor. 4, 12. 13. et Ign. ad Eph. c. 18.

16) Ps. 21, 17.

17) Ps. 117, 12.

versum me? Appropinquet puero Domini. Vae vobis, quia omnes vos veterascetis quasi vestimentum, et tinea devorabit vos!' Et iterum dicit propheta: ‚quoniam sicut lapis fortis positus est in contritionem; ecce immittam in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem.' Deinde quid loquitur? ‚Et qui speraverit in illum, vivet in aeternum.' In ‚lapide' ergo spes nostra? Absit; sed quia Dominus in fortitudine posuit corpus suum. Ait namque: ‚et posuit me sicut solidam petram.' Adhuc autem dicit propheta: ‚lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.' Et iterum ait: ‚haec est dies magna et mirabilis, quam fecit Dominus.' Simplicius vobis scribo, ut intelligatis, ego, purgamentum vestrae charitatis. Quid vero porro dicit propheta? ‚Obsedit me concilium malignantium, circumdederunt me sicut apes favum,' et ‚super vestem meam miserunt sortem.' Cum igitur in carne esset appariturus et passurus, praemonstrata est ipsius passio. Nam in Israëlem dicit propheta: ‚vae animae eorum, quia pessimum consilium inierunt adversus semetipsos, dicentes: alligemus iustum, quoniam molestus nobis est.' Sed et Moses dicit ad illos: ‚ecce ista ait Dominus Deus: intrate in terram bonam, quam iuramento promisit Dominus Abrahae et Isaac et Iacob; et ut hereditatem possidete eam, terram fluentem lacte et melle.' Quid dicat cognitio, discite: ‚sperate,' inquit, ‚in Iesum, qui in carne manifestandus est vobis.' Homo enim est terra, quae patitur; ex substantia enim terrae formatus est Adam. Quid ergo dicit: in ‚terram bonam, lacte ac melle fluentem?' Benedictus sit Dominus noster, qui sapientiam et intelligentiam occultorum suorum posuit in nobis. Dicit enim propheta: ‚parabolam Domini quis intelliget, nisi sapiens et peritus et diligens Dominum suum?' Ubi igitur nos renovavit per remissionem peccatorum, alium nos fecit typum, quo tamquam puerorum animam haberemus, quemadmodum nosmet ipsi

---

18) *κυρίον* scr. C.

19) Ps. 21, 19. Cfr. Iustin. Apol. I. n. 38.

20) *προσεφανερούτο* C. Cfr. I Timoth. 3, 16.

21) *βεβούλευνται* B O man. sec. et Men. pro coniect. in marg., *βεβούλευται* C V O pr. man. et Men. in textu. Isai. 3, 9. Sap. 2, 12. Cfr. Iustin. Dialog. cum Tryphone n. 17.

22) *δύσχριστος* C. Dein scripsi *ἐστίν* c. O V, *ἐστί* B C et editi.

23) Ap. Clem. Alex. Strom. V, 10. p. 683.

24) Exod. 33, 1.

25) *εἰσέλθατε* B O V Tum *ὤμοσεν* O.

26) Levit. 20, 24.

27) I. e. *profundior Veteris Test. et antiquae oeconomiae divinae cognitio — homini christiano reclusa.* Cfr. Neander K. G. I, 415. *H.* In Cod. C ad oram: *Hic est cibus solidus, quem Paulus dicit in epist. ad Hebraeos* c. 5, (12—14.).

28) Vocc. [*φησὶν*] [*γὰρ*] [*εἰς*], quae etiam Metaphrastes Barnabae vetus legit, textui reddenda esse ex Clem. Alex. iam vidit Davisius.

29) Heic incipit secunda loci biblici Exod. 33, 1. interpretatio allegorica seu gnostica. *Terra illa* 1) primum humanam *Christi naturam* denotabat, nunc 2) *Christianos per salvatorem renatos* = pueros Dei innuit. *H.*

30) Haec verba in sacris libris frustra quaerentur. Similia occurrunt Esai. 40, 13. Prov. 16. Eccles. 1, 10. *Polterus in Clem. Alex.*

31) *ἀναχαινίσαι* O, in marg. *ἴσως ἀναχαινίσας.* Non mihi displiceret inf. *ἀναχαινίσαι*, si apodosis post *ἔπειτ* sine iactura abesse posset. Coniunctio hic ut supra (*ἐπεὶ ὡς λίθος κτλ.*) certe abundat.

32) *παιδίων* ut scriberem, mihi facile persuasit Io. Franz, cum ante hos quindecim annos Berolini de loco luxurato mecum communicaret, et ita video ab Hefelio postea editum; *παιδίον* B C O V

ἂν δὲ ἀναπλασσομένους αὐτοὺς ἡμᾶς. *Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ·* ‚*ποιήσωμεν*[33] *κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης.*' *Καὶ εἶπε κύριος, ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα, ἄνθρωπον·* ‚*αὐξάνεσθε,*[34] *καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.*' *Ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν. Πάλιν σοι ἐπιδείξω,*[35] *πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ἐποίησεν.*[36] *Λέγει κύριος·* ‚*ἰδοὺ*[37] *ποιήσω τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα.*' *Εἰς*[38] *τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης·* ‚*εἰσέλθετε*[39] *εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.*' *Ἴδε*[40] *οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει·* ‚*ἰδοὺ,*[41] *λέγει κύριος, ἐξελῶ τούτων, τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα κυρίου, τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ σαρκίνας αὐτοῖς*'· *ὅτι ἤμελλεν*[42] *ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, καὶ*[43] *ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. Ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ πάλιν κύριος*[44]·‚*καὶ*[45] *ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ Θεῷ*[46] *μου, καὶ δοξασθήσομαι;*' *Λέγει·* ‚*ἐξομολογήσομαί σοι*[47] *ἐν ἐκκλησίᾳ ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ σοι*[48] *ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων.*' *Οὐκοῦν ἡμεῖς ἔσμεν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν.*[43] *Τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; Ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται· οὕτως*[50] *καί ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν*[51] *κατακυριεύοντες τῆς γῆς. Προείρηκε δὲ ἐπάνω, ὅτι αὐξανέσθωσαν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. Τίς οὖν*[52] *ὁ δυνάμενος νῦν ἄρχειν θηρίων, ἢ ἰχθύων, ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; Αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν, ὅτι τὸ ἄρχειν ἐξουσία ἐστὶν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύσῃ.*[53] *Εἰ*[54] *οὖν οὐ γίνεται τοῦτο*[55] *νῦν, ἄρα ἡμῖν*[56] *εἴρηκεν. Πότε; Ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι.*

VII. *Ieiunium typus et hircus emissarius figura Iesu passuri.*

Οὐκοῦν νοεῖτε,[1] *τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ᾧ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες ὀφεί-*

---

vulg, *παιδίου* Dav. *Nisi efficiamini sicut parvuli* C ad oram. Dein dedi *ὡς ἂν δὲ ἀναπλασσομένους αὐτοὺς ἡμᾶς* ex F O V, *ὡς ἂν καὶ ἀναπλασσομένους αὐτὸς ἡμᾶς* B C et Men., qui quidem coni. *ἀναπλασσόμενος αὐτοῖς*. Lectione Codicis C admissa, supplendum aliquid erit, quod nom. *αὐτὸς* innuit. Vocabulum *πνεύματι* ante *ἀναπλ.* ex Int. lat. restitui vult Fellus: at mihi quidem interpretamentum esse videtur, participio *ἀναπλασσομένους* satis superque iam expressum.

33) Gen. 1, 26. Cfr. Dicta B. Albini Levitae (vel potius Alcuini) super illud Geneseos *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

34) Gen. 1, 28.

35) *ἐπιδείξω* scripsi cum B C F O V et var. lect. ap. Voss., qui in textu c. Men. *ἐνδείξω*. In O V vocc. *πρὸς ἡμᾶς* repetuntur ante *ἐπ' ἐσχάτων*.

36) Sic scr. Codd. nostri omnes, *ἐποίησε* vulg.

37) Miror, quod Hefele quoque et Hilgenfeld l. c. p. 46. ambigunt, vel potius ignorant, ad quam S. Scripturae elocutionem haec verba sint referenda. Evolvant II Cor. 5, 17. Quare amanuensis ad marg. Codicis C recte notat: *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* Cfr. Ies. 43, 18. 19. Apoc. 21, 5.

38) I. e. respectu secundae huius creationis (regenerationis christianae) praedicavit propheta: *intrate* etc., i. e. *renascimini. H.*

39) *εἰσέλθατε* B O V.

40) Scripsi *Ἴδε* (attice *Ἰδὲ*) c. B C F O V, *ἰδοὺ* Men. et rlqq. editt.

denuo ficti fuerimus. Nam de nobis scriptura dicit, loquente patre ad filium: ‚faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram; et praesint bestiis terrae, et volatilibus coeli, et piscibus maris.' Tum Dominus videns hominem, pulchrum figmentum suum, ait: ‚crescite et multiplicamini, et replete terram.' Haec ad filium. Iterum autem tibi ostendam, quo modo quoad nos ultimis temporibus secundam creationem peregerit. Dicit enim Dominus: ‚ecce faciam novissima tamquam priora.' Hoc respiciens praedicavit propheta: ‚intrate in terram lacte et melle fluentem, et dominamini ei.' Ecce igitur, nos denuo formati sumus; quemadmodum rursus in alio propheta dicit: ‚ecce,' inquit Dominus, ‚auferam ab eis,' hoc est ab eis quos spiritus Domini praevidebat, ‚corda lapidea, et immittam illis corda carnea;' quia in carne voluit apparere, et habitare in nobis. Templum enim sanctum, fratres mei, Domino est habitatio cordis nostri. Etenim iterum ait Dominus: ‚ubinam apparebo coram Domino Deo meo, et glorificabor?' Ait: ‚confitebor tibi in ecclesia, in medio fratrum meorum, et cantabo tibi in medio ecclesiae sanctorum.' Itaque nos sumus, quos introduxit in terram bonam. Sed quare lac et mel? Quoniam infans primum melle, tunc lacte viviscit: ita et nos, fide, quam habemus promissis Dei, et verbo praedicationis vivificati, vivemus terram possidentes. Superius vero praedixit: ‚crescant et praesint piscibus.' Quis potest nunc praeesse bestiis, vel piscibus, vel coeli volucribus? Scire enim debemus, ‚praeesse' potestatem designare, ut quis imperet ac dominetur. Etsi id nunc non contingat, promisit id sane nobis. Quando fiet? Cum et ipsi adeo perfecti erimus, ut heredes simus testamenti Domini.

VII. *Ieiunium typus et hircus emissarius figura Iesu passuri.*

Intelligite ergo, filii dilectionis ac laetitiae, quod bonus Dominus omnia nobis praemonstravit, ut cognosceremus, cui in omnibus gratias agere

---

41) Ezech. 11, 19. 36, 26. C ad oram *et dabo cor carne.*

42) Scribo *ἤμελλεν* c. B F O V et textu graeco Menardi in notis, qui quidem ed. *ἔμελλεν*, ut habes in C. Menardum secuti sunt rlqq.

43) Cfr. Ioan. 1, 14.

44) Vocem *κύριος*, quam nec vetus legit interpres, aut male additam putes, aut non ad *Deum*, sed ad *Prophetam* (David) referas. — Notes deinde, hisce verbis *tertiam* loci illius biblici explicationem allegoricam seu gnosticam incipere, quae *terram illam* de *ecclesia christiana* interpretatur. *H.*

45) Ps. 41, 3.

46) *τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ* B C Men.

47) *ἐξομολογήσομαί σοι* B C, *ἐξομολογήσωμαι σοι* O V. Deest pron. *σοι* ap. Men. Ps. 21, 23.

48) *σοι* reposui ex B (marg.) F O V et vers. vet. lat. Similiter Ps. 21, 23. *ὑμνήσω σε* LXX.

49) *Nos sumus, quos introduxit in terram lacte et melle manantem* C ad oram.

50) Ita ex B F O V, *οὕτω* C Men.

51) *ζήσωμεν* O V. *De hac terra illud: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, id est dominabuntur terrae quando* C ad oram.

52) *τίς οὖν* O V, *τίς νῦν* coni. Men., *τί οὖν* B C Men. in textu, ubi deest sq. *νῦν*. Vocabula *τί οὖν ὁ δυνάμενος νῦν ἄρχειν θηρίων, ἢ ἰχθύων* in textu Cod. B. praetermissa ipsius margini adscripta extant.

53) *κηριεύσῃ* scr. C.

54) Sensus: *in praesenti quidem imperium illud in volucres* etc. *non tenemus, sed promissam hanc dominationem aliquando recuperabimus. H.*

55) *τοῦτον* fuit in B.

56) *ὑμῖν* C et Men., in notis *ἡμῖν* proponens. Dein *εἴρηκε* B C. vulg.

Cap. VII. 1) *νοῆτε* O V.

λομεν αἰνεῖν. Εἰ οὖν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὢν κύριος, καὶ μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἔπαθεν,[2] ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς· πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ[3] υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν, εἰ μὴ δι'[4] ἡμᾶς. Ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ.[5] Ἀκούσατε, πῶς περὶ τούτου πεφανέρωκαν[6] οἱ ἱερεῖς τοῦ λαοῦ.[7] Γεγραμμένης ἐντολῆς αὐτοῦ, ὃς ἂν[8] μὴ νηστεύῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, ἐνετείλατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἤμελλε[9] τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν· ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ, τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τελεσθῇ.[10] Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ; ‚Καὶ φαγέτωσαν[11] ἐκ τοῦ τράγου, τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν.' Προσέχετε ἀκριβῶς· ‚καὶ φαγέτωσαν[12] οἱ ἱερεῖς μόνοι πάντες τὸ ἔντερον ἄπλυτον μετὰ ὄξους.' Πρὸς τί; Ἐπειδὴ ἐμὲ, εἶπεν,[13] ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα μου, μέλλετε[14] ποτίζειν χολὴν μετὰ ὄξους· φάγετε ὑμεῖς μόνοι, τοῦ λαοῦ νηστεύοντος καὶ κοπτομένου ἐπὶ σάκκῳ[15] καὶ σποδῷ. Ἵνα δείξῃ,[16] ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Πῶς οὖν ἐνετείλατο; προσέχετε. ‚Λάβετε[17] δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους,[18] καὶ προσενέγκατε· καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς[19] τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.' Τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν; Ἐπικατάρατος,[20] φησὶν, ὁ εἷς.' Προσέχετε, πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ φανεροῦται. ‚Καὶ[21] ἐμπτύσατε[22] πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθεῖτε[23] τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω.' Καὶ ὅταν γένηται οὕτως, ἄγει ὁ βαστάζων τὸν τράγον εἰς τὴν[24] ἔρημον, καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον, καὶ ἐπιτίθησιν ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχίη,[25] οὗ καὶ τοὺς βλαστοὺς εἰώθαμεν τρώγειν ἐν τῇ χώρᾳ

---

2) Ὁ υἱὸς Θεοῦ ἔπαθεν, haec per *communicationem idiomatum* dicta sunt Cfr. Francke in: Zeitschrift für luth. Theol. ed. Rudelbach et Guerike. 1840. Fasc. II. p. 81. *H.* Mox *ζωοποιήσει* V.

3) Articulus deest ap. Men.

4) In his et aliis verbis mors Christi *vicaria* a Barnaba docetur. Cfr. Francke, l. c. p. 86. *H.* Scribo *δι'* c. B C F O V, *διὰ* editt. Menardum secuti.

5) Cfr. Ps. 68, 22. Matth. 27, 48. Marc. 15, 23.

6) *πεφανέρωκαν* B C O V c. Men., qui immerito substitui vult formam longiorem *πεφανερώκασι*. Cfr. Winer Grammatik d. neutest. Sprachidioms p. 72. ed. IV.

7) Men. invitis Codd. *ναοῦ* putat legendum. *οἱ ἱερεῖς* = Moyses et Aron.

8) *ὡς* p. *ὅς ἄν* Men. Levit. 23, 29.

9) *ἔμελλε* C. Subsequens *τὸ* apposui ex B (marg.) F O V, Observat *H*: l. c. *corpus suum.* Sensus est: *mandato de ieiunio Dominus typum passionis suae praebere voluit.* Si quis hunc epistolae nostrae locum solum spectaret, Barnabam Nestorianismi accusare posset, quippe qui *humanam* tantum Christi naturam (*τὸ σκεῦος*) passam esse docuerit. Quum autem Barnabas supra, in hoc ipso capite, *filium Dei* passum esse dixerit, clare apparet, doctrinam eius cum orthodoxa fide concordare. Passa est enim in cruce humana Christi natura cum divina arctissime, sed *ἀσυγχύτως* etc. coniuncta; quo fit, ut per communicationem idiomatum utrumque dici possit: a) *filius Dei passus* est, et *β*) Christus *corpus* suum in hostiam obtulit.

10) *τελέσθῃ* Men.

11) Non ex sacra Scriptura auctor refert; traditiones potius, quae inter primaevos Christianos invaluerunt de Iudaeorum ritibus in festo expiatorio celebratis, respicere videtur. Cfr. Num. 19, 7. 11. Iust. Dial. c. Tryph. n. 40, Tertull. adv. Iud. c. 24. adv. Marc. III. 7.

12) Vitiosam lect. suam *φευγέτωσαν*, quae prius fuit etiam in B, ipse Men. mutavit in *φαγέτωσαν*. Tum *τὸ ἔντερον* V, *τὸν ἕτερον* BC, *τὸν ἔντερον* O. Genuinam lect. iam vidit Men., etsi edd. *τὸν ἕτερον* (sic).

13) *εἶπεν* (sc. *ὁ κύριος*) coni. Dav., *εἶδον* B C O V Men.

ac laudes offerre debeamus. Si ergo Dei filius, qui est Dominus et iudicaturus est vivos ac mortuos, passus est, ut plaga ipsius vividos nos redderet; credamus, non potuisse filium Dei pati nisi propter nos. Cruci vero affixus aceto ac felle potabatur. Audite, quomodo de hac re indicia dederint sacerdotes populi iudaici. Scripto praecepto, ut, qui ieiunium non ieiunaret, morte exterminaretur, praecepit Dominus, quia et ipse pro peccatis nostris vas spiritus oblaturus erat in hostiam; ut et impleretur figura facta in Isaac, qui super altare fuit oblatus. Quid igitur dicit apud prophetam? ‚Et manducent de hirco, qui in die ieiunii offertur pro omnibus peccatis. Attendite diligenter: ‚et manducent soli ac omnes sacerdotes intestinum non lotum, cum aceto.‘ Ad quid? Quoniam me, inquit, pro novi populi delictis oblaturum carnem meam, potaturi estis felle cum aceto; ideo comedite vos soli, dum populus ieiunat et plangit in sacco et cinere. Haec ut ostenderet, quod oporteret ipsum mori pro illis. Quomodo igitur praecepit? Attendite. ‚Sumite,‘ inquit, ‚duos hircos bonos et similes, et offerte eos; et accipiat sacerdos unum in holocaustum pro peccatis.‘ De altero vero quid facient? ‚Maledictus,‘ inquit, ‚unus.‘ Attendite, quo pacto figura Iesu manifestetur. ‚Et conspuite illum omnes, ac lancinate; et imponite lanam coccineam circa caput eius; et sic in desertum emittatur.‘ Et cum ita factum fuerit, qui portat hircum, abducit eum in eremum, et aufert ab illo lanam, et ponit eam super fruticem, qui vocatur rubus, cuius germina in agris reperta solemus manducare; et huius solius vepris fructus dulces sunt.

---

14) *μέλλεται* C Men. in textu, idem *μέλλετε* in marg.

15) *σάκκου* O V.

16) *δείξει* V.

17) Cfr. Baehr., Symb. II, 679. *H.* Levit. 16, 7. sqq.

18) *οἱμοιως* absque accentu C.

19) *ἑρεὺς* O. Tum vocc. *ὑπὲρ ἁμαρτιῶν* subiunxi ex F O V marg. Codicis B et vet. Int.

20) = לְעֲזָאזֵל Cfr. Baehr l. c. p.668. *H.*

21) Haec sane notanda, cum graphice exprimant Christi passionem, quae etiam observat Tertullianus lib 1. contra Iudaeos, et lib. 3. contra Marcionem: *Unus autem eorum circumdatus coccino maledictus et conspulatus et convulsus et compunctus a populo extra civitatem abiiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus Christi passionis, qui coccinea circumdatus veste, et conspulatus et omnibus contumeliis afflictus extra civitatem crucifixus est.* Quae quidem circumstantiae a Barnaba notatae etsi non sint in Scriptura, tamen per traditionem innotuerunt ut alia plura, quae in hac epistola continentur, quod impraesentiarum ostendere operae pretium duxi. Antiqui igitur Hebraei praeter legem scriptam habebant quasdam traditiones non scriptas, ut notum est ex Philone Iudaeo lib. de circumcisione: *ταῦτα οὖν εἰς ἀκοὰς ἦλθε τὰς ἡμετέρας ἀρχαιολογούμενα παρὰ θεσπεσίοις ἀνδράσιν, οἳ τὰ Μωσέως οὐ παέργως διηρμήνευσαν.* Men.

22) Ita c. B O V Voss., *ἐκπτύσατε* C Int. vet. Men.

23) *περιθῆτε* O V.

24) *τὸν* Voss. in margine pro var. lect. Tum *ἀφεθεῖ* C.

25) *ῥαχίηλ* Men., qui leg. putat *ῥαχόν*. Vossio auctore dedimus *ῥαχίη*. In B C O V et marg. Vossii *ῥαχίλ*. Tum *βλαστοὺς* B O V c. Vossio, *βαστοὺς* C, *βατοὺς* Men., qui in notis scribit: ‚In textu Graeco *οὗ τοὺς βατοὺς* corrupte legitur; nam *βατὸς* oxytone est *pervius*, et *βάτος* gravitone *rubus*. Lege igitur *οὗ καὶ τὰ βάτινα*· est enim *βάτινον* fructus rubi. Galenus 2 de alimentis *τῶν βάτων καρπὸν ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι βάτινον*· id est, ruborum fructum nominant homines nostri *βάτινον*.‘ Memini, Romae saepius me vidisse die festo S. Andreae Apostoli (30 men. Novembis) ante templum ipsi dedicatum (Sant' Andrea della Valle) populo ramos vendi cum dulci fructu (legno di Sant' Andrea seu legno santo

εὑρίσκοντες· ταύτης μόνης τῆς ῥάχου[26] οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσίν.[27] Τί οὖν καὶ τοῦτο; Προσέχετε· τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ τὸ[28] θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρατον, καὶ ὅτι[29] τὸν ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον; Ἐπεὶ δὲ[30] ὄψονται αὐτὸν τότε τῇ ἡμέρᾳ,[31] τὸν ποδήρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα, καὶ ἐροῦσιν· οὐχ οὗτός ἐστιν, ὃν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες,[32] καὶ κατακεντήσαντες, καὶ ἐμπαίξαντες; Ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Πῶς γὰρ ὁμοίως καὶ τί τοῦτο, ὁμοίους τοὺς τράγους καλοὺς καὶ ἴσους;[33] Ἵν' ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε ἐρχόμενον, ἐκπλαγήσονται[34] ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. Οὐκοῦν ἴδε[35] τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. Τί δὲ, ὅτι τὸ ἔριον εἰς[36] μέσον τῶν ἀκανθῶν τιθέασιν; Τύπος ἐστὶ τοῦ Ἰησοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος, ἵνα, ὃς[37] ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ[38] αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν, καὶ θλιβέντα κυριεῦσαι.[39] Οὕτω,[40] φησὶν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαί μου[41] τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με.

VIII. *Iuvencae rubrae sacrificium typus Christi eiusdemque regni.*

Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέλλεται[1] τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας, ἐν οἷς ἁμαρτίαι τέλειαι, καὶ[2] σφάξαντας κατακαίειν· καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία,[3] καὶ βάλλειν εἰς ἄγγη, καὶ περιτιθέναι τὸ ἔριον τὸ κόκκινον ἐπὶ ξύλον,[4] καὶ τὸν ὕσσωπον· καὶ οὕτω[5] ῥαντίζειν τὰ παιδία καθ' ἕνα τὸν λαόν· ἵνα ἁγνίζωνται[6] ἀπο τῶν ἁμαρτιῶν; Νοεῖτε, πῶς ἁπλότητι[7] λέγει ὑμῖν. Ὁ μόσχος οὖν[8] ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς· οἱ προσφέροντες ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν[9] ἐπὶ σφαγήν. Εἶτα υὐκέτι ἄνδρες [ἁμαρτωλοὶ], οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα.[10] Οἱ δὲ ῥαντίζοντες παῖδες, εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν

---

i. e. *diospyros lotus*), quos hic fortasse intelligendos esse prius putabam. Sed procul dubio mora rubi indicantur.

26) *ταύτης μόνης τῆς ῥάχου* coni. Voss. haec adnotans: ‚Male alius aliter emendavit. Paulo post lege: *καὶ ὅ, τι τὸν ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον.* Ita infra: *ὅ, τι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον.* Quomodo particula *ὅτι* et in hac epistola, et apud alios autores saepissime accipitur. Male itaque viri docti haec corrigunt.' *οὕτω μόνης τῆς ῥαχοῦς* B C c. Men., qui scribi vult *τούτου ῥαχοῦ* expunctis tribus primis vocabulis; *οὕτως μόνης τῆς ῥαχοῦς* O V et Voss. in textu.

27) Ita est in F O V, *ἐισί* B C et edd.

28) *τὸ* om. Men.

29) *ὅτι* = *cur*, sicuti c. 8. *Ὅτι δὲ τὸ ἔριον*, c. 10. *Ὅτι δὲ Μωσῆς*, et alibi. Vocc. *καὶ ὅτι τὸν ἐπικατάρατον* desiderantur in B C et ap. Menardum.

30) *δὴ* B. Tum *αὐτὸν τότε. τῇ* interpungunt C V. Post *αὐτὸν* parum recte commate distinguunt Men. Voss. et alii. Davisius legit: *ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν, ταύτῃ κτλ.*

31) Sc. Christum in die iudicii. *Men.* Dein *τοῦ ποδήρη* p. *τὸν ποδήρη* C.

32) *ἐξουθυνήσαντες* C.

33) Dedi *πῶς γὰρ ὁμοίως καὶ τί τοῦτο, ὁμοίους τοὺς τράγους καλοὺς καὶ ἴσους;* verbo *λέγει* subaudito. In Codd. B C F O V et var. lect. ap. Voss. est *πῶς γὰρ ὁμοίως εἰς τοῦτο κτλ.*, praetermissa tamen copula *καὶ* ante *ἴσους* in F V. Menardus in textu *πῶς γὰρ ὁμοίως καὶ τοῦτον*, sed adnotat: In textu gr. *πῶς γὰρ ὁμοίως*, male; lege *ὡς οὖν ὅμοιος.* Sic in textu gr. *καὶ τοῦτον·* l. *οὕτως.* Sensus horum est: Sicut ergo Christus similis est duobus illis hircis in die iciunii ad populi expiationem oblatis, sic similes hircos et aequales-subaudi: offerri praecepit Moyses. Apud Cot. ad marg. pro coniectura *ὡς γοῦν ὅμοιος, κατὰ τοῦτο ὁμοίους.* Davisius proponit *πῶς γὰρ ὅμοιος; εἰς τοῦτο ὁμοίους.*

34) *ἐκπλαγίσονται* O V.

Cur vero et hoc? Attendite: ‚unum quidem super altare, alterum verum maledictum.' Et quare qui maledictus est coronatur? Quia videbunt eum illa die habentem circa corpus talarem coccineam, et dicent: nonne hic est, quem nos aliquando despectum, compunctum ac illusum crucifiximus? Vere ille est, qui tunc se dicebat esse filium Dei. Quomodo similiter et cur hocce ‚similes hircos pulchros et aequales?' Ut, cum viderint eum tunc venientem, percellantur de hirci similitudine. Vide igitur figuram Iesu passuri. Quam ob rem vero lanam in medio spinarum ponunt? Id est figura Iesu, ecclesiae proposita. Ponunt autem lanam in spinis, ut, qui voluerit lanam coccineam auferre, eo quod spina formidabilis sit, debeat plurima sufferre, et afflictatus potiri illius. Sic, inquit, qui volunt me videre et ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones et tormenta possidere me.

VIII. *Iuvencae rubrae sacrificium typus Christi eiusdemque regni.*

Quam autem figuram putatis esse, quod praecipitur Israëli, ut homines consummatae nequitiae iuvencam afferant, et eam mactatam comburant; utque tunc pueri tollant cinerem et in vasa mittant; postea baculo alligent lanam coccineam cum hyssopo; et sic populum singulatim pueri aspergant, ut a peccatis purgetur? Aspicite, quomodo in simplicitate nobis loquatur Dominus. Vitulus iste Iesus est; homines nequam qui afferunt, sunt ii qui Dominum ad necem obtulerunt. Sed nunc non amplius sunt viri nequam, nec amplius pro peccatoribus habentur. Pueri vero aspergentes sunt qui nuntiaverunt nobis remissionem peccatorum,

---

35) *ἴδετε* legi vult Men. Cfr. Iustin. Dial. c. Tryph. n. 111.

36) *καὶ* Men., *εἰς* idem coni. in marg., ut est in B C O V. Articulum *τῶν* ante *ἀκανθῶν* om. Men. Tum *τιθέασι* B C c. edd.

37) *ὃν* C Men. in textu. *ὃς* idem in marg. Tum *ἄραι* B C O V Men. Voss.

38) *ἵνα* c. indic. praes. habes etiam 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 17. Videndum tamen, an hic et illic non potius substituenda sit forma *δῇ* ob Itacismum, vocalem *η* promiscue in scribendo usurpantem pro diphthongo *ει* eodemque modo pronunciantem.

39) *κυριεῦσαι* Codd. nostri omnes, *κυριῶσαι* Men.

40) *οὕτως* O V.

41) *ἅψασθέ μου* V O, in hoc quidem mutatum in *ἅψασθέ μου*, in C. Men. *ἅψασθαί μου*. Dein *ὀφείλουσιν* O V. Respicere videtur ad Matth. 16, 24. Cap. VIII. 1) *ἐντέλεται* C. Cfr. Num. 19, 2 sqq. Hebr. 13, 11.

2) *καὶ* excidit editioni Men. Subinde *σφάξαντες* B C O V. *κατὰ καίειν* scr. V.

3) *παιδεία* V et pr. man. O.

4) Vocc. *ἐπὶ ξύλον* accesserunt ex F O V et Int. vet. Totus autem locus in his tribus Mss. ita sonat: *καὶ περιτιθέναι τὸ ἔριον τὸ κόκκινον ἐπὶ ξύλον. ἴδε πάλιν ὁ τοῦ σταυροῦ. τὸ ἔριον τὸ κόκκινον. καὶ τὸν ὕσσωπον κτλ.* Deesse *τῷ ξύλῳ* haud male suspicatus est Men.

5) *οὕτως* O V. Dein *παιδεία* p. *παιδία* scr. V et pr. man. O.

6) *ἁγνίζονται* V O, in hoc quidem emendatum in *ἁγνίζωνται*. Tum *ἀπὸ* c. Davisio p. *ὑπὸ* B C O V Men.

7) Cum vet. Int. Menardus scribi vult *ὁμοιότητι*.

8) Reposui *οὖν* ex B C F O V, *οὕτος* editt. secuti Men., qui vocem deleri maluerit, cum desit ap. Int. veterem. Hieronymus in c. 43. Ezechielis, ubi ad huius Epistolae auctoritatem provocat: *Vitulum autem, qui pro nobis immolatus est, et multa scripturarum loca, et praecipue Barnabae epistola, quae habetur inter Scripturas apocryphas, nominat.*

9) *προσενεγκόντες αὐτῶν* p. *προσενέγκαντες αὐτὸν* C.

10) *εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα* B C O V Men., qui proposuit: *εἶτα οὐκέτι ἄνδρες ἁμαρ-*

τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τὸν ἁγνισμὸν τῆς καρδίας· οἷς ἔδωκε τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν — οὗσι δεκαδύο εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν, ὅτι δεκαδύο αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ — εἰς τὸ κηρύσσειν.[11] Διὰ τί δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ῥαντίζοντες; Εἰς μαρτύριον Ἀβραὰμ καὶ[12] Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ Θεῷ. Ὅτι δὲ[13] τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; Ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ[14] Ἰησοῦ ἐπὶ ξύλῳ· διότι οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτὸν[15] ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὸν[16] ὕσσωπον; Ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι[17] ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραί, ἐν αἷς[18] ἡμεῖς σωθησόμεθα· ὅτι καὶ ἀλγῶν σάρκα[19] διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. Καὶ διὰ τοῦτο οὕτω[20] γενόμενα ἡμῖν μέν ἐστι[21] φανερά, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά· ὅτι οὐκ ἤκουσαν φωνῆς κυρίου.[22]

IX. *Circumcisio veteris testamenti spiritualiter intelligenda.*

Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων,[1] πῶς περιέτεμεν ἡμῶν καὶ τὴν καρδίαν. Λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ προφήτῃ· ‚εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσάν[2] μου.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἀκοῇ[3] ἀκούσονται οἱ[4] πόῤῥωθεν, ἃ ἐποίησα γνώσονται.' Καὶ ‚περιτμηθήσεσθε,'[5] λέγει κύριος, ‚τὰς καρδίας ὑμῶν.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἄκουε Ἰσραὴλ, ὅτι τάδε λέγει κύριος[6] ὁ Θεός σου.' Καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα κυρίου προφητεύει· ‚τίς ἐστιν[7] ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα; Ἀκοῇ ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου γῆ,[8] ὅτι κύριος[9] ἐλάλησε.' Ταῦτα εἰς[10] μαρτύριον. Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἀκούσατε[11] λόγον κυρίου ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἀκούσατε,[12] τέκνα, τῆς φωνῆς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.' Οὐκοῦν περιέτεμεν ἡμῶν τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀκούσαντες λόγον πιστεύσωμεν·[13] ἡ γὰρ[14] περιτομή, ἐφ' ᾗ πεποίθασιν, κατήργηται. Περιτομὴν γὰρ εἴρηκεν οὐ σαρκὸς γε-

---

τωλοί, οὐκέτι ἁμαρτιῶν ἡ δόξα. Totum membrum ab vet. Int. non agnitum Davisius censet delendum. Sed nil mutes. Sensus: Viri consummatae nequitiae invencam afferentes aspersione postea peccatis cum toto populo purgati sunt. Ita nosmet ipsi redemptione per Iesum Christum iam non sumus peccatores uti prius, sed fratres ipsius Deique filii, cuius iustitiae Christus passione sua ac morte expiatoria pro nobis satisfecit.

11) Cfr. Ps. 121, 4.

12) καὶ om. OV.

13) ὅτι δὲ C O V B, in cuius marg. Holstenius monet legendum ἔτι vel τί δὲ interrogative. Sequens τὸ ante ἔριον om. Men.

14) τοῦ om. O V. Deinde c. B C F O V exclusi τῷ ante ξύλῳ, quod auctore Menardo repetierunt editt. ad unum omnes.

15) Dedi ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτὸν c. B C F O V et var. lect. ap. Voss., ἐλπίζοντες εἰς αὐτὸν vulg.

16) τὸ B C F O V.

17) ἐν αἷς = abl. instr., cui respondet praep. διὰ insequentis membri. Cfr. supra c. 7. in fine οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαί μου τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με. Vid. et infra c. 15. nonnullorum Codd. lectionem et vulg. ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ κτλ.

18) ἡμέραις Men., in notis ἡμεῖς ut B C O V Voss.

19) Vulg. art. τὴν ante σάρκα, per se quidem probabilem, omisi c. B C F O V restituique subinde lectionem ex meis quattuor Codd. et textu Menardi διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου p. Cotelerii coniectura τοῦ ῥύπου διὰ τοῦ ὑσσώπου. Cotelerius autem et qui eum secuti sunt Hefelio non excepto, quid ῥύπος heic significet, parum capiunt. Descendit enim ex ῥύω (ῥύομαι) et ῥέω. Sensus: Sicuti aegrotantes quidam sibi medentur hyssopi succo expurgante, ita nos sanati sumus lavacro et abstersione sanguinis Christi. Vocc. διὰ τοῦ ῥύπου et anteced. ἡμέρα . . . . ῥυπαραὶ alterutro sese interpretantur. De hyssopi virtute abstergendi Origenes Hom. octava in Lev. c. 10. Tom. IX. p. 330. ed. Lommatzsch dicit: Iungitur tamen ad emendationem leprae huius etiam coccus tortus, socia-

et purificationem cordis, quibus dedit evangelii praedicandi potestatem; quique sunt duodecim, in tribuum testimonium, quia apud Israelitas duodecim erant tribus. At cur tres pueri aspergentes? Nempe in testimonium Abrahami et Isaaci et Iacobi; quod ii magni fuerint coram Deo. Cur vero lana in ligno [baculo]? Quia in ligno Iesus dominium suum tenet, cuius causa, qui in illum sperant, vivent in aeternum. Quare autem simul lanam et hyssopum? Quoniam in regno illius erunt dies mali ac sordidi, quibus nos salvi erimus: quandoquidem qui corpore aegrotat, emundante hyssopi succo curatur. Et propter hoc quae ita se habent, nobis manifesta sunt, illis [Iudaeis] autem obscura, quia non audierunt vocem Domini.

IX. *Circumcisio veteris testamenti spiritualiter intelligenda.*

Loquitur porro scriptura de auribus nostris, quomodo eas et cor nostrum circumciderit Dominus. Ait Dominus apud Prophetam: ‚in auditu auris obedierunt mihi'. Et iterum dicit: ‚auditu audient, qui longe absunt; quae feci, scient.' Et: ‚circumcidite corda vestra,' ait Dominus. Et rursus ait: ‚audi Israel, haec dicit Dominus Deus tuus.' Iterumque spiritus Domini prophetat: ‚quis est, qui vult vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem filii mei.' Et iterum dicit: ‚audi coelum, et auribus percipe terra, quia dominus locutus est.' Haec in testimonium. Rursusque ait: ‚audite verbum Domini principes populi huius.' Et adhuc: ‚audite filii vocem clamantis in deserto.' Ergo circumcidit aures nostras, ut audito verbo crederemus; circumcisio enim, in qua illi confidebant, abrogata est. Praecepit enim Dominus, circumcisionem non carnis esse faciendam; illi autem praeceptum hoc transgressi sunt, quia

---

tur et hyssopus. Coccus tortus figuram sacri sanguinis continet, qui de eius latere per lanceae vulnus exortus est. ‚Et hyssopus.' Hoc genus herbae naturam habere medici ferunt, ut diluatet expurget, si quae illae pectori hominum sordes ex corruptione noxii humoris insederint. Unde et necessario in expurgatione peccatorum huiuscemodi graminis figura suscepta est. — Scripserim *ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα, καὶ ὅτι ἀλγῶν κτλ.*

20) *οὕτως* O V.

21) *ἐστιν* O V.

22) Art. *τοῦ* lectionis vulg. ante *κυρίου* omisi c. B C F O V.

Cap. IX. 1) *αἰτίων* Men. Tum *ἡμῶν* etiam O in textu, quod amanuensis ad oram mutavit in *ὑμῶν*. Cfr. Deut. 21, 12. Levit. 19, 23. Ep. ad Diognet. c. 4.

2) *ὑπήκουσε* legendum proponit Men. c. LXX Ps. 17, 44.

3) Isai 33, 13. Quelli che sono da lunghi perfettamente intenderanno; conosceranno quali cose io abbia adoperato. *G.*

4) *καὶ οἱ* p. *οἱ* Men.

5) *περιτμηθήσεται* O V, in hoc quidem *περιτμηθήσεσθε* ad oram. Ier. 4, 4.

6) Vulg. *ὁ* ante *κύριος* omisi c. B C F O V et LXX Ier. 7, 2.

7) Ita nostri quattuor Codd., *ἐστι* Men. et rlqq. Ps. 33, 13.

8) Scripsi *γῆ* p. vulg. *ἡ γῆ* c. B C F O V LXX Isai. 1, 2.

9) Dedi *κύριος* c. B C F O V LXX, vet. Int. Voss., *ὁ θεὸς* Men. et alii.

10) Sc. *circumsisionis aurium Deo acceptae. H.* Maluerim *ἐλάλησε ταῦτα εἰς μαρτύριον* c. Men. ut sit: Dominus haec locutus est, coelum et terram in testimonium (testes) advocans.

11) Isai. 1, 10.

12) Evulgavi *ἀκούσατε* ex B C F O V, *ἀκούετε* Men. Voss. et alii. Dein scripsi *βοῶντες* p. *βοώσης* c. B (marg.) F O V LXX, *βοώσης* B (textus) C vulg. Isai. 40, 3.

13) Edidi *πιστεύσωμεν* ex B F O V et marg. Voss., *πιστεύσωμην* (sic) C, *πιστεύωμεν* vulg.

14) *εἰ γὰρ* p. *ἡ γὰρ* O V. Dein *πεποίθασι* B C c. vulg.

νηθῆναι·[15] *ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφιζεν*[16] *αὐτούς. Λέγει πρὸς αὐτούς·* ‚*τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν*‘ — *ὅδε*[17] *εὑρίσκω* [*νέαν*] *ἐντολὴν — ‚μὴ σπείρητε ἐπὶ ἀκάνθας,*[18] *περιτμήθητε*[19] *τῷ κυρίῳ ὑμῶν.*‘ *Καὶ τί λέγει; περιτμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ μὴ σκληρύνητε.*[20]‘ *Καὶ*[21] *πάλιν·* ‚*ἰδοὺ λέγει κύριος·*[22] *πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, ἀκρόβυστα· ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίτμητος καρδίᾳ.*‘ *Ἀλλ’*[23] *ἐρεῖς· καὶ μὴν περιτέμνεται ὁ λαὸς εἰς σφραγῖδα.*[24] *Ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος,*[25] *καὶ Ἄραψ, καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. Ἆρα*[26] *οὖν κἀκεῖνοι ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτῶν εἰσίν; Ἀλλὰ καὶ οἱ*[27] *Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσίν. Μάθετε οὖν, τέκνα, περὶ πάντων πλουσίως, ὅτι Ἀβραὰμ, ὁ πρῶτος περιτομὴν δοὺς, ἐν πνεύματι προβλέψας εἰς τὸν Ἰησοῦν*[28] *περιέτεμεν, λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα. Λέγει γάρ·* ‚*καὶ*[29] *περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄνδρας δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τριακοσίους.*‘ *Τίς οὖν ἡ*[30] *δοθεῖσα τούτῳ*[31] *γνῶσις; Μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, εἶτα τοὺς τριακοσίους. Τὸ δὲ δεκαοκτὼ*[32] *ἰῶτα δέκα, ἦτα*[33] *ὀκτώ. Ἔχεις Ἰησοῦν. Ἔτι δὲ ὁ σταυρὸς*[34] *ἐν τῷ Ταῦ ἤμελλεν*[35] *ἔχειν τὴν χάριν,*[36] *λέγει καὶ*[37] *τοὺς τριακοσίους. Δηλοῖ οὖν τὸν*[38] *μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυσὶν γράμμασιν, καὶ ἐν ἑνὶ τὸν σταυρόν. Οἶδεν ὁ τὴν ἔμφυτον*[39] *δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. Οὐδὲις γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ’ ἐμοῦ λόγον·*[40] *ἀλλ’*[41] *οἶδα, ὅτι ἄξιοί ἐστε ὑμεῖς.*

X. *Quae Moses de escis praecepit, spiritualiter capienda, quemadmodum iam a Davide factum esse videmus.*

Ὅτι δὲ Μωσῆς[1] *εἴρηκεν·* ‚*οὐ*[2] *φάγεσθε χοῖρον, οὐδὲ ἀετὸν, οὐδὲ ὀξύπτερον, οὐδὲ κόρακα, οὐδὲ πάντα ἰχθῦν, ὃς*[3] *οὐκ ἔχει λεπίδα ἐν*

---

15) *γενηθῆναι* B, *γεννηθῆναι* C O V Men. Voss.

16) Ita nostri quattuor Codd. et F, *ἐσόφισεν* vulg.

17) Scripsi *ὅδε* i. e. *ἔγωγε* p. *ὧδε*, quod coni. Men. vulgoque editores expresserunt Interpretem vet. secuti, *ὁ δὲ* idem in textu, *o δὲ* B C F O, *ὁδέ* (sic) V, man. pr. mutatum in *ὅδε*. Deinde [*νέαν*] suppleri vult Men. auctore Int. vet. Tum *σπείρηται* p. *σπείρητε* Men. Ier. 4, 3.

18) Dedi *ἐπὶ ἀκάνθας* c. F O V, *ἐπὶ ἀκάνθαν* C, *ἐπ’ ἀκάνθαν* B, *ἐπ’ ἄκανθαν* (sic) Men., *ἐπ’ ἀκάνθαις* Voss. et rlqq. c. LXX.

19) Vossii *δὲ* post *περιτμήθητε* omisi c. B C F O V LXX Men. Vocabula *καὶ τί λέγει; καὶ περιτμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν* desiderantur in C B, cuius quidem margini adscribuntur. Ier. 7, 26.

20) Ita lego c. B C F O V, *σκληρύνετε* vulg.

21) *καὶ* deest in O V.

22) Exclusi vulg. art. *ὁ* ante *κύριος* c. B C F O V LXX Ier. 9, 25. 26.

23) Sic c. nostris quattuor Codd. et F p. *Ἀλλὰ* vulg.

24) Retinui *σφραγῖδα* c. B F O V Voss., (*σφαγιδα* sine accentu C), quamvis puriori graecitati acceptius fuisset properispomenon; *σφράγιδα* Men. Huic veteris foederis signo *sigillum* illud filii Dei (baptismus) respondet, quo signati etiam qui mortui erant in regnum Dei intraverunt. Cfr. Hermae Past. Sim. 9, 16.

25) Adeas Cotelerium h. l. commentantem.

26) *ἄρα* B O V. Dein scripsi *αὐτῶν* (i. e. *Ἰουδαίων*) c. B C F O V, *αὐτοῦ* vulg.

27) Art. *οἱ* post Vossium restitui c. F O V, deest in B C Men. Tum *εἰσι* B C vulg.

28) *Ἰησοῦν* auctore vet. Int. coni. Dav. suffragantibus nunc O V, *υἱὸν* B C F Men. et plerique libb. impress. Ex B C F O V interpunxi post *περιέτεμεν* (C F O *περιέτεμε*) cum prius post *Ἰησοῦν* (*υἱὸν*) commate distingueretur. Neque Codd. lectionem *υἱὸν* prorsus cum nonnullis contempserim. Namque Iesus est

malus angelus docebat illos. Ait ad eos: ‚haec dicit dominus Deus vester' (equidem novam heic legem invenio): ‚nolite serere super spinas; circumcidimini Domino vestro.' Et quid vult sibi Dominus hisce verbis? ‚Circumcidite,' dicit, ‚duritiam cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis.' Atque iterum: ‚ecce, dicit Dominus, omnes gentes incircumcisae sunt, ac praeputium habent; iste vero populus' [Iudaeorum] ‚corde est incircumcisus.' At inquies: et vero ille populus in signum foederis circumciditur, Verum et circumciduntur Syri omnes, ac Arabes, ac omnes sacerdotes idolorum. Hinc ergo pertinent illi quoque ad eorum testamentum? Sed et Aegyptii circumcisionem usurpant. Discite igitur, filii, de omnibus abunde, quod Abrahamus, qui primus dedit circumcisionem, in spiritu prospiciens in Iesum circumcidit, arcanam trium litterarum doctrinam adhibens. Narrat enim scriptura: ‚et circumcidit Abrahamus e domo sua CCCXVIII viros.' Quae ergo illi in hoc data est cognitio? Discite primo decem et octo, dein trecentos. Decem autem et octo exprimuntur, per I decem, per H octo. Habes initium nominis Iesu. Adhuc vero crux in figura litterae T gratiam redemptionis nostrae erat signatura; quapropter ait ‚trecentos.' Ostendit itaque Iesum in duabus litteris, et crucem in tertia. Scit hoc, qui profundius donum doctrinae suae posuit in nobis. Nemo magis germanum a me accepit sermonem; sed scio, vos dignos esse.

X. *Quae Moses de escis praecepit, spiritualiter capienda, quemadmodum iam a Davide factum esse videmus.*

Quare autem Moses dixit: ‚non manducabitis suem neque aquilam neque accipitrem neque corvum nec ullum piscem, qui non habeat squamam?'

---

filius Abrahamis, ob promissionem factam, benedictum iri omnes gentes in ipsius semine.

29) Referenda videntur ad Gen. 17, 26. 27., coll. Gen. 14, 14.

30) ἡ om. Men.

31) τούτῳ B C Men., τοῦτο O V, αὐτῷ Voss. De huiuscemodi γνώσεως genere *H.* disputavit in libro: Das Sendschreiben des Ap. Barnabas p. 83 sq.

32) Scripsi δεκαοχτὼ c. O V ex analogia antecedentium, δέκα καὶ ὀκτώ B C c. Int. vet. et vulg. Vox δέκα excidit ap. Men. In F extare mihi asseritur τὸ δέκα ὀκτὼ, ἰῶτα. ἦτα κτλ. Cfr. Clem. Alex. Strom. VI. c. 11. p. 782. Prudentii in Psycomachiam praef. v. 56 sqq.

33) εἶτα C O, in hoc quidem mutatum in ἦτα.

34) Recepi ἔτι δὲ ὁ σταυρὸς ex B F O V et var. lect. ap. Voss., ὅτι δὲ ὁ σταυρὸς C, ὅτι δὲ σταυρός Men. et rlqq.

35) ταῦ ἤμελλεν F O V, τ̄ ἤμελλεν B C. Menardi ἤμελλεν iam in Clerici ed. a. 1698 factum est ἔμελλεν, quod repetiit Hef.

36) Aliter Gallicciolli: Ma perchè la croce nella *T* doveva avere il bel modello, dice e trecento.

37) καὶ B (in textu) C O V Int. vet. Men., γὰρ B in marg. Voss.

38) τὸ C Men. Dein δυσὶ γράμμασι B C c. vulg.

39) ἔμφοιτον V O, hic quidem correctum in ἔμφυτον. Cfr. supra c. 1. *naturalem* = *natura insitam.*

40) I. e. ᾧ ἐμοὶ ἔθος ἐστὶν, πρὸς τοὺς γνησιωτέρους λέγεσθαι. Intellige γνῶσιν. Iidem γνησιώτεροι sunt ac in Ignatii Ep. ad Eph. c. 12. συμμύσται. Cfr. Clem. Rom. Hom. XIX, 25. ed. Dressel.

41) ἀλλὰ vulg.

Cap. X. 1) Leges Mosaicas rituales allegorice explicantur, quemadmodum ab Origene aliisque Alexandrinis factum et ad medium aevum usque hic illic scimus continuatum.

2) Levit. 11. Deut. 14. Locus a Clem. Alex. laudatus Strom. II. c. 15. p. 464, et V. c. 8. p. 677.

3) οὔτε πᾶν ἰχθὺν ὃ V et O, in quo quidem οὔτε πάντα ἰχθὺν ὃς habes man. sèc., οὔτε πάντα ἰχθὺν, ὃς B C

αὐτῷ;' Τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει δόγματα. Πέρας γέ τοι λέγει[4] αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· ‚καὶ διαθήσομαι[5] πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον τὰ δικαιώματά μου.' [6]Ἆρα[6] οὐκ ἔστιν ἐντολὴ Θεοῦ τὸ[7] μὴ τρώγειν; Μωσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησεν.[8] Τὸ οὖν χοιρίον[9] πρὸς τοῦτο εἴρηκεν· οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησίν, ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες ὅμοιοί εἰσι χοίροις. Ὅταν γὰρ σπαταλῶσιν, ἐπιλανθάνονται τοῦ κυρίου ἑαυτῶν· ὅταν δὲ ὑστερηθῶσιν, ἐπιγινώσκουσι τὸν κύριον. Καὶ ὁ[10] χοῖρος, ὅταν τρώγῃ, οὐκ οἶδε τὸν κύριον· ὅταν δέ πεινάζῃ,[11] κραυγάζει· καὶ λαβὼν πάλιν[12] σιωπᾷ. ‚Οὐδὲ μὴ φάγῃς,[13] φησὶν, τὸν ἀετὸν, οὐδὲ τὸν ὀξύπτερον, οὐδὲ τὸν ἰκτῖνα, οὐδὲ τὸν κόρακα.' Οὐ μὴ, φησὶν,[14] κολληθήσῃ[15] ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες οὐκ οἴδασι διὰ κόπου καὶ ἱδρῶτος ποριζειν ἑαυτοῖς τὴν τροφὴν, ἀλλ'[16] ἁρπάζουσι τὰ ἀλλότρια ἐν ἀνομίᾳ αὐτῶν· καὶ ἐπιτηροῦσιν,[17] ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατοῦντες.[18] Καὶ καθήμενα ἀργὰ ταῦτα ἐκζητεῖ, πῶς ἀλλοτρίας σάρκας καταφάγῃ, ὄντα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὐ μὴ φάγῃς, φησὶ, σμύραιναν, οὐδὲ πολύποδα, οὐδὲ σηπίαν.' Οὐ μὴ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ κολλώμενος ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες εἰς τέλος εἰσὶν ἀσεβεῖς, καὶ κεκριμένοι[19] τῷ θανάτῳ· ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἰχθύδια μόνα ἐπικατάρατα ἐν τῷ βύθῳ νήχεται, μὴ κολυμβῶντα,[20] ὡς τὰ λοιπὰ, ἀλλ'[21] ἐν τῇ γῇ κάτω τοῦ βυθοῦ κατοικεῖ. Ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν.[22] Πρὸς τί; Οὐ μὴ γένῃ[23] παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις· ὅτι ὁ λαγὼς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ[24] τὴν ἀφόδευσιν. Ὅσα[25] γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. Ἀλλ'[26] οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ.' Οὐ μὴν, φησὶν,[27] γένῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς τί; Τοῦτο[28] γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει[29] τὴν φύσιν, καί ποτε μὲν ἄρρεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίνεται. Ἀλλὰ καὶ τὴν γαλῆν[30] ἐμίσησε καλῶς. Οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, οἵους ἀκούομεν ἀνομίαν ποιοῦν-

---

4) *τοις* (sine accentu) *λόγοις* p. *τοι λέγει* C. Post *λέγει* Men. add. *λόγοις*.

5) *διαθήσονται* C et B Men. in textu, *διαθήσομαι* uterque in marg., ut exh. O V. Deut. 4, 1.

6) *ἄρα* B C O V.

7) *τὸ* nostri omnes. Margini tamen Cod. B Holstenius rubro adscripsit *τοῦ*, ab ipso postea obliteratum.

8) *ἐλάλησε* C c. vulg.

9) Dedi *τὸ οὖν χοιρίον* c. BCFOV, *τὸ* (leg. *τὸν*) *οὖν χοῖρον* Men., *τὸ οὖν χοίριον* Voss.

10) *ὁ* om. Men. Tum *τρώγει* V O, heic quidem correctum in *τρώγῃ*.

11) *πεινάσῃ* B C O V.

12) Codd. B C post *λαβὼν* distinguunt commate, quod Men. et Voss. posuerunt post *πάλιν*.

13) In marg. B rubro scriptum est *φάγει* lineola postea inducta, in textu *φάγῃς* cum rlqq. Tum *φησὶ* B C vulg.

14) *φησὶ* B C vulg.

15) Integra lectio ap. Clem. Alex. et vet. Int. extat *οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ*.

16) *ἀλλὰ* F O vulg. Tum *αὐτῶν* om. Men.

17) Libenter rescripserim: *ἐπιτηροῦσι τοὺς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατοῦντας· καὶ γὰρ καθήμενα ἀργὰ ταῦτα*. Vide Theophilum Antiochenum Lib. II. p. 110. De hisce porro legibus similiter *ἀλληγορεῖ* Aristeas apud Eusebium Praep. Evang. Lib. VIII. c. 9. p. 320.; alio vero modo, ne plures memorem, Cyrillus in Iulianum p. 317. et sqq. Nec mirum, cum sensus allegoricus non in ipsa re sit situs, sed a scriptoris pendeat ingenio. *Dav.* Cfr. Ps. 63, 5—7.

18) In vet. versione lat. additur *sic aves istae solae sibi non acquirentes escam.*

19) *κεκρυμμένοι* C B, heic quidem *κεκριμένοι* rubro ad marg. Illud mavult Gallicciolli, qui vertit: Non ti assomiglierai, accoppiandoti con loro, a quelli iquali finalmente sono empj, e si occultano per mettere altrui a morte. Adnotat autem: Ciò meglio fa al proposito, sapendosi che le seppie spargono il loro atramento, e i polipi non so qual umore, che non li lascia distin-

12) *καθὰ* B, *κατὰ* p. *καθ' ἃ* Men.

13) Iam destructo templo Hierosol. quaerit, an alterum templum successurum sit. *Men.* *ἐστὶ* O V.

14) Dan. 9, 24. 25. 27. Aggae. 2, 10.

15) *οἰκοδομηθήσονται* C Men.

16) Scripsi *ἐνδόξως* c. O V Int. vetere Clem. Alex., *ἔνδοξος* B C F vulg.

τῷ ὀνόματι κυρίου.' Εὑρίσκω οὖν ὅτι ἔστι[17] ναός. Πῶς οὖν[18] οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι κυρίου; μάθετε. Πρὸ[19] τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενές, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦμεν πλήρεις εἰδωλολατρείας οἶκος, καὶ εἰδωλολατρεία ἦμεν οἶκος δαιμονίων,[20] διὰ τὸ ποιεῖν[21] ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ[22] ὀνόματι κυρίου, προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς κυρίου ἐνδόξως[23] οἰκοδομηθῇ. Πῶς; μάθετε. Λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἐγενόμεθα[24] καινοί, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. Διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; Ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς, αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν· τοὺς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένους[25] ἀνοίγων ἡμῖν θύραν τοῦ ναοῦ, ὅ ἐστι στόμα,[26] μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, εἰσάγει εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν. Ὁ γὰρ[27] ποθῶν σωθῆναι βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ἐνοικοῦντα καὶ λαλοῦντα ἐν[28] αὐτῷ, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῷ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι ἐκ τοῦ[29] στόματος, μήτε αὐτόν ποτε ἐπιτεθυμηκέναι ἀκούειν. Τοῦτό ἐστι[30] πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ κυρίῳ.

XVII. *Prioris Epistolae partis conclusio.*

Ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἁπλότητι δηλῶσαι ὑμῖν,[1] ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ, τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν[2] εἰς σωτηρίαν, ἐνεστώτων.[3] Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράφω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως.[4]

XVIII. *Altera Epistolae pars. De duabus viis.*

Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. Ὁδοὶ δύο[1] εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥ τε τοῦ φωτὸς, καί ἡ[2] τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ[3] τῶν δύο ὁδῶν. Ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι[4] τοῦ σατανᾶ. Καὶ ὁ μέν ἐστι[5] κύριος ἀπ' αἰώνων καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τῆς ἀνομίας.

17) ἔστιν O V.

18) οὖν om. B (in textu) C Men.

19) Clem. Alex. Strom. II. c. 20. p. 490. Barnabas hic tristem hominis statum ante adventum Christi describit. Cfr. Francke, l. c. p. 83 sq. *H.*

20) Scripsi *ὅτι ἦμεν πλήρεις εἰδωλολατρείας οἶκος, καὶ εἰδωλολατρεία ἦμεν οἶκος δαιμονίων* ex coniectura, *ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος δαιμονίων* B (in textu, *ἡ εἰδωλολατρεία* cum art. ad oram) C F O V et plerique libb. impressi c. Men., *quia pleni eramus adorationibus idolorum, et erat domus daemoniorum* Int. vet. et Clem. Alex. Holstenius ad oram Cod. B notat, vocabula [*εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος*] ab ipso uncis inclusa, videri expungenda.

21) *ποιῆν* V.

22) *τὸ* pr. man. O.

23) *ἐνδόξως* O V Int. vet. et Clem. Alex., *ἔνδοξος* B C Men.

24) Ita B C, *ἐπὶ τῷ ὄνομα. ἐγενώμεθα* p. *ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἐγενόμεθα* V, *ἐπὶ τῷ ὀνόματι. ἐγενώμεθα* correctum in *ἐγενόμεθα* O. In F vocc. *τοῦ κυρίου* deesse, sed nihil aliud scio. Ante *κυρίου* vulg. add. *τοῦ*.

25) Rescripsi *τοὺς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένους* c. B C F O V Men. Voss., quod alii perperam mutarunt in *τοῖς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένοις*. Accusativus pendet ex verbo *εἰσάγει*. Ita enim legendum puto c. B F O V p. *εἰσάγαγε* C Men. (in textu) Voss., *εἰσήγαγε* Men. in notis.

26) Cfr. Rom. 10, 10. *καρδίᾳ γὰρ*

praeclare templum Dei, in nomine Domini.' Invenio igitur quod templum existit. Qua ratione ergo aedificabitur in nomine Domini, discite. Antequam Deo crederemus, erat cordis nostri domicilium corruptioni obnoxium et imbecille, ad modum templi vere per manus aedificati; referta siquidem eramus idololatriae domus et idolorum cultu daemonum domicilium, quia fecimus quaecumque Deo contraria sunt. Aedificabitur autem, attendite, in nomine Domini, ut templum Domini magnifice aedificetur. Quomodo? Discite. Accepta remissione peccatorum et spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati. Ideo in nobis, in domicilio nostro, vere Deus habitat. Quo modo? Verbum eius fidei, vocatio eius promissionis, sapientia mandatorum, praecepta doctrinae, imo ipse in nobis prophetat, ipse in nobis inhabitat; morti addictos, porta templi aperta, id est os, et poenitentia concessa, nos in templum introducit, quod destrui non potest. Is enim qui cupit esse salvus, non in hominem respicit, sed in eum qui in homine habitat, atque in eo loquitur; admirans quod nunquam neque audierit eum talia verba ore fundentem, neque ipse talia audire desideraverit. Hoc est templum spirituale Domino constructum.

XVII. *Prioris Epistolae partis conclusio.*

Quantum potuit, et sine obscuritate potuit vobis monstrari, spes mihi est, pro studio meo me nihil omisisse eorum quae ad vestram salutem spectant, quaeque sunt praesentia. Si enim de futuris scripsero vobis, non intelligetis; quoniam in abscondito positum est. Et haec quidem ad hunc modum.

XVIII. *Altera Epistolae pars. De duabus viis.*

Transeamus autem et ad alteram cognitionem atque doctrinam. Duae sunt viae doctrinae ac potestatis: una lucis, altera tenebrarum. Differentia vero multa duarum viarum. Uni siquidem praepositi sunt angeli Dei lucem praeferentes, alteri vero angeli Satanae. Ac ille quidem Dominus est a seculis et in secula; hic autem princeps temporis iniqui.

πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Deinde θύραν dedi c. V Int. vet., θύρας B C F O vulg. Verum iam vidit Men. in notis.

27) Reposui γὰρ c. B C F O V Int. vet. et var. lect. ap. Cot., καὶ vulg. Mox vocc. εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' Vossius praetermisit.

28) ἐν Dav. c. Int. vet., ἐπ' B C O V Men. et plerique editt.

29) αὐτοῦ p. ἐκ τοῦ B (in textu) C Men. Dein αὐτόν c. Dav., αὐτὸς B C F O V Men. et plerique editt. Tum ἐπιθυμηκέναι p. ἐπιτεθυμηκέναι C.

30) τουτέστιν O V.

Cap. XVII. 1) ὑμῖν B C F O V var. lect. ap. Cot., ἡμῖν vulg. et Int. vetus. Subinde ἐλπίζῃ V O, sed in hoc man. sec. mutatum in vulg.

2) ἡμῖν correctum in ὑμῖν O.

3) I. e. de quibus nunc disceptatur, e. g. num novum foedus veteri sit praeferendum, num adhuc valeant praecepta iudaica etc. *H.* ἐνεστότων O V Men., qui paulo ante ἀνοικόντων ut C.

4) Heic desinit vetus latina versio in Cod. Corbeiensi superstes.

Cap. XVIII. 1) De duabus viis Cfr. Const. Apost. VII, 1 sqq.

2) Lego καὶ ἡ c. B C F O V, ἥ τε vulg. Locus laud. ab Orig. de princ. III. c. 2. n. 4. p. 314. Tom. XXI ed. Lommatzsch, et Hom. 35. in Luc. p. 18. Cfr. Hermae Past. Mand. VI, 1. 2.

3) πολὺ scr. B C.

4) Cfr. II Cor. 12, 7.

5) ἐστὶν O V. Tum reposui καὶ ex B C F O V.

XIX. *De via lucis.*

Ἡ οὖν ὁδὸς τοῦ φωτός ἐστιν αὕτη. Ἐάν τις θέλων[1] ὁδὸν ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα[2] ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ τοιαύτη. Ἀγαπήσεις τόν σε ποιήσαντα, δοξάσεις τόν σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτου. Ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι. Οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτου. Μισήσεις πᾶν[3] ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ Θεῷ, μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς[4] ἐντολὰς κυρίου. Οὐχ[5] ὑψώσεις σεαυτὸν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων. Οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυτὸν δόξαν. Οὐ λήψῃ[6] βουλὴν πονηρὰν κατὰ τὸν πλησίον σου. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ θράσος. Οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ παιδοφθορήσεις.[7] Οὐ μή σου[8] ὁ λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινῶν. Οὐ λήψῃ[9] πρόσωπον, ἐλέγξαι τινὰ ἐπὶ παραπτώματι.[10] Ἔσῃ πραΰς, ἔσῃ ἡσύχιος. Ἔσῃ[11] τρέμων τοὺς λόγους οὓς ἤκουσας. Οὐ μὴ μνησικακήσῃς[12] τῷ ἀδελφῷ σου. Οὐ μὴ διψυχήσῃς,[13] πότερον ἔσται,[14] ἢ οὐ. Οὐ[15] μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ ὄνομα κυρίου.[16] Ἀγαπήσεις[17] τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. Οὐ[18] φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ, οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. Οὐ μὴ ἄρῃς[19] τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον κυρίου. Οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ μὴ[20] γένῃ πλεονέκτης. Οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ.[21] Τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα,[22] ὡς ἀγαθὰ πρόσδεξαι. Οὐκ[23] ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Ὑποταγήσῃ κυρίῳ, κυρίοις[24] ὡς τύπῳ Θεοῦ, ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ ἢ δούλῳ[25] σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐλπίζουσι, μή ποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν· ὅτι ἦλθεν οὐ κατὰ[26] πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς το πνεῦμα ἡτοίμασεν.[27] Κοινωνήσεις[28] ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου, οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς; Οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος·[29] παγὶς γὰρ στόμα[30] θανάτου. Ὅσον δύνασαι, περὶ[31] τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ[32]

Cap. XIX. 1) Participium haud raro loco verbi finiti apud scriptores ecclesiasticos et purioris linguae occurrit. Vid. A. Matthiae Ausführliche gr. Grammatik ed. sec. §. 556. notae 1 et 2. Subsequens ὁδὸν textui insero c. B C F O V. Forte ταύτην τὴν ὁδόν

2) δοθῆσα V et pr. man. O.

3) Evulgavi πᾶν c. B C F O V p. ποιεῖν vulg. Const. Apost. VII, 14.

4) ἐγκαταλίπῃ Voss.

5) Const. Apost. VII, 8.

6) λήψει V et pr. man. O. Dein τοῦ πλησίον p. τὸν πλησίον O V.

7) Ita dedi ex B C F O V et Const. Apost. VII, 2 p. παιδοφθορεύσεις vulg., quae vox est infimae graecitatis.

8) σου scripsi c. F O V, ἐσοι B C vulg. Tum addidi ὁ ante τοῦ θεοῦ c. F O V Voss., deest in B C ap. Men. et qui eum sequuntur. Cfr. Clem. Rom. Ep. ad Jacobum c. 13. ἀνεπίληπτον, πολύπειρόν τε καὶ δῆλον τὸν κατηχοῦντα εἶναι δεῖ.

9) λήμψῃ V O, haec quidem emendatum in λήψῃ, apud Men. λίψῃ. Tum dedi ἐλέγξαι c. B C F O V var. lect. ap. Voss. p. vulg. ἐλέγξας. Lectionem ἐλέγξαι reperio etiam in duobus optimis Rom. Codd. Constitutionum Apost. VII, 10. Novam earum editionem praeparavi his maxime Mss. adiutus.

10) Ita B F O V et Const. Apost. l. c., παραπτώματα C vulg.

11) Isai. 66, 2. Cfr. Phil. 2, 12.

12) μνησικακήσεις C, correctum in vulgatum.

13) διψήσης B (in textu) C Men. et

XIX. *De via lucis.*

Via igitur lucis haec est. Si quis cupit ea via pervenire ad praefinitum locum, suis operibus id consequi studeat. Cognitio itaque nobis data in hac via ambulandi eiusmodi est. Diliges creatorem tuum, gloria afficies eum qui redemit te a morte. Eris corde simplex et spiritu dives. Non adhaerebis ad eos qui incedunt in via mortis. Odio habebis quodcumque Deo displicet, odio habeas omnem simulationem. Ne derelinquas mandata Domini. Te ipsum non exaltabis, eris autem humilis. Non assumes tibi gloriam. Non capies malum consilium adversus proximum tuum. Non dabis animae insolentiam. Non fornicaberis, non adulterium facies, pueros non corrumpes. Non ex te verbum Dei in quorundam impuritate exeat. Non accipies personam ad lapsum cuiuspiam arguendum. Eris mansuetus, eris quietus. Contremisces ad verba quae audivisti. Fratri tuo ignosces. Non ambigas, utrum futurum sit, necne. Ne assumas in vanum nomen Domini. Diliges proximum tuum plus quam animam tuam. Non interficies foetum in abortione, nec etiam interimes post nativitatem. Ne auferas manum tuam a filio tuo vel a filia tua, sed a pueritia docebis eos timorem Domini. Bona proximi tui non concupisces, nec eris avarus. Neque ex anima tua adhaerebis superbis; sed cum iustis atque humilibus proficiscaris. Quae tibi contingunt vexationes, tamquam bona admitte. Non eris inconstans nec bilinguis; laqueus enim mortis est lingua duplex. Subiicieris Domino Deo, dominis vero, ut Dei imagini, in verecundia et timore. Ne in amaritudine imperes ancillae aut servo tuo, qui in eundem sperant; ne forte non timeas Deum, qui super utrumque est, quoniam non venit vocare secundum personam, sed secundum id quos Spiritus praeparaverit. Communicabis in omnibus cum proximo tuo, nec quidquam dices proprium; si enim in incorruptis consortes estis, quanto magis in iis quae corrumpuntur? Non eris lingua praeceps; os enim laqueus est mortis. Quantum potes, castus sis anima. Noli porrigere manus tuas ad acci-

---

var. lect. ap. Voss., quod quin in textu reponerem vix me tenere potui. Idem est ac *sitire* de vehementer desiderando. Const. Apost. VII, 11. Cfr. Ep. I. Clem. ad Cor. c. 11 et 23. Jac. 1, 8.

14) Videlicet, quod Deus per Scripturas promisit seu praedixit esse venturum, nempe iudicium, merces sanctorum et malorum supplicia. *Men.*

15) *Οὐ* excidit ap. Men.

16) Ita B O V, *ἐπὶ ματαίῳ εἰς ὄνομα κυρίου* C Men. Voss. Cot. Praepositio *εἰς* abundat.

17) *ἀγαπήσης* V, *ἀγαπήσαις* mutatum in *ἀγαπήσεις* O. Cfr. Joan. 15, 13.

18) Const. Apost. VII, 3.

19) *οὐκ ἀρεῖς* Const. Apost. VII, 12. Cfr. Eph. 6, 4.

20) *ουδ'* (sine spiritu) *οὐ μὴ* p. *οὐδὲ μὴ* V. Const. Apost. VII, 4.

21) Recepi *ἀναστραφήσῃ* (*verseris*) ex B C F O V, *ἀναγραφήσῃ* vulg. Idem est *ἀναστρέφειν* ac *συμπορεύειν*.

22) *πάθη* Const. Apost. VII, 8.

23) Const. Apost. II, 6. VII, 4.

24) Cfr. Ephes. 6, 5.

25) *δούλῃ* Men., l. *δούλῳ* in marg. Const. Apost. VII, 13.

26) Reposui *οὐ κατὰ* c. B C F O V, *οὐκ ἐπὶ* vulg. Cfr. Eph. 6, 9.

27) *ἡτοίμασε* B C et plerique editt., *ἑτοίμασε* Men. Cfr. Rom. 8, 29. 30.

28) Cfr. Act. 4, 32. Const. Apost. VII, 12.

29) *πρόγνωσσος* C Men., in notis leg. *πρόγλωσσος*.

30) *στόμα* desideratur in C.

31) Ita Dav., *ὑπὲρ* B C O V Men. Voss.

32) *τοῦ* B (in textu) C. Cfr. Eccli. 4, 31. (v. 36 vulg.) Const. Apost. VII, 11.

λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λαλοῦντά σοι τὸν[33] λόγον κυρίου. Μνησθήσῃ[34] ἡμέρας κρίσεως, ἡμέρας καὶ νυκτός. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἢ[35] διὰ λόγου σκοπῶν καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ· ἢ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ[36] εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. Οὐ διστάσεις[37] δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις. Παντὶ[38] αἰτοῦντί σε δίδου· γνώσῃ δὲ τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. Φυλάξεις ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς,[39] μήτε ἀφαιρῶν. Εἰς τέλος μισήσεις τὸν πονηρόν. Κρινεῖς[40] δικαίως. Οὐ ποιήσεις σχίσμα,[41] εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων. Ἐξομολογήσῃ[42] ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. Οὐχ[43] ἥξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

XX. *De via tenebrarum.*

Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός[1] ἐστι σκολιὰ[2] καὶ κατάρας μεστή. Ἔστι γὰρ ὁδὸς θανάτου[3] αἰωνίου μετὰ τιμωρίας, ἐν ᾗ ἐστὶ τὰ ἀπολοῦντα[4] τὴν ψυχὴν αὐτῶν· εἰδωλολατρεία,[5] θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία,[6] φόνος, ἁρπαγή, ὑπερηφανία,[7] παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία Θεοῦ. Διῶκται[8] τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες τὴν[9] ἀλήθειαν, [τὸ ψεῦδος] ἀγαπῶντες, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ[10] προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον Θεοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρὸν, ὧν μακρὰν καὶ πόρρω πραΰτης καὶ ὑπομονὴ, ἀγαπῶντες[11] μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ,[12] εὐχερεῖς ἐν καταλαλιᾷ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων,[13] φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, πανταμάρτητοι.

XXI. *Epilogus exhortatorius.*

Καλον οὖν ἐστὶ, μαθόντα τὰ δικαιώματα κυρίου, ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. Ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ

---

33) *τὸν* accessit ex B (marg.) O V. Deinde exclusi *τοῦ* ante *κυρίου* c. B (textu) C O V Men. Apud Voss. *λογὸν τοῦ κυρίου*, in F *τὸν λόγον τοῦ κυρίου*.

34) Pron. *αὐτὸν*, quod post *μνησθήσῃ* exh. B C vulg., omisi c. F O V. Scribe saltem *αὐτοῦ*. Vocc. *ἡμέρας κρίσεως* non leguntur in C. Subinde transposui *ἡμέρας καὶ νυκτὸς* c. C, *νυκτὸς καὶ ἡμέρας* F O V vulg. Genuina tamen lectio in Cod. B latere videtur, ubi habes *μνησθήσῃ αὐτὸν καὶ ἡμέρας καὶ νυκτός*. Rectius Const. Apost. VII, 9. *μνησθήσῃ δὲ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός*.

35) *ἢ* dedi c. B C F O V, *καὶ* vulg. Iisdem quinque Mss. nisus *καὶ* vulg. ante *διὰ τῶν χειρῶν* commutavi in *ἢ*, interpunctione totius enunciationis sanata. Lectionem *σκοπῶν* exh. B Voss., *σκοπιῶν* C Men., *κοπιῶν* O V. Forte *διὰ λόγου κοπιῶν* i. e. instituendo et edocendo operam navans (sudans). Cfr. I. Tim. 5, 17. Tum *μελετοῖς* B.

36) *ἐργάσει* O V; in utroque deest *τῶν* ante *ἁμαρτιῶν*. In B articulum sec. man. obliteravit. Cfr. I Cor. 4, 12. Const. Apost. VII, 12.

37) *διαστάσεις* B.

38) Matth. 5, 42. Luc. 6, 30.

39) *προτιθεὶς* B, quod forsan praestat. Const. Apost. VII, 14.

40) Ibid. VII, 10.

41) Ita B O V, *σχήμα* C, *σχῆμα*

piendum, ad dandum vero contrahere. Diliges ut pupillam oculi tui omnem qui tibi loquetur verbum Domini. In memoriam tuam die noctuque revocabis iudicii diem. Exquiras quotidie vultus sanctorum, et in sermone eos perscrutans, et ad exhortandum incedens, et meditans quomodo animam verbo tuo servare possis; et manibus tuis operaberis ad redemtionem peccatorum tuorum. Non dubitabis dare, neque murmurabis, cum das. ‚Omni petenti te tribue;' cognosces autem quis sit bonus mercedis retributor. Servabis quae accepisti, nec addens, nec demens. Malus odiosus tibi erit in perpetuum. Iuste iudicabis. Non facies dissidium; sed pacem conciliabis inter contendentes, eos associans. Confiteberis peccata tua. Non accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Haec est via lucis.

XX. *De via tenebrarum.*

Via autem tenebrarum obliqua est plenaque maledictionis. Est enim via mortis aeternae cum supplicio, in qua sunt quae perdunt animam hominum: idololatria, temeritas, elatio ob potentiam, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. In qua sunt bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii, non cognoscentes mercedem iustitiae, non adiuncti ad bonum, viduae et pupillo non attendentes ex iusto iudicio, vigilantes non ad timorem Dei, sed ad malitiam, a quibus longe ac procul sunt mansuetudo et patientia, qui diligunt vana, consectantur remunerationem, non miserentur inopis, non laborant in gratiam labore ac aerumnis confecti, ad obtrectationem prompti, non cognoscentes creatorem suum, liberorum interemptores, in abortione corrumpentes Dei creaturam, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui iudices; per omnia peccatores.

XXI. *Epilogus exhortatorius.*

Aequum igitur est, ut homo edoctus mandata Domini, quotquot prius scripta sunt, in eis ambulet. Qui enim ea perficit, in regno Dei

---

Men. Dein *μαχομένους* B C O V, *μαχομένοις* Men. Voss. Const. Apost. VII, 10.

42) Const. Apost. VII, 17.

43) Ibid. VII, 17.

Cap. XX. 1) Const. Apost. VII, 8.

2) *σκολιᾶ* O V.

3) Vulg. *τοῦ* ante *θανάτου* omisi c. B C F O V. Dein *ἐστιν* O V.

4) *ἀποτελοῦντα* C, *ἀπολλοῦντα* V, *ἀπολλύντα* (sic) O.

5) *εἰδωλολατρεία* B O V Cot., *ἰδωλολατρία* Men., *εἰδωλολατρία* C Voss.

6) *μοιχία* O V.

7) *ὑπερηφανεία* O V. Dein *αὐθαδία* V, *φαρμακία μαγία* O V.

8) Subaudiendum esse *Ἐν ᾗ εἰσί* ante *διῶκται* iam Men. animadvertit.

9) *τὴν* addidi c. B, ad cuius marg. Holstenius recte notat, supplendum esse *τὸ ψεῦδος* ante *ἀγαπῶντες*, quod in nullo nostrorum quattuor Mss. extat, nec est in F. Veram lectionem Men. iam indicavit observans: Lege *ἀγαπῶντας* hoc modo: *μισοῦντες ἀλήθειαν ἀγαπῶντας* i. e. odio habentes veritatis amatores; aut certe videtur deesse nomen *ψεῦδος* i. e. mendacium, hoc modo: *ἀγαπῶντες ψεῦδος* i. e. amantes mendacium. Cfr. Const. Apost. l. c.

10) *ὀφανῷ* B.

11) *ἀγαπόντες* F et O in textu, *ἀγαπῶντες* in marg. Dein *ἀνταπόδωμα* scr. O V.

12) Vulg. *τῷ* ante *καταπονουμένῳ* exclusi c. B C F O V. Subinde *εὐχερεῖς* B C O V, *εὐχειρεῖς* Men.

13) *τέκνοιν* V.

δοξασθήσεται· ὁ ἐκεῖνα[1] ἐκλεγόμενος μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. Διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. Ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν· ἔχετε, εἰς οὓς ἐργάσασθε,[2] μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλείπητε.[3] Ἐγγὺς γὰρ ἡ[4] ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. Ἐγγὺς ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς· ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοί, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοί, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. Ὁ[5] δὲ Θεὸς, ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων, δώῃ ὑμῖν σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ἐν ὑπομονῇ. Γίνεσθε δὲ Θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες, τί ζητεῖ κύριος ἀφ' ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἰ δέ τίς ἐστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου, μελετῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ ἀγρυπνία εἴς τι[6] ἀγαθὸν χωρήσῃ. Ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος. Ὡς ἔτι τὸ καλὸν σκεῦός[7] ἐστι[8] μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐλλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν· ἔστι γὰρ ταῦτα ἄξια. Διὸ καὶ[9] μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ[10] εὐφράναι ὑμᾶς. Σώζεσθε,[11] ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ὁ κύριος τῆς δόξης καὶ πάσης χάριτος μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.[12]

Cap. XXI. 1) *ἐναντία* coniecit Men. ad ea referens, quae supra fuerant exposita. (c. 20).

2) *ἐργάσασθε* c. B C F O V Men. Voss. Cot., *εὐεργάσασθε* al. Fortassis *εἰργάσασθε*. Accipe de labore in vinea Domini.

3) *ἐγκαταλείπητε* dedi ex B F O V, *ἐγκαταλίπητε* C vulg.

4) Adscripsi *ἡ* c. B C F O V.

5) Locus cit. a Clem. Alex. Strom. II. c. 18. p. 472.

6) *τὸ* Men.

gloria cumulabitur; qui vero alia elegerit, simul cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. Rogo vos, proceres, si bonae voluntatis meae consilium accipere velitis: habeatis vobiscum, pro quibus laborastis; ne eos derelinquatis. Prope enim est dies, in qua omnia cum malo peribunt. Prope est Dominus et merces eius. Etiam atque etiam rogo vos: estote vobis boni legislatores, vobis manete consiliarii fideles, tollite ex vobis omnem hypocrisim. Deus autem, qui universo mundo dominatur, det vobis sapientiam, scientiam, intelligentiam, cognitionem mandatorum suorum, cum perseverantia. Efficiamini autem docti a Deo, exquirentes quid a vobis requirat Dominus; et efficite ut salvi sitis in die iudicii. Si qua vero est in vobis boni recordatio, mementote mei, haec verba mea meditantes, ut et desiderium et vigilantia mea in aliquod bonum evadat. Rogo vos, gratiam postulans. Cum adhuc in hoc pulchro vase estis, in nullo horum mandatorum deficite, sed indesinenter haec exquirite, et adimplete omne mandatum; haec namque digna sunt. Quare vel maxime id operam dedi, quantum in me fuit, ut scriberem vobis quo exhilararem vos. Salvete, filii dilectionis et pacis. Dominus gloriae et omnis gratiae sit cum spiritu vestro! Amen.

---

7) *σκεῦος* = *corpus*. Supra c. 7. de corpore Christi: *ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἤμελλε τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν*. Cfr. I Thess. 4, 4.

8) *ἐστιν* O V. Deinde scripsi *ἐλλείπητε* c. B C F O V, *ἐκλείπητε* vulg.

9) *καὶ* in textu posui ex marg. B.

10) *τὰ* Men.

11) *σώζεσθαι* B.

12) Epigraphe *Ἐπιστολὴ Βαρνάβου τοῦ ἀποστόλου συνεκδήμου Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου* est in B, *Ἐπιστολὴ Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου συνεκδήμου Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου* in V; nullam exhibent C F O.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α.[1]

I. *Salutatio. Laus Corinthiorum ante ortum schisma.*

[Ἡ ἐκκλη]σία τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα[2] [Ῥώμην], τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ πα[ροικού]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς, ἡγι[ασμέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. [Χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο[κράτ]ορος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. [Διὰ τὰς] αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους [γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περ]ιπτώσεις,[3] ἀδελφοί, βραδίον [νομ]ίζομεν[4] ἐπιστροφὴν πεποιη[κέν]αι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων,[5] ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης[6] τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον[7] καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς[8] γὰρ, παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν[9] οὐκ ἐμακάρισεν; Ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ τοῖς νομίμοις[10] τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις[11] ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν κα-

---

1) Ea inscriptio est editionis principis (Patr. Junii a. 1633). In Cod. Alexandrino, qui unicus priorem Clementis Ep. cum alterius fragmento exhibet, praeter *ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α.* nihil in fronte apparet; eadem autem epigraphe in ipsius Epistolae calce subiecta extat. Quas editores a primo ad ultimum usque, ut Codicis lacunas explerent, proposuerunt coniecturas, nos quoque eas uncinis inclusimus. In ipsis autem lacunis indicandis mira quaedam singulorum, quibus Codicem inspicere contigit, offendit discrepantia, ita ut ea criticae pars etiam post reiteratam messem messore indigere videatur. Versio latina Cotelerii est, ab Hefelio nobisque hic illic emendata; lemmatum series, qualis ex Gallandio concinnata ap. Hefelium prostat.

2) *παροικεῖν* = peregrinari, ut in exordio Ep. Polycarpi ad Philippenses, et alibi.

3) Clementis Epistolam fervente persecutione Domitiani scriptam fuisse, nec quo tempore procella Nerone imperatore in Christianos protinus exstiterit, cum allis persuasum habeo. Namque *subitae illae ac invicem sibi succedentes calamitates* ad Domitiani potius, quam ad Neronis imperium quadrant. Favent testimonia Eusebii H. E. III, 15—17. accuratius inter se comparata. Huius Ep. cap. 5, ubi auctor ad Neronis tempora respici, nullius momenti est ad nostrum locum aliter interpretandum.

4) Ad supplendam hanc lacunam Junius primum *νομίζομεν* substituit; loco tamen iterum inspecto, reponendum ipsi

CLEMENTIS

EPISTOLA AD CORINTHIOS I.

I. *Salutatio. Laus Corinthiorum ante ortum schisma.*

Ecclesia Dei, quae Romae peregrinatur, Ecclesiae Dei, quae Corinthi peregrinatur, vocatis, sanctificatis voluntate divina, per Dominum nostrum Iesum Christum. Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Iesum Christum multiplicetur. Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos, qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmet ipsos convertisse existimamus ad ea quae fuerant quaesita a vobis, dilecti, et ad seditionem impiam ac detestandam, Dei electis peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum insolentiae accenderunt, ut honorificum et illustre nomen vestrum, et ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemaretur. Quis enim, apud vos diversatus, omni virtute plenam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? sobriamque et moderatam in Christo pietatem non est admiratus? et splendidos ac liberales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit? et perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? Omnia enim sine personarum intuitu a vobis facta sunt, et in Dei legibus ambulastis, praepositis vestris subditi, et presbyteros,

---

videbatur *δυσοίζομεν*. Illud repetierunt margo Cotelerii (1672), Colomesius (1634), Wottonus. Alii *γνωρίζομεν* absque iusta causa proponunt.

5) Ex hoc dicendi modo nonnulli colligunt, Christianos, qui Corinthi degerent, literis a Romana ecclesia expetisse, ut ad ipsorum dissidia de munere ecclesiastico sedanda auctoritate sua intercederet. Fama potius de Corinthiorum seditione Romam perlatum esse videtur. Cfr. infra c. 47 et Hilgenfeld *d. Apost. Vaeter* p. 54 not. 2.

6) Cod. Alex. *ξένοις*, quod ab amanuensi, diphthongos *οι*, *ει*, *η* ob itacismum pro libitu permutante, procul dubio positum fuit pro adiect. *ξένης* itidem sonante. Idcirco de *advenis in terra* non cogitandum.

7) Simili modo infra c. 47. *τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν*.

8) *Τίς γὰρ — Θεοῦ ἐπορεύεσθε* locus citatus a Clemente Alexandrino Strom. IV. c. 17. p. 610. ed. Pott.

9) Cfr. Ep. Barnabae c. 6.

10) Hanc esse genuinam lectionem, Colomesius collegit ex sect. 3 et 40 et Clem. Alex. l. l., cum Ms. exhibeat *νόμοις*.

11) *Praesides* (*ἡγούμενοι*) non iidem sunt ac *presbyteri*. Illis quippe omnes adnumerantur, qui ecclesiae regendae ac gubernandae constituti sunt, cum presbyterorum nomine a primaevis Christianis appellarentur fratres non solum officii causa, sed etiam ob honorem. Cfr. Lipsius, de Clementis Romani Epistola ad Corinthios priore disquisitio p. 28.

θήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις. Νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας[12] καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς[13] ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

II. *Continuatio laudis prioris Corinthiorum.*

Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντας,[1] ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες.[2] Τοῖς ἐφοδίοις[3] τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους[4] αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι[5] ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν.[6] Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς, ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἵλεως[7] γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. Ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος,[8] εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως[8] τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. Εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ ἀμνησίκακοι[10] εἰς ἀλλήλους. Πᾶσα στάσις καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι τῶν[11] πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε. Ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι[12] εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.' Τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι, πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου ἐπὶ[13] τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο.

III. *Tristis Corinthiacae ecclesiae status post seditionem ex invidia et aemulatione obortam.*

Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς[1] ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον· ,ἔφαγεν[2] καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν[3] ὁ ἠγαπημένος.' Ἐκ τούτου ζῆλος καὶ φθόνος καὶ ἔρις καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. Οὕτως

Lipsiae 1855. Ibidem contra Rothium et alios satis demonstratum est, Clementis Epistolam nihil discriminis facere inter episcopos et presbyteros. Duorum tantum ecclesiasticorum magistratuum distinctio in ea cernitur: episcoporum seu presbyterorum, et diaconorum.

12) Quae in Ep. Polycarpi ad Philipp. c. 4. occurrunt similia, Gul. Burtono a Clemente mutuata videntur.

13) Similiter infra c. 7. *τῆς κλήσεως κανόνα*, c. 14. *τῆς λειτουργίας κανόνα*. Cfr. Gal. 6, 16.

Cap. II. 1) Eph. 5, 21. I Petr. 5, 5.

2) Act. 20, 35.

3) I. e. commeatus et apparatus, quibus opus est in militia nostra christiana. *Wott. Viatica* heic potius ea esse crediderim, quibus in hac peregrinatione ad victum quotidianum Christi fidelibus opus est: id quidem ob praecedentia. Cfr. I Tim. 6, 8. Hebr. 13, 5. Idem exprimit Gallicciolli: contenti della provvidenza che Dio vi concedeva.

4) Apud LXX saepe coniungitur verbum *προσέχειν* cum accus. *Cler.*

5) Apud Suidam et Hesychium *στερνίζομαι = ἐνστερνίζομαι complector*, quia *complecti* fit pectora coniungendo. Hinc sensu *in pectus admitto* saepius usurpatur a scriptoribus christianis. Post ἦτε subaudias *αὐτούς*. Cfr. Const. Apost. Prooem. in lib. I.

6) Cfr. Gal. 3, 1. Passiones Christi per communicationem idiomatum *τὰ παθήματα τοῦ θεοῦ* vocantur, cf. Möh-

qui sunt inter vos, debito honore prosequentes. Iuvenibus, ut moderata et honesta sectarentur, mandastis; mulieribus in inculpabili, honesta et casta conscientia omnia peragere iussistis, diligentes maritos suos, prout officium postulat, et in obedientiae canone se continentes, res domesticas cum gravitate administrare docuistis, omnino honeste se gerentes.

II. *Continuatio laudis prioris Corinthiorum.*

Omnes humili animo eratis, in nulla re inani gloriationi dediti, aliis subiecti potius, quam alios vobis subiicientes, lubentius dantes, quam accipientes. Dei viatico contenti, et ad verba eius diligenter attendentes, intime recondita in visceribus servabatis verba eius, eiusque passiones vobis prae oculis erant. Sic alta et abundans pax cum inexplebili benefaciendi desiderio omnibus data fuit; plena etiam super omnes spiritus sancti effusio facta est; sanctaque voluntate pleni, sincera animi alacritate, cum pia confidentia, manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, supplicantes ei, ut esset erga vos animo propitio, si quid inviti peccassetis. Diu noctuque solliciti eratis pro universa fraternitate, ut numerus electorum Dei misericordia et bona conscientia salvaretur. Sinceri et simplices eratis, atque iniuriarum invicem immemores. Seditio omnis et scissura vobis abominationi erat; proximorum delicta lugebatis; illorum defectus vestros censebatis. Benefacti nullius poenitebat vos; ‚ad omne bonum opus parati.' Ornati virtutum plena et veneranda vitae ratione, omnia in timore eius peragebatis; mandata et praecepta Domini in latitudine cordis vestri scripta erant.

III. *Tristis Corinthiacae ecclesiae status post seditionem ex invidia et aemulatione obortam.*

Omnis honor et dilatatio vobis data est, et scriptum illud impletum est: ‚edit, bibit, dilatatus et incrassatus est, et recalcitravit dilectus.' Ab hoc fonte zelus et invidia et contentio et factiones, persecutio et seditio, bellum et captivitas manarunt. Sic viles contra honoratos,

---

ler, Athanas. I. pag. 6. et Lumper. hist. theol. crit. I. p. 65. *H.* ed. IV.

7) Iunius, Fell., Cotel., Colom., Ittig. et Coust. malunt *ἵλεων*. Nihil autem muto; *ἵλεως* enim, ut post Wotton. vidit Gallandius, adverbialiter usurpatum, *propitie* vel *animo propitio*, satis consonum est *τῷ γενέσθαι*. Iac. Cfr. II. Machab. 7, 37. Hebr. 8, 12.

8) *τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε.* I Petr. 2, 17.

9) Fortasse legendum est *συναισθήσεως = commiseratione, Mitgefühl;* seu: *συναιτήσεως, communi oratione. Rhode. Συνδέσεως, concordia. Jun. Συνευδοκήσεως, harmonia animi. Dav.* Lectio Msti placet Gallandio vertenti: *unanimi consensu*, ut infra c. 34. *H.* Ego quidem vocc. *μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως* (i. e. scientia) ad illum refero, qui elegit, electos salvos reddit. Cfr. II Tim. 2, 19. Fortassis ita transponendum: *εἰς τὸ σώζεσθαι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως αὐτοῦ.*

10) Ita coni. Junius, postquam c. Ms. ediderat *ἀναμνησίκακοι.* Hinc Birrius *παναμνησίκακοι* proponit.

11) Ita proposuit Junius p. Msti *τοῖς*, Cotelerius et Colomesius mallent *τῶν*, vel *πλησίων*, Boisio placet *τοῖς τῶν πλησίον.*

12) Tit. 3, 1.

13) Prov. 7, 3.

Cap. III. 1) I. e. *amplitudo.* Cfr. Hermae Past. Mand. 5, 1.

2) Deut. 32, 15.

3) Ita Iunius corrigendam censet Msti lectionem *ἀπεγαλάκτισεν.*

ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι[4] ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόρρω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ,[5] ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηρὰς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας,[6] δι' οὗ[7] καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

IV. *Multa mala ex hoc fonte iam antiquis temporibus profluxerunt.*

Γέγραπται γὰρ οὕτως· „καὶ[1] ἐγένετο μεθ' ἡμέρας,[2] ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν. Καὶ ἐπεῖδεν[3] ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. Καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν· ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν[4] ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; Ἡσύχασον· πρός σε[5] ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ[6] ἄρξεις αὐτοῦ. Καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.' Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο.[7] Διὰ ζῆλος[8] ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ζῆλος[9] ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. Ζῆλος φυγεῖν[10] ἠνάγκασε Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου· „τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον;' Διὰ ζῆλος[11] Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. Ζῆλος[12] Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου, διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν. Διὰ ζῆλος[13] Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

V. *Non minora novissimis temporibus inde orta sunt mala. Petri et Pauli martyrium.*

Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς. Λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον [οἱ μέγι]στοι[1] καὶ δικαιότα-

4) Isai. 3, 5. Gal. 5, 19 sqq.

5) χριστιανῷ coni. Iunius, τῷ ἐν χριστῷ Davis. Sed recte Jac. contra monet, auctorem metonymice loqui, ut Paulum ap. II Cor. 1, 21. Eph. 4, 20. et alibi, ubi vox Χριστὸς christianam cum fidem, tum praxin complectitur.

6) Ob numerum plur. cfr. Ep. Barnabae c. 14. ὅτι ἠνόμησαν ὁ λαός σου.

7) Sap. 2, 24.

Cap. IV. 1) Gen. 4, 3—8.

2) Ita LXX, *a fine dierum* textus hebr., *post multos dies* vulg. interpretatio. Gallicciolli: Avvenne al terminar delle stagioni.

3) επιδεν scr. Cod. Alex.

4) Sensus, ut iam Irenaeus IV, 34. docet, is est: *secundum quod videtur, recte et legitime obtulisti munera tua: quoad autem animam tuam, non recte* —

inglorii contra gloriosos, insipientes contra sapientes, iuvenes contra seniores insurrexerunt. Hanc ob causam procul absunt iustitia et pax, cum unusquisque Dei timorem deserat, et in fide eius caecutiat, neque in institutis praeceptorum eius ambulet, aut vitam Christo dignam degat, sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedat, iniquam et impiam invidiam resumendo, per quam mors in mundum intravit.

IV. *Multa mala ex hoc fonte iam antiquis temporibus profluxerunt.*

Sic enim scriptum est: ‚et factum est post dies, obtulit Cain ex fructibus terrae sacrificium Domino; Abel autem obtulit et ipse de primogenitis ovium suarum et de adipibus earum. Et respexit Deus super Abel et super munera eius; super Cain autem et super sacrificia eius non advertit. Et contristatus est Cain valde, et concidit vultu suo. Et dixit Deus ad Cain: quare tristis factus es, et quare concidit vultus tuus? Nonne, si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce, ad te revertitur donum tuum, et tuae iterum erit potestatis. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: transeamus in campum. Et factum est, dum essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum et occidit eum.‘ Videtis, fratres, propter zelum et invidiam fratricidium commissum. Propter zelum pater noster Iacob a facie fratris sui Esau aufugit. Zelus effecit, ut Ioseph ad mortem usque exagitaretur, et usque ad servitutem accederet. Zelus Mosem a facie Pharaonis regis Aegypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret: ‚quis te constituit arbitrum aut iudicem super nos? Numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium?‘ Propter zelum Aaron et Mariam extra castra stabulati sunt. Zelus Dathan et Abiron vivos ad inferos detrusit, quod cum Mose Dei famulo seditiose contenderent. Propter zelum David non tantum alienigenarum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saul persecutorem expertus est.

V. *Non minora novissimis temporibus inde orta sunt mala. Petri et Pauli martyrium.*

Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas veniamus. Seculi nostri generosa exempla proponamus. Propter zelum et invidiam, qui maximae et iustissimae ecclesiae columnae erant, persecutionem passi

---

pectore diviso, absque simplicitate cordis. Nolte (in Scheiner etc. Zeitschrift für kath. Theol. t. VI, I. p. 119.) coniicit legendum esse: *ὀρθῶς δὲ μὴ διαθῇς* sc. *τὸ προσφερόμενον* i. e. *si sacrificium non recte divisisti,* optimam partem tibi retinuisti. *H.* ed. IV.

5) I. e. *a me non recipitur donum tuum,* Nolte: *πρὸς σοῦ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ* i. e. *a te ortum est odium illius.*

6) Nolte coniicit: *καὶ σὺ ἀφέξεις αὐτοῦ* i. e. *desistas eum persequi. H.* ed. IV.

7) *κατειργάσατο* ed. pr., quod invito Ms. nonnulli mutarunt in *κατειργάσαντο.*

8) Gen. 27, 41 sqq. Ms. in casibus obliquis plerumque exhibet *ζῆλος* neutraliter. *Wott.* Cfr. Ign. ad Trall. c. 4. *τὸ γὰρ ζῆλος κτλ.* Etiam *τὸ ὕσσωπον* habes in Codd. Mss. Ep. Barnabae c. 8. not. 16.

9) Gen. 37.

10) Exod. 2, 14.

11) Num. 12, 14. 15.

12) Num. 16, 33.

13) I Reg. 18, 8 sqq. *Φθόνον ἔχειν = invideri,* phrasis bene graeca. *Cler.*

Cap. V. 1) Sic Iac. supplevit, spatio lacunae accuratius dimenso. Cfr. Gal. 2, 9.

τοι στύλ[οι ἐδιώ]χθησαν, καὶ ἕως θανάτου[ν ἦλθον].[2] *Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ[ν ἡμῶν] τοὺς ἀγαθοὺς*[3] *Ἀποστόλου[ς. Ὁ Πέτρ]ος διὰ ζῆλον ἄδικον*[4] *οὐχ [ἕνα, οὐ]δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπ[ήνεγκεν] πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρ[ήσας] ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλ[όμενον] τόπον*[6] *τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον [καὶ ὁ] Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον*[6] *ὑ[πέσχ]εν, ἑπτάκις*[7] *δεσμὰ φορέσας, φ[υγα]δευθεὶς,*[8] *λιθασθείς.*[9] *Κῆρυξ γ[ενό]μενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν [τῇ] δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως*[10] *ἐλθών, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων.*[11] *Οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.*

VI. *Continuatio. Plures alli martyres.*

Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως[1] *πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους*[2] *διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες, Δαναΐδες καὶ Δίρκαι,*[3] *αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς π[ί]στεως βέβαιον δρόμον κατήντη[σαν], καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ· ‚τοῦτ[ο][4] νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου.‘ Ζῆλος καὶ ἔριν πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερρίζωσεν.*

---

2) *ἕως θανάτο[υ ἦλθον]* Wottonii coniectura est, *ἕως θανάτο[υ δεινοῦ]* ed. pr. Cfr. supra c. 4. *Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι.*

3) *ἀγαστοὺς* (*mirabiles*) coni. Davis. Nolte; *ἁγίους* vel *πρώτους* coni. Iunius, alius *θείους*, est qui cum eodem Iunio *κορυφαίους* proponat, omnino contra simplicem ac castum auctoris modum dicendi. In Ep. ad Iacobum Apost. c. 1. (p. 10. ed. Dressel) Petrus Clementi est *ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής.*

4) *διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν ..... τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν* Clem. Rom. l. c.

5) Cfr. Act. 1, 25. Ep. Polyc. ad Philipp. c. 9.

6) Cfr. I Cor. 9, 24. Hesychii interpretationem vocis *βραβεῖον* Gallandius parum sapiens vertit: *patientiae certamen sustinuit.*

7) Paulum septies in vincula coniectum esse unde cognoverit Clemens equidem non satis perspicio. Acta enim Apostolorum quum de hac re taceant, alterutrum statuendum est: aut ex ecclesiae traditione rem hausit ille, aut coniecturam fecit ex loco 2 Cor. XI, 24. Ibi quum quinquies se captivum fuisse Paulus profiteatur, Clemens fortasse simul meminit captivitatis quam apostolus et Caesareae et Romae passus est. Cfr. Zeller, Theol. Jahrb., 1848, p. 530. Ceterum ea quoque quae paullo post de Pauli morte narrantur non tam ex Actis Apostolorum quam ex alio quo fonte petita esse nemo mirabitur, qui Acta omnino nihil de extremis apostoli fatis tradere perpenderit. Neque tamen quidquam eorum quae Clemens de Paulo commemorat cum Actorum narrationibus pugnat; itaque colligi nequit, Acta Clementis aetate nondum literis mandata esse. *Lipsius* p. 128. l. c. Hebraismus est = *πολλάκις, pluries.*

8) Act. 13, 50. 14, 6. II Cor. 11, 22sqq.

9) Act. 14, 5. 19.

10) *Italiam*, in specie *Romam*, his verbis notatam putant omnes, qui duplicem Pauli captivitatem Romae negant, e. g. Baur, (Tübing. Zeitschr. 1831. IV. p. 150. Pastoralbriefe d. A. Paulus, 1835. p. 63 sqq.) et Schenkel (Stud. u. Krit. 1841. I. p. 75.), quibus *τὸ τέρμα τῆς δύσεως = τὸ τέρμα ἑαυτοῦ, ὃ ἐν τῇ δύσει.* His accedunt Matthies (Erklg. d. Pastoralbriefe 1840. p. 186.), cui *τέρμα τ. δ. = meta, centrum* Occidentis, ergo *Roma*, et Schrader (d. Apost. Paulus I. p. 234.), cui *τέρμα τ. δ.* est finis Occidentis *versus Orientem*, ergo Italia. Econtra de *Hispania* (Rom. 15, 24.)

sunt, et venerunt usque ad mortem. Ponamus nobis ante oculos bonos Apostolos. Propter zelum iniquum Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloriae locum discessit. Propter zelum et Paulus patientiae praemium reportandum sustinuit, septies in vincula coniectus, fugatus, lapidatus. In oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est, in iustitia mundum universum instruens, et ad occidentis terminos veniens, et sub praefectis martyrium subiens. Sic e mundo migravit, et in locum sanctum abiit, patientiae summum exemplar existens.

VI. *Continuatio. Plures alii martyres.*

Viris istis sancte vitam instituentibus magna electorum multitudo aggregata est, qui supplicia multa et tormenta propter zelum passi, exemplar optimum inter nos extiterunt. Propter zelum mulieres persecutionem passae, Danaidae et Dircae, postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt, et debiles corpore nobile praemium acceperunt. Zelus uxorum animos a maritis abalienavit, et dictum patris nostri Adami mutavit: ‚hoc iam os ex ossibus meis, et caro ex carne mea.‘ Zelus et contentio urbes magnas evertit, et gentes numerosas funditus delevit.

---

h. l. exponunt Pearsonus, Neander (K. G. I. p. 79. et Gesch. d. Pflanzung I. p. 265.), Guerike (Beiträge p. 122.), Hug (Einl. II. p. 322.) et Olshausen (Stud. u. Krit. 1838. IV. p. 953—957.). *Hispaniae* aut alii *terrae remotiori* favent Schott (Erörterung chronol. Punkte 1832. p. 123.) et Wocher (Tüb. Quartalschrift 1830. IV, 626 sqq.). Pro *Britannia* denique, teste Jacobsono, contendunt Usserius (Brit. Eccl. Antiq. c. 1.) et Stillingsfleet, Orig. Brit. c. 1. *H.* In Ep. Clem. Rom. ad Jacobum c. 1. hic commentarius: *τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνῦσαι βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους, αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.*

11) *Sub Tigellino* et *Nymphidio Sabino*, ultimo Neronis anno Romae dominantibus. Hug (Einl. II. p. 323). Alii h. l. de duobus libertis et amicis Neronis, *Helio Caesariano* et *Polycleto* explicant, qui Nerone in Graecia degente A. 67 omnia gubernarunt. Schott. (l. c. p. 129.) et Neander (Gesch. d. Pflanz. I. 265.) h. l. ita explicant: *coram magistratibus et principibus terrae veritatem christianam professus est. H.*

Cap. VI. 1) Iunius ed. *θείως*, ad marg. veram Msti lect. *ὁσίως* adponens.

2) Ita editores Cod. lect. *πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις* corrigendam putarunt. Coniectaverim: *οἵτινες ἐν αἰκίαις καὶ βασάνοις πολλὰ παθόντες, διὰ ζῆλον ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν.* Zelus quippe eorum *πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν εἰς οὐράνιον τρίβον ὁδεύειν θελόντων καὶ ἐλπίδας ἐχόντων βασιλείας οὐρανῶν ἀπολαύειν διὰ θλίψεων καὶ πόνων πολλῶν, οἷον τὰς τῶν μαρτύρων παλαίστρας καὶ ἀγῶνας.* Cfr. Epiph. Monachi et Presb. ed. Dressel p. 45.

3) Ita Cod. Alex. teste Jacobsono. Ediderat Iunius [*Δαναΐδες καὶ Λίρκη*], quae lectio sponte sese commendat. Cotelerius substituendum monet *Δανάη τε καὶ Λίρκη*, Colomesio lubenter assentiente. Utramque Nerone Imp. fide illustres faeminas fuisse, ille opinatur, quamvis et traditio et historia de eis silescat. Boisius *εὐσεβεῖς καὶ πισταὶ* scribi vult, *ἁγναί τε καὶ δίκαιαι* Davisius. In Arte crit. Clericus coni. *ἄνευ αἰδοῦς καὶ δίκης, sine reverentia et iure*, h. e. irreverenter habito sexu inferiore, et contra ius et fas. Ex Act. 17, 34 et 9, 36. *Ἀμαρις καὶ Δορκὰς* restituendum videtur Suschkio. Cum Ruinarto Iacobsonus ea verba esse glossema opinatur in textum intrusum.

4) Gen. 2, 23.

5) Si urbs Hierosolymae iam fuisset diruta, Clemens novissimum et ceberrimum hoc exemplum vix silentio praeteriisset. Cfr. Windischmann, vindic. Petrin. pag. 54.

VII. *Adhortatio ad poenitentiam.*

Ταῦτα, ἀγαπητοί, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκον[τες]·[1] *ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμμα[τι], καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκει[ται]. Διὸ*[2] *ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς [καὶ] ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθω[μεν] ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τ[ῆς ἁγίας κλή]σεως*[3] *ἡμῶν κανόνα.*[4] *[Βλέπω]μεν, τί καλὸν, καὶ τί περπνὸν [καὶ προ]σδεκτὸν*[5] *ἐνώπιον τοῦ ποι[ήσαντ]ος ἡμᾶς. [Ἀτενίσ]ωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, [καὶ ἴδ]ωμεν ὡς ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ [πατρὶ]*[6] *αὐτοῦ ὅ τι διὰ τὴν ἡμετέραν [σωτ]ηρίαν ἐκχυθὲν παντὶ τῷ κό[σμ]ῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. [Ἀνέλθ]ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, [καὶ κα]ταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ [καὶ] γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω[κ]εν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. Νῶε*[7] *ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Ἰωνᾶς*[8] *Νινευΐταις κατα-στροφὴν ἐκήρυξεν· οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ ὄντες.*

VIII. *Continuatio.*

Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μεθ' ὅρκου· ‚ζῶ[1] *γὰρ ἐγὼ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν' προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν· ‚μετανοήσατε,*[2] *οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. Εἶπον*[3] *τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου· ἐὰν*[4] *ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυῤῥότεραι κόκκου καὶ μελανώτεραι*[5] *σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε*[6] *πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε Πάτερ· ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου.'*[7] *Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως· ‚λούσασθε*[8] *καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, [κ]αὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε καὶ [δι]ελεγχθῶμεν,*[9] *λέγει. Καὶ ἐὰν ὦσιν [αἱ] ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, [ὡς] χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα.' Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐστήριξε τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.*[10]

Cap. VII. 1) Iunius ex Ms. *ὑπομνήσκον[τες]*, quod Colomesius tacite mutavit in *ὑπομιμνήσκον[τες]*. Sed illud quoque graecum est. Cfr. ea vox ap. Passow in Lexico gr. et Orph. hymn. 77, 6. ed. Herm. p. 345.

2) Cfr. Ep. Polyc. c. 7.

3) Ita supplevit Iunius, *τ[ελειώ]σεως* Millius, id quidem ad baptismum referens, cuius *κάνων* seu regula *κενῶν καὶ ματαίων*, de quibus hic sermo, *φροντίδων*, renuntiationem inprimis postularet.

4) Cfr. de Wette ad II Cor. 10, 13.

VII. *Adhortatio ad poenitentiam.*

Haec, charissimi, non tantum, ut vos officii vestri admoneamus, scribimus, sed etiam, ut nos ipsos commonefaciamus; in eadem enim arena versamur, et certamen idem nobis impositum est. Quare inanes et vanas curas relinquamus, et ad gloriosam et vanerandam sanctae vocationis nostrae lineam [metam] veniamus. Quid pulchrum, quid iucundum et acceptum coram opifice nostro sit, videamus. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur, ut quam pretiosus sit Deo patri, consideremus, qui propter nostram salutem effusus toti mundo poenitentiae gratiam obtulit. Recurramus ad omnes mundi aetates, et discamus, quod in omni generatione, volentibus ad ipsum converti, Dominus poenitentiae locum concesserit. Noe poenitentiae praeco fuit, et qui ei obtemperarunt, salvati sunt. Ionas Ninivitis excidium praedicavit; illi autem, peccatorum poenitentiam agentes, precibus Deum placarunt, et salutem consecuti sunt, licet alieni a Deo essent.

VIII. *Continuatio.*

Divinae gratiae ministri Spiritu santo afflati de poenitentia loquuti sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus cum iuramento de poenitentia loquutus est: ‚vivo, inquit Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut poenitentiam;' addens insuper dictum egregium: ‚resipiscite, domus Israel, ab iniquitate vestra. Dic filiis populi mei: si peccata vestra a terra ad coelum usque pertingant, si cocco rubriora et cilicio nigriora fuerint, et ad me ex toto corde conversi fueritis et dixeritis, Pater; tanquam populo sancto aurem vobis praebebo.' Et in alio loco sic dicit: ‚lavamini et mundamini, auferte mala ex animabus vestris, ab oculis meis, quiescite a malitiis vestris, discite facere bonum, quaerite rectum, liberate oppressum, iudicate pupillo, et iustificate viduam; et venite et disputemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phoenicium, sicut nivem dealbabo, si autem fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem nolueritis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos; os enim Domini locutum est haec.' Volens igitur, omnes dilectos suos poenitentiae fieri participes, effatum illud omnipotenti sua voluntate roboravit.

---

5) Cfr. I Tim. 2, 3. 5, 4.

6) [πατρὶ] lego c. Bleekio, [αἵματι] lib. impr. Cfr. Ep. I Petr. 1, 19.

7) Cfr. Gen. 7. I Petr. 3, 20. II, 2, 5. Vid. infra c. 9.

8) Jon. 3.

Cap. VIII. 1) Ezech. 33, 11.

2) Ezech. 18, 30.

3) Ezech. 32, 12.

4) Cfr. Ps. 102, 11. Isai. 1, 18.

5) Sic Ms. Hanc formam habes saepius apud LXX et apud Strabonem XVI, 12. *Jac.*

6) Cfr. Ier. 3, 22. 19.

7) Sic Cl. Al. Paedag. I. 1. c. 10. ubi ultima ista sub Ezechielis nomine laudat, cuius etiam videntur esse superiora. Hinc itaque firmatur cl. Cotelerii coniectura. *Colom.* Ed. princeps λαῷ ἁγίῳ c. Msto.

8) Isai. 1, 16—20.

9) [δι]ελεχθῶμεν Ms. ap. Wott. et Jac.

10) Sc. voluntate atque consilio eos redimendi.

IX. *Exempla Sanctorum, qui fide et obedientia etc. gratiam Dei sunt consecuti. Enoch et Noe.*

Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν,[1] *τήν τε ἔριν, καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος. Ἀτενίσωμεν*[2] *εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. Λάβωμεν*[3] *Ἐνὼχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. Νῶε*[4] *πιστὸς εὑρεθεὶς, διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν.*

X. *Continuatio. Abraham.*

Ἀβραὰμ, ὁ φίλος[1] *προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ. Οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Λέγει γὰρ αὐτῷ· ‚Ἄπελθε*[2] *ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοι πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.‘ Καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ*[3] *εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· ‚ἀναβλέψας*[4] *τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα*[5] *καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου, ἕως αἰῶνος. Καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται.‘ Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἐξήγαγεν*[6] *ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Ἐπίστευσεν*[7] *δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.‘ Διὰ πίστιν*[8] *καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς*[9] *προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.*

Cap. IX. 1) In simili loco Ep. Polyc. c. 2. est *ματαιολογίαν*, quam lect. Wott. heic quoque reponendam censet.

2) *Ἀτενίζωμεν* Colom., teste Jacobsono. In mea quidem Colomesii ed. a. 1694 est *Ἀτενίσωμεν*. Ed. Bernardus hunc locum ex Clem. Alex. Strom. IV, 16. p. 610. interpolatum contendit. Contra quem Wottonus: *Irriti sunt*, inquit, *huius conatus. Qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit. Eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium, qui a Clemente Alex. usquam citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum maiore licentia usus est in citandis autoribus, sive sacris, sive ethnicis; cum ei in more sit, non integra autorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo*

IX. *Exempla Sanctorum, qui fide et obedientia etc. gratiam Dei sunt consecuti. Enoch et Noe.*

Quare magnificae eius et gloriosae voluntati obsequamur, et suppliciter misericordiam et benignitatem eius implorantes, relictis vanis operibus, contentione et aemulatione, quae ad mortem ducit, ad miserationem eius advolvamur et convertamur. Fixis oculis intueamur eos, qui magnificae eius gloriae perfecte inservierunt. Sumamus Enochum, qui in obedientia iustus repertus translatus fuit, neque mors eius inventa est. Noe fidelis inventus per ministerium suum mundo regenerationem praedicavit; et per eum animalia, quae in concordia arcam sunt ingressa, servavit Dominus.

X. *Continuatio. Abraham.*

Abrahamus, amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quod verbis Dei obtemperaret. Hic per obedientiam e terra sua, e cognatione sua et domo patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili et domo parva derelicta, promissiones Dei possideret. Dicit enim ei: ‚exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram quam tibi demonstrabo; et faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus; et benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, et benedicentur in te omnes tribus terrae.‘ Et rursus, cum a Lot secederet, dixit ei Deus: ‚respice oculis tuis, et vide a loco, in quo nunc tu es, ad aquilonem et africum et orientem et mare; quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam et semini tuo usque in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terrae; si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur.‘ Et rursus dicit: ‚eduxit Deus Abraham foras, et dixit ei: respice in coelum et numera stellas, si potes dinumerare eas; sic erit semen tuum. Et credidit Abrahamus Deo, et deputatum est ei ad iustitiam.‘ Propter fidem et hospitalitatem datus est ei filius in senectute, et per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo, in uno montium, quem ei ostenderat.

---

inserere, alia omittere, alia variis modis mutare.

3) Gen. 5, 24. Hebr. 11, 5.

4) Gen. 6, 8. 7, 1. Hebr. 11, 7. II Petr. 2, 5. Cfr. supra c. 7. Noe secundum Sibyll. I, 135. et Theophil. Antioch. ad Autol. III, 19. p. 129, antequam in arcam intraret, novam mundo generationem vaticinatus est, id temporis homines ad poenitentiam revocans.

Cap. X. 1) Cfr. Isai. 41, 8. II Paralip. 20, 7. Iudit. 8, 19. Jac. 2, 23. Apud Clem. Alex., qui locum recitat epitomatum, est *φίλος Θεοῦ — προσηγορεύθη.*

2) Gen. 12, 1—3.

3) Ad Gen. 18, 11. respiciens Nolte coni. *ἐν τῷ διαχωρισθῆναι Λὼτ ἀπ' αὐτοῦ. H.* ed. IV.

4) Gen. 13, 14—16.

5) I. e. meridiem versus; ita dein voc. *θάλασσαν* occidentis caeli plagam notat.

6) Gen. 15, 5. 6.

7) Rom. 4, 3.

8) Gen. 21, 22.

9) Hebr. 11, 17.

XI. *Continuatio. Lot. Poena dissensionis.*

Διὰ φιλοξενίαν[1] *καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης*[2] *διὰ πυρὸς καὶ θείου, πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης,*[3] *ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι. Συνεξελθούσης γὰρ αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης*[4] *εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι*[5] *καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.*

XII. *Praemia fidei et hospitalitatis. Rahab.*

Διὰ πίστιν[1] *καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπων εἰς τὴν Ἰεριχὼ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς, ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτῶν,*[2] *καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληψομένους αὐτοὺς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην. Ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ λεγόντων· [ἄνδρες πρός σε ἦλ]θον οἱ κατάσκοποι τῆς [γῆς ἡμῶν], ἐξάγαγε αὐτοὺς, ὁ γὰρ βα[σιλεὺς οὕ]τως κελεύει· ἡ δὲ ἀπεκρίθη· εἰσῆλθον [οἱ δύο ἄν]δρες, οὓς ζητεῖτε, πρός με, [ἀλλὰ ταχέ]ως ἀπῆλθον, καὶ πορεύο[νται· οὐχ] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[κείνους]. Καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας· [γινώ]σκουσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι [κύριος ὁ Θεὸς] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν [τὴν πό]λιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ [τρό]μος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κ[ατοι]κοῦσιν αὐτήν.*[3] *Ὡς ἐὰν*[4] *οὖν γέ[νηται] λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσα[τέ] με, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μο[υ]. Καὶ εἶπαν αὐτῇ· ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. Ὡς ἐὰν οὖν γνῷ[ς] παραγινομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι*[5] *σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον· πρόδηλον ποιοῦντες,*[6] *ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν.*[7] *Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.*

Cap. XI. 1) Gen. 19. II Petr. 2, 6. 7. Wottonus existimat, S. Patrem procul dubio respicere ad II Petr. 2, 6.; luculentum sane testimonium, secundam beati Petri epistolam ab initio usque canonicam fuisse, atque ab ecclesia Romana acceptam. *Jac.*

2) *κρίνειν = punire:* frequens in libb. N. T. ea significatio. Cfr. Ioann. 18, 31. Rom. 2, 12.

3) Nominativus absolutus scriptoribus hellenisticis familiaris est. Cfr. Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms p. 168. edit. IV. *H.* Vid. quoque Clem. Rom. Hom. I. init. lectionem Codicis Ottobo-niani *δεδυνημένος* p. *δεδύνημαι* a me notatam.

4) Quamvis multi veterum Patrum (e. g. Irenaeus adv. haer. IV, 31.) tanquam adhuc manentis huius statuae mentionem fecerint, et Iosephus Flavius, eiusdem cum Clemente aetatis (Antiq. I. 11, 4.), nonnullique recentiorum oculis se eam usurpasse narrent, fabulam tamen esse, et nescio quid ab accolis spectatorum oculis subiectum fuisse, quod illi statuam hanc esse nugabantur, hi imprudenter credebant, iam liquidis argumentis demonstratum est. *Frey.*

5) Eodem sensu infra c. 23. Cfr. Iac. 1, 8. Hermae Past. Vis. 1, 1. 4, 1.

XI. *Continuatio. Lot. Poena dissensionis.*

Propter hospitalitatem et pietatem Lot e Sodoma salvus evasit, quum tota regio in circuitu igne et sulphure puniretur; Domino palam faciente, quod non derelinquat sperantes in ipsum, contra vero, qui a mandatis eius declinant, suppliciis et tormentis puniat. Uxor enim eius, quae una cum eo egressa est, cum ab eo dissentiret nec in concordia persisteret, in signum propterea posita, et salis statua usque in hodiernum diem facta est; ut omnibus innotesceret, quod animo dubii et de potentia divina haesitantes in iudicium et signum omnibus generationibus proponantur.

XII. *Praemia fidei et hospitalitatis. Rahab.*

Propter fidem et hospitalitatem Rahab meretrix incolumis servata est. Missis enim a Josue filio Navae ad urbem Iericho speculatoribus, rescivit terrae rex, quod regionem eorum exploraturi venissent, et viros emisit, qui eos comprehenderent, ut comprehensi necarentur. Eos igitur hospitalis Rahab suscipiens, in solario domus sub lini stipula occultavit. Supervenientibus autem viris a rege missis ac dicentibus: viri ad te ingressi sunt regionis nostrae exploratores, educ eos, sic enim imperat rex; illa autem respondit: ingressi sunt duo viri ad me, quos quaeritis, sed confestim abierunt et vadunt; non ostendens eis illos. Et dixit ad viros: sciens scio, quod Dominus Deus vester urbem hanc vobis tradit; timor enim et pavor vestri incessit incolas eius. Simulac igitur capere illam vobis contigerit, incolumem me servate .et domum patris mei. Et dixerunt ei: sic erit, ut loquuta es nobis. Simulac igitur nos appropinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, et servabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt. Praeterea ei signum dederunt, ut nempe funiculum coccineum e domo sua demitteret, manifestum facientes, quod omnibus, qui credunt et sperant in Deum, per sanguinem Domini redemtio futura sit. Videte, dilecti, non solum fides, sed etiam prophetia in muliere fuit.

Cap. XII. 1) Ios. 2. Hebr. 11, 31. Clem. Alex. ut solet, fusiorem nostri narrationem abbreviavit l. c.

2) *αὐτῶν* Ms. Sic vertit etiam Iunius, licet ediderit *αὐτοῦ*, quod repetiit vertitque Colomesius (1694), et alii post eum.

3) *Τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν.* Lectum ergo Clementi comma versiculi 9. cap. 2. Iosuae, quod a multis editionibus abest, in Complutensi vero ita effertur: *καὶ κατέπτησσον πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν Cotel.*

4) *Ὡς ἐὰν = ὡς ἄν* (Winer, Gramm. ed. IV. p. 285 sq.) = simulac. Herm. ad Vig. 943 sq. *H.*

5) *προσέθεντο δοῦναι = ἔδωκαν* ex Hebraismo. Colomesius: *Et ut signum daret addiderunt*, uti ante verterunt Iunius et Cotelerius contra historiae fidem. Non enim Rahab speculatoribus, sed speculatores Rahab signum dederunt. Verumtamen quia *οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν*, Rahab exploratoribus signum illud indicasse, indicatum ab ipsis accepisse, scriptorem credidisse aliquis putaverit.

6) Allegoricae huic interpretationi plures vett. adstipulantur. Cfr. Iustin. Dial. c. Tryph. n. 111. Iren. adv. haer. IV, 20. n. 12. ed. Massuet. et alii.

7) Haec verba non aliam interpretationem patiuntur nisi hanc, quae proxime ad Pauli doctrinam accedit. Diserte enim dicuntur morte Christi expiata esse peccata eorum, qui spem et fiduciam in Deo posuerint. Neque id contrarium est Paulinae doctrinae, quod *fideles* tantum peccatorum veniam Christi morte accipere dicuntur. *Lipsius* p. 82. l. c.

XIII. *Adhortatio ad humilitatem.*

Ταπεινοφρονήσωμ[εν] οὖν, ἀδελφοὶ, ἀποθέμενοι[1] *πᾶσ[αν] ἀλαζονείαν καὶ τύφος*[2] *καὶ ἄφρ[ο]σύνην καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμ[εν] τὸ γεγραμμένον (λέγει*[3] *γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ‚μὴ καυχ[ά]σθω*[4] *ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτ[οῦ], μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύν[ην]') μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκω[ν] ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν. [Οὕ]τως γὰρ εἶπεν· ‚ἐλεεῖτε,*[5] *ἵνα ἐλεη[θῆ]τε· ἀφίετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν· ὡ[ς] ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμ[ῖν]· ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται [ὑμῖν]· ὡς κρίνετε, οὕτως κριθήσετ[αι ὑμῖν· ὡς χρη]στεύεσθε, οὕτως χρη[στευθή]σεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ με[τρεῖτε], ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.' [Ταύτῃ τ]ῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλ[μασι] τούτοις στηρίξωμεν ἑαυ[τοὺς πρὸς]*[6] *τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους [ἡμ]ᾶς τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ[τοῦ], ταπεινοφρονοῦντες. [Φησ]ὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος· ‚ἐπὶ*[7] *τίνα [ἐπι]βλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῦν καὶ [ἡσύ]χιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια;'*

XIV. *Magis Deo obediendum est, quam auctoribus seditionis.*

[Δί]καιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελ[φ]οὶ, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέ[σ]θαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσαροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. Βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν[1] *εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηστευσώμεθα αὐτοῖς*[2] *κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Γέγραπται γὰρ· ‚χρηστοὶ*[3] *ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολεθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚εἶδον*[4] *ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ, οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα*[5] *ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.'*

XV. *Adhaerendum est iis qui pacem colunt, non iis qui eam colere simulant.*

Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις[1] *εἰρήνην. Λέγει γάρ που· ‚οὗτος*[2] *ὁ λαὸς*

Cap. XIII. 1) Cfr. I Petr. 2, 1.

2) Genere neutr. ut in Concil. Ephes. Canon. 8. *ἐξουσίας τύφος κοσμικῆς* ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. p. 395. Ita supra c. 4. et 9. *τὸ ζῆλος*. Editi ante Jac. *τύφον* contra fidem Msti.

3) Parenthesin Hef. opportune interposuit.

4) Ier. 9, 23. 24. I Cor. 1, 31. II Cor. 10, 17.

5) Haec verba nec Evangelio Matth. 6, 12—15. 7, 1. 2, nec Luc. 6, 36—38. omnino *σύμφωνα* sunt.

6) Praep. *πρὸς* adiecit Jac., cum septem vel octo literarum lacuna in Ms. excipiat tres illas *εαυ*.

7) Isai. 66, 2.

Cap. XIV. 1) Boisius supplet *λόγους* vel *ῥήματα*. Sed nihil addendum; vox enim *ἐξακοντίζω* saepius legitur

XIII. *Adhortatio ad humilitatem.*

Humilis ergo mente simus, fratres, fastum omnem, superbiam, amentiam et iras deponentes; et quod scriptum est, faciamus (dicit enim Spiritus sanctus: ‚non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis; sed qui gloriatur, in Domino glorietur, in quaerendo illum, et faciendo ius et iustitiam[1]) memoria praecipue recolentes sermones Domini Iesu, quos aequitatem et longanimitatem docens loquutus est. Sic enim dixit: ‚miseremini, ut misericordiam consequamini; dimittite, ut vobis dimittatur; prout facitis, ita vobis fiet; sicut datis, ita vobis retribuetur; sicut iudicatis, ita iudicabimini; sicut benigni estis, ita benignitatem experiemini; qua mensura metimini, eadem vobis mensurabitur.' Hoc praecepto et his mandatis stabiliamus nos ipsos, ut in obedientia sanctorum eloquiorum eius cum omni humilitate semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum: ‚super quem respiciam, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos?'

XIV. *Magis Deo obediendum est, quam auctoribus seditionis.*

Iustum igitur et pium est, viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quam in superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et auctores sequi. Detrimentum enim non leve, immo vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus qui ad contentionem et seditiones collineant, ut nos ab eo, quod rectum et bonum est, abalienent. Benigni erga ipsos simus, secundum misericordiam et dulcedinem creatoris nostri. Scriptum est enim: ‚benigni incolae erunt terrae, innocentes relinquentur in ea; iniqui vero exterminabuntur ab illa.' Et rursus dicit: ‚vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce, non erat; et quaesivi locum illius, et non inveni. Custodi innocentiam, et vide aequitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico.'

XV. *Adhaerendum est iis qui pacem colunt, non iis qui eam colere simulant.*

Adhaereamus itaque iis, qui cum pietate pacem colunt, non autem iis, qui cum simulatione pacem volunt. Dicit enim alicubi: ‚populus hic

---

verbum neutrum. *Wott.* Vertit Galliciolli: i quali tirano al dissidio, adnotans: iaculantur = collineant = hanno di mira.

2) Iunius, Fellus et Colomesius malunt *ἀλλήλοις* = *mites erga nos invicem simus.* Forte legendum est *ἑαυτοῖς*, quod saepissime pro *ἀλλήλοις* usurpatur. *Jac.*

3) Prov. 2, 21. 22.

4) Ps. 36, 35—37. Locus abhinc ad c. 16. usque recitatur a Clem. Alex. Strom. IV, 5. p. 577.

5) Per *ἐγκατάλειμμα* memoriam intelligit Euthymius; quae duplici modo conservatur, vel per prolem, vel per bona opera. Ingeniosissimus vero Ferrandus locum hunc ita *παραφράζει*· *Erit tempus quo insonti homini merces congruens rependetur.* Uterque ad Hymnographi mentem. *Colom.*

Cap. XV. 1) *λαλουμένοις* mavult Dav., *βουλευομένοις* = suadentibus coni. Cler.

2) Isai. 29, 13. Marc. 7, 6. Matth. 15, 8.

τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.' Καὶ πάλιν· ,τῷ στόματι[3] αὐτῶν εὐλογοῦσαν,[4] τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν [κα]τηρῶντο.' [Κ]αὶ πάλιν λέγει· ,ἠγάπησαν[5] αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐ[τ]ῶν ἐψεύσαντο αὐτόν· ἡ δὲ καρδία [α]ὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. Ἄλαλα[6] γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, [καὶ[7] ἐξολεθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια καὶ] γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, τοὺς εἰπόντας· τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλύνωμεν,[8] τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστί· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος, θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ.'[9]

XVI. *Christus exemplum humilitatis.*

Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. Τὸ σκῆπτρον[1] τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ[2] δυνάμενος· ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν. Φησὶ γάρ· ,κύριε,[3] τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν[4] ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ, οὐκ ἔστιν[5] εἶδος αὐτῷ οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται[6] τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει.[7] Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν·[8] τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη.[9] Τὴν γενεὰν[10] αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦκει εἰς θάνατον. Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ κύριος βού-

3) Ps. 61, 5.

4) Ita Ms., pro qua lect. Iunius, Cot., Colom. et alii exhibent formam εὐλόγουν ab LXX interpretibus mutuatam. Huiusmodi Dorismus offendere non debebat, cum frequens sit ap. scriptores Alexandrinos aliosque. Cfr. Sturzius de dialecto Maced. et Alex. c. 9. Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms p. 73. ed. IV. et Buttm. Gramm. §. 93. V, 1.

5) Ps. 77, 36. 37.

6) Ps. 30, 19.

7) Ps. 11, 4—6. Verba καὶ ἐξολεθρεύσαι — τὰ δόλια καὶ uncis inclusa restituit Wottonus ex LXX. Librarius, a priore δόλια oculos suos ad γλῶσσαν post alterum δόλια convertens, mancum reddidit hunc locum. *Wott.*

8) μεγαλυνοῦμεν LXX et Clem. Alex. l. l.

9) Sc. τῷ πτωχῷ etc. Singularis collective pro plurali. *H.*

Cap. XVI. 1) Locus laud. ab Hieronymo in Isai. 52, 13. Cfr. Hebr. 1, 8. 8, 1.

2) Hieron. legisse videtur: καίπερ

labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.' Et rursus: ‚ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.' Et rursus dicit: ‚dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Muta fiant labia dolosa, et disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam, eos qui dixerunt: linguam nostram magnificemus, labia nostra apud nos sunt; quis noster dominus est? Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus; ponam eos in salutari, confidenter agam cum illis.'

XVI. *Christus exemplum humilitatis.*

Christus enim eorum est qui humiliter de se sentiunt, non eorum qui supra gregem eius sese efferunt. Sceptrum maiestatis Dei, Dominus noster Iesus Christus, non venit in iactantia superbiae et arrogantiae, quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo loquutus est. Dicit enim: ‚Domine, quis credidit nuntio nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annunciavimus coram ipso: quasi parvulus est, sicut radix in terra sitienti; non est species ei neque gloria; et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem; sed species eius erat inhonorata, deficiens prae filiis hominum. Homo est, in plaga et molestia positus, et sciens ferre dolorem; quia aversa est facies eius, despecta et pro nihilo reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum esse merito in labore et in plaga et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter nostra peccata, et afflictus propter nostras iniquitates. Punitio ad nostram pacem super eum venit; livore eius nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; et Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, et ipse, adflictus licet, non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua tandem liberatus est a poena. Generationem eius quis enarrabit, cum de terra tollatur vita eius? Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et liberabo impios ob sepulchrum eius, et divites ob mortem eius; quia iniquitatem non fecit, neque dolus inventus est in ore eius. Et Dominus vult mundare eum a plaga. Si obtuleritis

---

πάντα δυνάμενος; vertit enim: *cum possit omnia. Burton.*

3) Isai. c. 53, 1 sqq.

4) *ἀνετείλαμεν, exorti sumus.* Ita cl. Is. Vossius. Sic Es. 42, 9. pro *ἀναγγεῖλαι,* legendum *ἀνατεῖλαι.* Sic enim Codex Alex. et antiquissimus Esaiae liber, quem Procopio suo praefixit Iohannes Curterius. *Colom.*

5) *ὅτι οὐκ ἔστιν* Iunius et qui eum secuti sunt, sed contra fidem Msti teste Iacobsono.

6) Visum prae pudore avertit vel abscondit.

7) Nos quidem opinabamur, eum esse immundum sive *in dolore* (LXX), patique propter sua ipsius peccata a Deo percussum.

8) Punitionem, quae nobis debebatur, ut pace frueremur, ipse in se recepit. *Colom.*

9) I. e. maxima denique miseria (in cruce) poenae et tormenta eius consummabantur, et finem attigerunt. *H.*

10) Ob ea, quae subsequuntur, Gallicciollius *τὴν γενεὰν* non de mystica aut inenarrabili generatione verbi accipiendum, sed ad literam de pravitate illius temporis hominum putat esse intelligendum: ‚dessa è però letteralmente un' esclamazione di stupore del Profeta, il quale indica tanta essere stata la pravità degli uomini ai tempi del Salvatore, che non fia possibile descriverla, o immaginarla. Lo fanno sentire manifestamente le parole che seguono.'

λεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς.[11] Ἐὰν δῶτε[12] περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει,[13] δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς[14] καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη.' Καὶ πάλιν αὐτός[15] φησιν· ‚ἐγὼ[16] δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.' Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοὶ, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;[17]

XVII. *Sancti, praecipue Abraham, Iob et Moses, exempla humilitatis.*

Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, οἵτινες[1] ἐν δέρμασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον,[2] ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ,[3] τοὺς προφήτας· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ φίλος[4] προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγει, ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονῶν· ‚ἐγὼ[5] δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός.' Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται· ‚Ἰὼβ[6] ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ.' Ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγ[ορῶν εἶπεν]· ‚οὐδεὶς[7] καθαρὸς ἀπὸ ῥύπ[ου, ἐὰν καὶ] μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο[ῦ].' Μωϋσῆς πιστὸς[8] ἐν ὅλῳ [τῷ οἴκῳ] αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς [ὑπηρε]σίας[9] αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς [Αἴγυπτον][10] διὰ τῶν μαστίγων καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κἀκε[ῖνος] δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμ[εγα]λορρήμονησεν, ἀλλ' εἶπεν, ἔ[κ τῆς] βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ δι-δο[μέ]νου·[11] ‚τίς[12] εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπ[εις]; Ἐγὼ δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βρ[α]δύγλωσσος.' Καὶ πάλιν λέγει· ‚ἐγὼ[13] δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας.'

XVIII. *David exemplum humilitatis.*

Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός· ‚εὗρον[1] ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν.' Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· ‚ἐλέησόν με,[2] ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με·

11) *ταῖς πληγαῖς* Iun. Colom., qui Codicis lectionem *τῆς πληγῆς* margini pro coniectura apponit.

12) Ita ed. princeps, *δῶται* coni. Colom. Sed Codicis lectio bene stat.

13) Galliccioli: riempierlo d'intelligenza = *πλῆσαι*.

14) I. e. *πᾶσιν*. Eodem sensu Rom. 5, 15. 19. Dan. 12, 2. coll. Ioann. 5, 28.

15) I. e. ipse Christus.

16) Ps. 21, 7—9. Hebr. 11, 37.

17) *ἐλθόντος* Ms.

Cap. XVII. 1) Hebr. 6, 12, 11, 37. Clem. Alex. Strom. IV, 17. p. 610 sq., qui addit *καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν*.

2) Ita Iun. e. Clem. Alex., *Ἐλισαιὲ* Ms.

3) *καὶ Ἰωάννην* addit Clem. Alex.

4) Cfr. supra c. 10.

5) Gen. 18, 27.

6) Job. 1, 1.

7) Job. 14, 4. 5.

8) *θεράπων* addit Clem. Alex. l. c. Cfr. Num. 12, 7. Hebr. 3, 2—5.

pro peccatis, anima vestra videbit semen longaevum. Et vult Dominus eum auferre e dolore animae, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, iustificare iustum, bene servientem multis; et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima eius, et in iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est.' Et rursus ille dicit: ‚ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, moverunt caput, dicentes: speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.' Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum; si enim Dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub iugum gratiae eius per ipsum venimus?

XVII. *Sancti, praecipue Abraham, Iob et Moses, exempla humilitatis.*

Imitatores simus etiam eorum qui in caprinis et ovinis pellibus adventum Christi praedicantes circumierunt, Eliam dicimus et Elisaeum et Ezechielum prophetas; et cum his eos qui in scriptura praeclarum testimonium consecuti sunt. Magno testimonio ornatus est Abraham, et Dei amicus appellatus est; et ipse gloriam Dei intente respiciens in humilitate dixit: ‚ego autem sum terra et cinis.' Praeterea et de Iob sic scriptum est: ‚Iob erat iustus et sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo.' Sed se ipsum accusans dixit: ‚nemo mundus a sorde, etsi unius diei sit vita eius. Moses in tota Dei domo fidelis appellatus est, et per eius ministerium Deus Aegyptum iudicavit plagis et vexationibus. Sed ille, honore magno affectus, grandia non est locutus, sed cum ex rubo orcaculum divinum ei daretur, dixit: ‚quis sum ego, ut me mittas? Gracili voce et tarda lingua sum.' Et rursus dicit: ‚ego autem sum ollae vapor.'

XVIII. *David exemplum humilitatis.*

Quid autem de David, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus? Ad quem loquutus est Deus: ‚inveni hominem secundum cor meum, David, Iesse filium; in misericordia sempiterna unxi eum.' Atqui ille etiam dicit ad Deum: ‚miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda

---

9) Ita Colomesius ad oram, [προστα]σίας c. Iunio in textu.

10) Ita supplevit Wottonus, [ῥῦσαι τὸν Ἰσραὴλ] Iunius, [λαὸν αὐτοῦ Ἰσραὴλ] Iac. ex mente Millii, uterque ad tribulationes id referens, quas in deserto Israelitae perpessi sunt. Cfr. Clem. Rom. Hom. 19, 22. in fine p. 392. ed. Dressel.

11) Ita Ms. ap. Iunium, non δι[δομέ]νου, ut exh. Colom.

12) Exod. 3, 11. 4, 10.

13) In Pentateucho eiusmodi verba Mosis non reperies.

Cap. XVIII. 1) Ps. 88, 21. Act. 13, 22.

2) Ps. 50, 3—19.

3) Ita Ms., εὐθὺ Iunius. Illa neutr. forma est ap. LXX etiam II Sam. 19, 18.

ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ἰδοὺ γάρ, ἀλήθειαν ἠγάπησας. Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, κα[ὶ] πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψ[ον]. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμο[ὶ], ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς[3] ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Μὴ ἀπο[ῥῖ]ψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, [καὶ τὸ πνεῦ]μα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέ[λῃς ἀπ' ἐ]μοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλ[λίασιν τ]οῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι [ἡγεμο]νικῷ στήρισόν με. Διδά[ξω ἀνό]μους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀ[σεβεῖ]ς ἐπιστρέψουσιν ἐπί σε. [Ῥῦσαί] με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς [σωτ]ηρίας μου. [Ἀγαλλ]ιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε, τὸ στόμα μου [ἀν]οίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ[γ]ελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Ὅτι εἰ ἠ[θ]έλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.'

XIX. *Haec exempla imitantes pacem quaeramus.*

Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον[1] καὶ τὸ ὑποδεὲς[2] διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους[3] τὰ λόγια αὐτοῦ[4] ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. Πολλῶν[5] οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες[6] πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπὸν, καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτιστὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν.[7] Ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα. Νοήσωμεν, πῶς ἀόργητος[8] ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

XX. *Pacem et concordiam a Deo amari, harmonia mundi et ordo naturae demonstrat; unde multa nobis adfluunt beneficia.*

Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ· ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδί[ζ]οντα. Ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέ[ρ]ων τε χοροὶ κατὰ τὴν διαταγὴν [α]ὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης [π]αρεκβάσεως ἐξελίσσουσιν [το]ὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Τῇ κυοφορουῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν παμπληθῆ[1] ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶν καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν ζώοις ἀνατέλλει

Cap. XIX. 1) Iunius ita correxit Msti. lect. *ταπεινόφρονον* a Iacobsono evulgatam. Cfr. supra c. 17.

2) Ὑποδέομαι *ego, humiliter rogo.* Ὑποδεὴς = *inferior, subditus. Scapula.*

3) I.. *καταδεξομένους* in futuro; ita et superiores et praesentes et posteros, ut par est, memorat. *Dav.*

me; quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris. Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim, veritatem dilexisti. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Asperge me nunc hyssopo, et mundabor; lava me, et super nivem dealbabor. Auditui meo da gaudium et laetitiam, et exultabunt ossa mea humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua, et spiritum tuum sanctum ne auferas a me. Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu, qui carni imperat, confirma me. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae. Decantabit lingua mea iustitiam tuam. Domine, os meum aperies, et labia mea annuntiabunt laudem tuam. Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique; sed holocaustis non delectaris. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.'

XIX. *Haec exempla imitantes pacem quaeramus.*

Talium igitur et tantorum, qui tam clarum elogium consecuti sunt, humilitas et per obedientiam subjectio non tantum nos, sed et generationes ante nos meliores reddidit, eos nempe qui in timore et veritate susceperunt eloquia eius. Quare multorum magnorumque et illustrium gestorum participes facti recurramus ad pacis scopum nobis ab initio traditum, et totius mundi parentem et creatorem diligenter intueamur, atque illius magnificis et exsuperantibus donis pacis et benefactis firmiter adhaereamus. Cogitatione contemplemur eum, et mentis oculis longanimam ejus voluntatem intueamur. Videamus, quantopere clementem se praebeat erga omnem creaturam suam.

XX. *Pacem et concordiam a Deo amari, harmonia mundi et ordo naturae demonstrat; unde multa nobis adfluunt beneficia.*

Coeli, gubernatione eius commoti, in pace ei subiiciuntur; dies etiam et nox nullo sibi invicem impedimento constitutum ab eo cursum absolvunt. Sol et luna et siderum chori secundum eius mandatum sine ullo errore in concordia sibi constitutas dispositiones evolvunt. Terra gravida secundum eius voluntatem suis temporibus hominibus, feris et omnibus quae super eam sunt animantibus alimentum in abundan-

---

4) Ad nom. respicit praecedentis verbi *ἐποίησεν*, qui est *Θεός*.

5) Imitari videtur auctorem Ep. ad Hebr. 12, 1.

6) Participes *πράξεων* sumus, quia carum memoriam nobis prodit S. Scriptura. *Dav.*

7) Teneamus pacem aeque firmam, ac ea in rerum natura tenetur. *H.*

8) Harmoniam mundi (c. 20.) instituens, clementem se praebet Deus erga omnem creaturam. *H.*

Cap. XX. 1) Ms. babet *παυπληθῆ*. Apud LXX et Scriptores Alexandrinos *ν* saepe non colliquescit, sed retinetur. *Jac.* Eadem scribendi ratio haud raro in Codd. Laurentiano et Casanatensi, qui breviorem Epp. Ignatii recensionem exhibent.

τροφὴν, μὴ διχοστατοῦσα, μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα[2] τοῖς αὐτοῖς[3] συνέχεται προστάγμασιν. Τὸ κύτος[4] τῆς ἀπείρου θαλάσσης, κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα[5] αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. Εἶπεν γάρ· ‚Ἕως[6] ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἔν σοι συντριβήσεται.' Ὠκεανὸς[7] ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς ταγαῖς[8] τοῦ δεσπότου διευθύνονται. Καιροὶ ἐαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν· ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς· τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα[9] καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXI. *Obtemperemus Deo, non seditionis auctoribus, ne innumera illius beneficia nobis in condemnationem cedant. Adhortationes.*

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. Λέγει γάρ που· ‚πνεῦμα[1] κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός.' Ἴδωμεν, πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. Δίκαιον οὖν ἐστὶν, μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν προσκόψωμεν, ἢ τῷ Θεῷ. Τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη, ἐντραπῶμεν, τοὺς προηγουμένους[2] ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα.[3] Τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς φωνῆς[4] φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις,[5] ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. Τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη

---

2) *Κρίματα* = *οἰκονομίαι Suidas.* Ergo = *rationes, dispositiones.* Wottono placet *κλίματα*, *tractus*, sive *regiones.* Birrius existimat, S. Patrem scripsisse *κεύσματα*, *occultae voragines* (vox Graecis insolens). Junius et alii malunt *κύματα*, *undae.* *H.* Gallicciollio h. l. *κρίματα* idem sunt quod *κρίσεις* = *separationes, segregationes.* Praestat *κλίματα.* Antiquissima illa Graecorum traditio de terris trans Oceanum sitis postea rumoribus per Phoenices, Carthaginienses et Gaditanos undique sparsis confirmata est. Cfr. Alex. v. Humboldi Kritische Untersuchungen uber d. hist. Entw. der geogr. Kenntnisse von d. Neuen Welt etc. ubers. v. J. L. Ideler. Berlin 1835. Vol. I. p. 111 sq. Subtilius rem

tia profert, non haesitans, neque mutans quidquam eorum quae ab illo decreta sunt. Abyssorum investigabilia, et profundi inenarrabiles institutiones eisdem legibus continentur. Moles immensi maris, per ordinationem eius in cumulos coagmentata, circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei praecepit, ita facit. Dixit enim: ‚huc usque venies, et in te ipso conterentur fluctus tui.' Oceanus hominibus impermeabilis, et qui trans ipsum sunt mundi, eisdem Domini dispositionibus gubernantur. Vernae, aestivae, autumnales et hyemales tempestates in pace aliae aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari suo tempore munus suum sine offendiculo obeunt; fontes etiam perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad vitam hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et concordia coetus suos faciunt. Haec omnia magnus opifex et omnium Dominus in concordia et pace fieri iussit, benefaciens omnibus, superabundanter autem nobis, qui ad miserationes eius confugimus, per Dominum Iesum Christum, cui gloria et maiestas in secula seculorum. Amen.

XXI. *Obtemperemus Deo, non seditionis auctoribus, ne innumera illius beneficia nobis in condemnationem cedant. Adhortationes.*

Videte, dilecti, ne beneficia eius, quae multa sunt, nobis omnibus in condemnationem cedant, nisi digne illo viventes bona et accepta in conspectu eius cum concordia fecerimus. Dicit enim alicubi: ‚spiritus Domini lucerna scrutans cavernas ventris.' Consideremus, quam prope sit, et quod cogitationum nostrarum et colloquiorum, quae habemus, nihil ipsum lateat. Aequum est igitur, ut non simus transfugae a voluntate eius. Homines stultos et insipientes, elatos et in sermonis sui iactantia gloriantes potius quam Deum offendamus. Dominum Iesum Christum, cuius sanguis pro nobis datus est, pie veneremur, praepositos nostros revereamur, seniores nostros honoremus, iuvenes in disciplina timoris Dei erudiamus, uxores nostras ad id quod bonum est dirigamus. Amabiles castitatis mores ostendant, puram et sinceram mansuetudinis suae voluntatem demonstrent, linguae suae moderationem voce manifestam faciant, charitatem suam sine personarum acceptione omnibus Deum sancte timentibus aequalem exhibeant. Liberi vestri disciplinae Christi participes sint; discant quantum humilitas apud Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit, quemadmodum timor eius

---

diiudicavit Lipsius p. 151. not. 3. l. c.

3) Nolte coni. *αὐτοῦ* sc. *θεοῦ H.* ed. IV.

4) Gen. 1, 9.

5) Iob. 38, 10. Ps. 103, 9.

6) Iob. 38, 11.

7) Clem. Alex. Strom. V, 12. p. 693.

8) L. *ἐπιταγαῖς* vel *διαταγαῖς* Iun. Fell.

9) Paulum Ap. non solum in finem, sed in exordium ac medium Epp. suarum *δοξολογίαν* introducentem, noster etiam in hoc imitatur. Rom. 11, 36. Cfr. Apoc. 1, 6.

Cap. XXI. 1) Prov. 20, 27. ex memoria prolatum. Haec et sqq. usque ad finem c. 22. levi cum discrepantia recitantur a Clem. Alex. Strom. IV, 17. p. 611.

2) Cfr. Lipsius l. c. p. 28.

3) Cfr. Ep. Polycarpi ad Phil. c. 4.

4) Praestare videtur Clem. Alex. *διὰ τῆς σιγῆς*. Compescant linguam suam mulieres.

5) Cfr. 1 Tim. 5, 21.

ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ. Ἐρευνητὴς[6] *γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστὶν, καὶ ὅταν θέλῃ, ἀνελεῖ*[7] *αὐτήν.*

XXII. *Adhortationes hae roborantur fide christiana, quae miseriam peccatorum praedicat.*

Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις· καὶ γὰρ αὐτὸς[1] *δια τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· ‚δεῦτε,*[2] *τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ*[3] *μὴ λαλῆσαι δόλον. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· π[ρόσωπον δὲ] κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακ[ὰ, τοῦ ἐξολε]θρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημ[όσυνον] αὐτῶν. Ἐκέκραξεν*[4] *ὁ δ[ίκαιος], καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτ[οῦ, καὶ ἐκ] πασῶν τῶν θλίψεων α[ὐτοῦ ἐῤῥύ]σατο αὐτόν. Πολλαὶ*[5] *αἱ μάσ[τιγες] τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐ[λπίζον]τας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσε[ι].‘*

XXIII. *Estote humiles. Credite Christum esse venturum.*

Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα κ[αὶ εὐερ]γετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ[πὶ] φοβουμένους αὐτὸν, ἡπίως [τε] καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ[οῦ] ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομένοι[ς] αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ ἐνδαλλέσθω[1] *ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. Πόῤῥω γενέσθω ἀφ’ ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει·*[2] *‚ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν, οἳ λέγοντες· ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν.‘ Ὦ ἀνόητοι,*[3] *συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον. Πρῶτον μὲν φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. Ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ*[4] *ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου. Ἐπ’ ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς· ‚ὅτι*[5] *ταχὺ ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος,*[6] *ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.‘*

---

6) Cfr. Hebr. 4, 12.

7) *ἀνελεῖ* coniectura est Davisii p. *ἀνέλει* Cod. Ms. (teste Iacobsono), et Clem. Alex.

Cap. XXII. 1) Vid. Clem. Alex. l. l.

2) Ps. 33, 11—18.

3) *σοῦ* margo Cotelerii et Colomesii c. LXX et Clem. Alex.

4) Variant LXX et Clem. Alex. Adeas Schleusneri Lexicon in LXX, ibid. voc. *κεκράγω*.

5) Ps 31, 10.

Cap. XXIII. 1) Vb. *ἐνδάλλεσθαι* Fello exponente = *φαντάζεσθαι*. Haud raro occurrit ap. Homerum. Cfr. *φυσιοῦσθαι* 1 Cor. 4, 6.

2) Innius mallet *λέγεται*. Haec verba ex Apocrypha quadam Scriptura desumta fuisse censent Cotelerius et Grabius,

bonus est et magnus, servans omnes qui in ipso sancte versantur in pura mente. Est enim cogitationum et consiliorum mentis scrutator, cuius spiritus est in nobis; et quum voluerit, auferet eum.

XXII. *Adhortationes hae roborantur fide christiana, quae miseriam peccatorum praedicat.*

Haec autem omnia confirmat fides, quae est in Christo. Ipse enim per Spiritum sanctum ita nos compellat: ‚venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam, diligens dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, et labia, ne loquantur dolum. Declina a malo, et fac bonum. Quaere pacem, et persequere eam. Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit iustus, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus eius liberavit eum. Multa sunt flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.‘

XXIII. *Estote humiles. Credite Christum esse venturum.*

Misericors in omnibus et benignus pater viscera erga timentes eum habet, gratiasque suas benigne et suaviter largitur iis qui ad ipsum simplici mente accedunt. Quare animo duplici ne simus, neque super eximiis et honorificis donis eius efferatur anima nostra. Longe a nobis absit Scriptura haec, ubi dicitur: ‚miseri sunt, qui animo sunt duplices et dubii, dicentes: Haec audivimus etiam tempore patrum nostrorum, et ecce, consenuimus, et nihil horum nobis accidit.‘ O fatui, comparate vos arbori; vitem sumite. Primum quidem foliis nudatur, germen postea fit, folium deinde et flos, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura. Videtis quod in exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem perducitur. In veritate, brevi et subito voluntas eius perficietur; scriptura etiam testimonium perhibente, ‚quod statim venturus sit, neque tardabit, et statim veniet Dominus in templum suum, et sanctus, quem vos exspectatis.‘

Spicil. 1. 268. Quam sententiam tuetur Orellius, in Selectis Patrum Ecclesiae Capitibus ad *Ἐξήγησιν* pertinentibus, Turici, 1830. Contra autem Wottonus coniicit loca S. Iacob. 1, S. et II S. Petr. 3, 3. 4. inter se collata in animo Clementis fuisse. Sententiam quod adtinet, idem comparat Barnabae Epist. c. 19. *Οὐ μὴ διψυχήσῃς πότερον ἔσται, ἢ οὐ*, et Hermae Vis. 3, 4, sicut a Clemente Alexandrino citatur, Strom. I. *Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα τὰ ὁράματα, φησὶ, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις, εἰ ἄρα ἔστι ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν.* Quos locos iam indicaverat Cotelerius. *Jac.*

3) Cfr. Matth. 24, 32. Vocc. *Ὦ ἀνόητοι — ξύλου* fere eadem leg. in fragm. illo Ep. II. ad Corinth. c. 11, cuius auctor Clemens Romanus esse vulgo dicitur.

4) Verbum hoc Novi Foederis Scriptoribus usitatissimum est. Cfr. Act. 20, 15. 25, 13. 26, 7. I Cor. 10, 11. 14, 36. *Jac.*

5) Habac. 2, 3. Malach. 3, 1. Cfr. Hebr. 10, 37.

6) *Ἄγγελος* LXX.

XXIV. *Futuram resurrectionem Deus continue nobis in natura ostendit.*

Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴ[ν] ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκ[ρῶν] ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνάστασιν. Ἡμέρ[α καὶ] νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν]· κοιμᾶται[2] ἡ νύξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα]· ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρ[χεται. Βλέπωμ]εν τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος [κόκκου] τίνα τρόπον γίνεται; Ἐξῆλ[θεν][3] *ὁ σ]πείρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, [καὶ βληθέ]ντων σπερμάτων, ἅτινα πέ[πτωκεν] εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά, δι[αλύεται]. Εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγα[λειότ]ης τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου [ἀνίσ]τησιν αὐτά, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλεί[ονα] αὔξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν.*

XXV. *Phoenix resurrectionis nostrae imago.*

[Ἴδω]μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ [γι]νόμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς [τό]ποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. Ὄρνεον γάρ ἐστιν, ὃ προσονομάζεται Φοῖνιξ.[1] *Τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτό, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ. Σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος πτεροφυεῖ. Εἶτα γενναῖος γενόμενος αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστίν, καὶ ταῦτα βαστάζων διανύει*[2] *ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν. Καὶ ἡμέρας, βλεπόντων πάντων, ἐπιπτᾶς, ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτά, καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.*

XXVI. *Resurgemus igitur, quod et S. Scriptura testatur.*

Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ; [Λέγει] γάρ που· ‚καὶ[1] *ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι.' [κ]αί· ‚ἐκοιμήθην*[2] *καὶ ὕπνωσα, ἐξη[γ]έρθην, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.' [Καὶ] πάλιν Ἰὼβ λέγει· ‚καὶ*[3] *ἀναστήσεις [τὴ]ν σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀνανταλήσασαν ταῦτα πάντα.'*

XXVII. *Spe resurrectionis adhaereamus Deo, omnipotenti et omniscienti.*

Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγείλας

Cap. XXIV. 1) I Cor. 15, 20. 23. Col. 1, 18. Act. 4, 10.

2) Tertullianus de resurr. §. 12. hunc locum eleganter reddidit. Clementem Rom. in hoc cap. et sequenti haud dubie ante oculos habuit, aut uterque alium eundem auctorem. Cfr. Epiphanius in Ancorato §. 84. Opp. Tom. II. p. 88. ed. Petav. Soph. Trachin. 94.

3) Matth. 13, 3. Luc. 8, 5.

Cap. XXV. 1) Locus recitatus ap. Cyrillum Hier. Catech. 18, 8. Cfr. Herodot. 2, 73. col. Achill. Tat. 3, 25. Tacit. Ann. 6, 28. Lucian. de m. Per.

XXIV. *Futuram resurrectionem Deus continue nobis in natura ostendit.*

Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram resurrectionem continuo nobis ostendat, cuius primitias Dominum Iesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis. Intueamur, dilecti, resurrectionem, quae omni tempore fit. Dies et nox resurrectionem nobis ostendunt; nox cubat, exurgit dies; abit dies, nox ingruit et insequitur. Intuemur fruges; seminatio grani quomodo fiat. Egressus est seminator, et semen in terram iecit, et iactis seminibus quae nuda et arida in terram ceciderunt dissolvuntur. Deinde ex dissolutione magna divinae providentiae potentia ea resuscitat, ac ex uno plura fiunt, et fructum producunt.

XXV. *Phoenix resurrectionis nostrae imago.*

Contemplemur signum mirabile, quod in partibus orientis, scilicet in Arabia et viciniis, fit. Avis est quae Phoenix vocatur. Haec unigena existens annos quingentos vivit, quumque iam morte dissolvenda est, e thure, myrrha et reliquis aromatibus loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, et vitam deponit. Ex carne vero eius putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit. Auctis postea viribus loculum tollit, in quo ossa parentis recondita sunt, eaque portans iter ex Arabica regione in Aegyptum et urbem, quae Heliopolis dicitur, perficit. Ac spectantibus omnibus diurno tempore advolans, super altare Solis illa collocat, atque ita, unde venerat, regreditur. Sacerdotes commentarios temporum diligenter inspiciunt, et impleto anno quingentesimo rediisse illam comperiunt.

XXVI. *Resurgemus igitur, quod et S. Scriptura testatur.*

An magnum igitur et admirabile arbitrabimur, si rerum omnium opifex resurgere eos faciat, qui in bonae fidei confidentia religiose illi inservierunt, cum per volucrem promissionis suae magnificentiam abunde nobis patefaciat? Dicit enim alicubi: ‚suscitabis me, et confitebor tibi;‘ et: ‚dormivi et soporatus sum; surrexi, quia tu mecum es.‘ Et rursus Iob dicit: ‚et carnem hanc meam resuscitabis, quae omnia haec passa est.‘

XXVII. *Spe resurrectionis adhaereamus Deo, omnipotenti et omniscienti.*

Hac igitur spe animi nostri ad eum adstringantur, qui fidelis est in promissionibus, et iustus in iudiciis. Qui mentiri vetuit, multo mi-

---

27. Philostr. V. A. 3, 49. Tzetz. Chil. 5, 397 sqq. Plin. H. N. 10, 2. Ovid. Met. 14, 392 sqq. Pomp. Mel. 3, 8. Stat. Silv. 2, 4. 36. — Bochart. Hieroz. Tom. III. p. 809. Wernsdorf. Poet. M. T. 3. p. 290. Vid. etiam Creuzer, Symb. et Mytholog. edit. III. T. II. p. 163, et R. I. F. Henrichsen, de Phoenicis fabula apud Graecos, Romanos et populos orientales. Particula I et II, Havniae 1825 et 1827. Piper, Mythologie der christlichen Kunst (Weimar 1847). I, 446 sqq. Gundert, Zeitschrift für luther. Theologie (1854), p. 451 sqq. Hilgenfeld l. c. p. 64. not. 18.

2) Ita coni. Cler., *διανέει* Ms.

Cap. XXVI. 1) Cotelerius et Colomesius haec deprompta credunt ex Ps. 27 (28.), 7, alii e scripto quodam apocrypho.

2) Cfr. Ps. 3, 6.

3) Iob. 19, 25. 26. Hieronym. de hoc loco: ‚nullus tam aperte post Christum, quam iste ante Christum de resurrectione loquitur.‘ Opp. T. II. p. 438. ed. Vallars.

μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς[1] *οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστὶν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. ,Τίς*[2] *ἐρεῖ αὐτῷ· τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ;' ,Ὅτε θέλει, καὶ ὡς θέλει, ποιήσει πάντα, καὶ*[3] *οὐδὲν μὴ παρέλθῃ*[4] *τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσὶ, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. ,Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι οὐδὲ λαλιαὶ, ὧν οὐχὶ ἀκούονται*[6] *αἱ φωναὶ αὐτῶν.'*

XXVIII. *Deus omnia videt, ergo fugiamus peccata.*

Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων,[1] *φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; Ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει γάρ που τὸ γραφεῖον·*[2] *,ποῦ*[3] *ἀφήξω, καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν καταστρώσω*[4] *εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου.' Ποῖ*[5] *οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;*

XXIX. *Et accedamus ad Deum in sanctitate cordis.*

Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς[1] *καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς ἐκλογῆς*[2] *μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται· ,ὅτε*[3] *διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.' Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· ,ἰδοὺ,*[4] *κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω· καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου ἅγια ἁγίων.'*

Cap. XXVII. 1) Hebr. 6, 18. Tit. 1, 2.

2) Sap. 12, 12. 11, 22.

3) Matth. 24, 35.

4) Wottonus Fello et Colomesio assentitur, restituentibus *παρῆλθε*, ni forte inseramus *ὥστε*, et legamus, *ὥστε καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ*. Jac. Sed cfr. Matth. 24, 34 sq.

5) Ps. 18, 2. 3. 4.

6) I. e. qui non audiantur, auditi non percipiantur.

Cap. XXVIII. 1) Subaud. *ὑπ' αὐτοῦ*. *Bois.*

2) Lectionem *γραφεῖον* nonnullis suspectam alii viri docti tuentur. His accedat Simonius, qui eandem illustrat in Bibl. Chois. 1, 273. et in Critiq. de la Bibl. Dupin 3, 70. iterumque hac de

nus ipse mentietur; nihil enim Deo impossibile praeterquam mentiri. Exsuscitetur itaque in nobis fides eius, et quod omnia ipsi propinqua sint, consideremus. Verbo maiestatis suae constituit omnia, et verbo suo potest illa evertere. ‚Quis dicet ei: quid fecisti? Vel quis fortitudinis eius robori resistet?‘ Quando vult, et quomodo vult, omnia faciet; neque quidquam ab eo semel decretum praeteribit. Omnia coram ipso sunt, nihilque consilium eius latuit. ‚Si coeli enarrant gloriam Dei; opus manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam; et non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces.‘

XXVIII. *Deus omnia videt, ergo fugiamus peccata.*

Cum omnia igitur eius oculis et auribus pateant, metuamus eum, et impuras cupiditates pravorum operum deseramus, ut a futuro iudicio eius misericordia tegamur. Quonam enim quis nostrum a potente eius manu fugere potest? Quis mundus quempiam ab eo transfugam recipiet? Dicit enim alicubi Scriptura: ‚quo ibo, et ubi a facie tua occultabor? Si ascendero in coelum, tu illic es; si ad terrae extrema abiero, dextra tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est spiritus tuus.‘ Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet ab eo, qui omnia complectitur?

XXIX. *Et accedamus ad Deum in sanctitate cordis.*

Accedamus ergo ad eum in sanctitate animae, castas et impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et misericordem patrem nostrum, qui nos sibi ipsi electionis partem fecit. Sic enim scriptum est: ‚quando dividebat altissimus gentes, quando disseminavit filios Adae, constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei. Et factus est pars Domini Iacob, funiculus haereditatis eius Israel.‘ Et in alio loco dicit: ‚ecce Dominus tollit sibi gentem e medio gentium, prout homo primitias areae suae tollit; et ex gente illa sancta sanctorum egredientur.‘

---

re agit p. 33. Respons. ad Vossium, qui immerito existimavit vocem *γραφεῖον* ab Aquila fuisse confictam. *Galland.*

3) Ps. 138, 7—10.

4) LXX *καταβῶ* vim textus hebraici minus accurate reddit, quam Clementis Rom. versio.

5) Hanc Cod. Ms. lectionem etiam Clericus expressit in ed. a. 1698, idem *Ποῦ* in ed. a. 1724. mendose.

Cap. XXIX. 1) Cfr. I Tim. 2, 8.

2) Iunius, Fellus, Colom. et Cotel. mallent *ὃς ἡμᾶς ἐκλογῆς*, Boisius *ὃς ἡμᾶς*, vel *τὰ ἔθνη*, quod probat Wottonus propter ea quae sequuntur citata e Deuteronomio. *οὓς ἐκλογῆς* potius rescribendum esse putat Davisius, ut ad vocem *ἡμῶν* referatur. Davisium sequuntur Gallandius et Schoenemannus. Irenaeus I, 6, 4. p. 31. ed. Massuet. *ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι, τελείους ἀποκαλοῦντες καὶ σπέρματα ἐκλογῆς. Jac.*

3) Deut. 32, 8. 9.

4) Recte observavit Freyius, hunc locum Clementem efformasse tum ex Num. 18, 27. tum ex II Paral. 31, 14, ut sensus sit: Deus sibi ex reliquis hominibus separavit nos, et fecit *ἐκλογῆς μέρος*, ut ex area decerpitur *ἡ ἀπαρχὴ* Deo sacra, quae fit *ἅγια ἁγίων. Galland.*

XXX. *Faciamus quae placent, fugiamus quae displicent Deo, ut benedicamur.*

Ἁγίου οὖν μερὶς ὑπάρχοντες ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιάς, μιαράς τε καὶ ἀνάγνους[1] συμπλοκάς, μέθας τε καὶ νεωτερισμοὺς καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. ‚Θεὸς[2] γάρ, φησίν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.‘ Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται. Ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόῤῥω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι,[3] καὶ μὴ λόγοις. Λέγει γάρ· ‚ὁ τὰ πολλὰ λέγων[4] καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; Εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου.‘ Ὁ ἔπαινος ἡμῶν[5] ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ᾽ ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. *Videamus qua ratione benedictionem divinam consequamur.*

Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν[1] ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; Οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ[2] μετὰ πεποιθήσ[εως, γινώ]σκων[3] τὸ μέλλον, ἡδέ[ως ἐγένε]το θυσία. Ἰακὼβ[4] μετὰ ταπεινοφρ[οσύνης] ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ[τοῦ διὰ ἀδελ]φὸν,[5] καὶ ἐπορεύθη πρὸς [Λαβὰν], καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδόθ[η αὐτῷ] τὸ δωδεκάσκηπτρον[6] τοῦ [Ἰσραήλ].

XXXII. *Non per nos ipsos nec per opera nostra, sed per fidem iustificamur.*

[Εἴ] τις καθ᾽ ἓν ἕκαστον εἰλικρι[νῶς] κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται [τα με]γαλεῖα τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ δεδομέ[νων] δωρεῶν.[1] Ἐξ αὐτοῦ[2] γὰρ ἱερεῖ[ς] καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργ[οῦν]τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ[3] βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ Θεοῦ· ‚ὅτι[4] ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ.‘ Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι᾽ αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας, ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς

Cap. XXX. 1) *ἀνάγνους* proposuit Iunius, *λάγνους* ex Reverendi parentes coniectura legi vult Colomesius, *ἁγνοὺς* est in Cod. Ms.

2) Prov. 3, 34. Iac. 4, 6. I Petr. 5, 5.

3) Cfr. Lipsius l. c. §. 3. *De iustificatione et fide. De bonis operibus.*

4) Iob. 11, 2. 3.

5) Haec et proxime sequentia composita videntur ex Rom. 2, 29. I Cor. 4, 5. II Cor. 10, 17. 18. Prov. 27, 2.

Cap. XXXI. 1) Cfr. Iac. 2, 21.

2) Haec repugnare videntur sacris literis Gen. 22, 7 sqq. Quum tamen Isaacus ne minimam quidem obiecisse remoram, aut vel suspirium aut querelam emisisse legatur, haud inepte concluditur,

XXX. *Faciamus quae placent, fugiamus quae displicent Deo, ut benedicamur.*

Cum igitur portio Sancti simus, faciamus omnia quae ad sanctitatem pertinent, obtrectationes devitantes, impuros ac impudicos complexus, ebrietates, novarum rerum studia, concupiscentias abominandas, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam. ‚Deus enim, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.‘ Adglutinemur igitur iis, quibus gratia a Deo concessa est. Induamus concordiam, humiles, continentes, ab omni susurro et obtrectatione procul recedentes, operibus, non autem verbis nos iustificantes. Dicit enim: ‚qui multa dicit, et vicissim audiet; aut vir verbosus putat se esse iustum? Benedictus natus mulieris, brevis vitae; ne multus sis in verbis.‘ Sit laus nostra in Deo, et non a nobis ipsis; odit enim Deus eos qui semetipsos laudant. Testimonium bonarum nostrarum actionum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris, qui iusti erant, exhibitum est. Temeritas, arrogantia et audacia maledictis a Deo; moderatio vero, humilitas et mansuetudo illis qui a Deo benedicti sunt.

XXXI. *Videamus, qua ratione benedictionem divinam consequamur.*

Eius igitur benedictioni firmiter adhaereamus, et quaenam sint benedictionis viae, videamus. Animo repetamus, quae ab initio facta sunt. Cuius gratia Abraham pater noster benedictus fuit? Nonne, quia iustitiam et veritatem per fidem operatus est? Isaac cum confidentia, quasi futurum cognoscens, libenter factus est sacrificium. Iacob in humilitate ob fratrem secessit e terra sua, et profectus est ad Laban, et servivit; et data sunt ei duodecim sceptra Israelis.

XXXII. *Non per nos ipsos nec per opera nostra, sed per fidem iustificamur.*

Si quis animo sincero singula perpenderit, donorum, quae a Deo tributa sunt, magnificentiam intelliget. Ab illo enim orti sunt sacerdotes omnes et Levitae, qui altari Dei inserviunt; ab illo Dominus Iesus secundum carnem; ab illo reges, principes et duces per familiam Iudae. Nec reliquae eius tribus in parvo honore sunt, promittente scilicet Domino: ‚erit semen tuum tanquam stellae coeli.‘ Ii ergo omnes gloriam et amplitudinem consecuti sunt, non per seipsos, aut opera sua, aut iustas actiones, quas fecerunt, sed per voluntatem eius. Et

---

promto paratoque animo voluntati Dei se subiecisse. *Frey.*

3) *ὡς γινώσκων* legi vult Wocherus.

4) Gen. 28, 29.

5) Edd. exhibent *αὐ[τοῦ φεύγων ἀδελ]φόν*. Supplementum scilicet tredecim literarum. At lacuna haec minor est quam ea quae proxime antecedit, ubi sex tantum desiderantur. *Jac.*

6) *Τὸ δωδεκάσκηπτρον=τὸ δωδεκάφυλον, σκῆπτρον* enim pro *φυλῇ* sumitur, ut I Reg. 11, 31 (35). *Iunius.*

Cap. XXXII. 1) *Τὰ μεγαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομ[ένων] δωρεῶν* non de donis intelligenda sunt a Deo Iacobo tributis, sed de beneficiis a Iacobo *in nobis* collocatis. *Lipsius* l. c. p. 55. not. 2.

2) Subaud. *Ἰακώβ*. Lectio Cod. Ms. *αὐτῶν* referenda ad *δωρεῶν*.

3) Rom. 9, 5.

4) Gen. 22, 17. 28, 4.

οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες,[5] οὐ[6] δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας ἢ συνέσεως ἢ εὐσεβείας ἢ ἔργων, ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστ[ε]ως, δι' ἧς πάντας τοὺ[7] ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXXIII. *Ne derelinquamus vero bona opera et charitatem. Operum bonorum Deus ipse nobis exemplum.*

Τί[1] οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; Ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐα[ς], καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπη[ν]; Μηθαμῶς[2] τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότ[ης] ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι,[3] ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενεία[ς] καὶ προθυμίας πᾶν ἔργον ἀγαθ[ὸν] ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς[4] γὰρ ὁ δημιουργὸς καὶ δ[εσπό]της τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔρ[γοις] αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτ[οῦ] κράτει οὐρανους ἐστήρισε[ν], καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συ[νέσει διεκόσ]μησεν αὐτούς· γῆν τε [διεχώρ]ισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος αὐτ]ὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν [ἐπὶ τὸ]ν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βου[λήμα]τος Θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ[τῇ ζ]ῶα φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ [προστά]ξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασ[σάν τε κ]αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημι[ουργή]σας ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ [δυ]νάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον [κα]ὶ παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν [ἄ]νθρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος[5] χαρακτῆρα. Οὕτως γάρ φησιν ὁ Θεός· ‚ποιήσωμεν[6] ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.' Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐπήνεσεν αὐτὰ καὶ ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν· ‚αὐξάνεσθε[7] καὶ πληθύνεσθε.' Ἴδωμεν[8] ὅτι τε[9] ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι· καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος, ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν,[10] ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ[11] ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

XXXIV. *Bonis operibus magna apud Deum merces. Concordia iuncti precemur eam a Domino.*

Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. Δέον οὖν ἐστὶν, προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ[1] γάρ ἐστι τὰ πάντα. Προλέγει γὰρ ἡμῖν· ‚ἰδοὺ[2] ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.' Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ,

---

5) Quae quidem vocatio non solum *per Christum*, sed etiam *in Christo* facta esse dicitur: est igitur Christus non tam instrumentum quam ipsum ut ita dicam principium vocationis. *Lipsius* p. 74. l.c.

6) Vid. supra c. 30. not. 3.

7) Ita Ms., *τοὺς* c. Iunio Colomesius et alii.

Cap. XXXIII. 1) Partem huius capitis Angelus Maius in Codice quodam Bibliothecae Vaticanae extare asserit Script. Vett. nova Collection. T. VII. p. 84. Melius profecto fuisset, si ipsum locum exscripsisset, aut Msti numerum indicasset, unde alii varr. lectt. in publicum usum verterent. Codicem adhuc quaero.

2) Ita Ms., non *μηδαμῶς*, uti in libris impressis ante Iacobsonum. Ignatius scribit ad Magn. c. 7. (not. 5.) *οὐ ἄμεινον οὐθέν ἐστιν.*

nos igitur, ex voluntate eius in Christo Iesu vocati, non per nos ipsos iustificamur, neque per sapientiam nostram aut intelligentiam aut pietatem aut opera, quae in cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omnipotens Deus ab initio omnes iustificavit; cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

XXXIII. *Ne derelinquamus vero bona opera et charitatem. Operum bonorum Deus ipse nobis exemplum.*

Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus, et charitatem derelinquemus? Neutiquam hoc apud nos fieri permittat Dominus, sed cum diligentia et animi alacritate omne opus bonum peragere festinemus. Ipse enim opifex et Dominus omnium in operibus suis exultat. Coelos enim suprema sua et maxima potentia stabilivit, illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit; terram etiam ab aqua, quae illam ambit, separavit, et super immobile propriae voluntatis fundamentum firmavit; et animalia, quae in illa versantur, iussu suo praecepit esse; mare etiam, et quae in illo vivunt animalia, cum prius creasset, potentia sua inclusit. Ad haec animal excellentissimum et intellectus dignitate celsissimum, hominem, imaginis suae characterem, sacris et intaminatis manibus formavit. Sic enim dicit Deus: ‚faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et creavit Deus hominem, masculum et foeminam creavit eos.‘ Haec igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea et benedixit, dixitque: ‚crescite et multiplicamini.‘ Videamus iustos omnes bonis operibus ornatos fuisse; ipse etiam Dominus, operibus seipsum ornans, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, ad voluntatem eius impigre accedamus, et totis nostris viribus opus iustitiae operemur.

XXXIV. *Bonis operibus magna apud Deum merces. Concordia iuncti precemur eam a Domino.*

Bonus operarius bono animo panem operis sui accipit; segnis vero et remissus locatorem suum non audet intueri. Oportet ergo nos ad bonum faciendum promto animo esse; a Deo enim omnia porriguntur. Praedicit enim nobis: ‚ecce Dominus, et merces eius coram ipso, ut reddat unicuique secundum opus suum.‘ Itaque adhortando nos ad ipsum convertit toto corde, ne segnes et desides simus ad omne opus

---

3) Ita Iunius; et mihi quidem aoristus in hoc loco aptior esse videtur. Schoenemannus habet *ἐφ' ἡμῖν γενηθῆναι*. Editores vero caeteri exhibent *γεγενῆθῆναι*, quasi praeteritum *γεγενῆσθαι* desiderantes. *Jac.*

4) Recitatur hic locus ap. Ioann. Damasc., Sacrae Parall. Lib. I. a. §. VIII. Tom. II. p. 310. ed. Le Quien.

5) Ergo ex Clementis sententia Dei in nobis imago est, non oris sublimitas, sed mentis celsitudo. *Bois.*

6) Gen. 1, 26. 27.

7) Gen. 1, 28.

8) *εἴδομεν* mavult Iunius.

9) *τε* coni. Birrius, *τὸ* Ms.

10) Cfr. supra c. 5. *ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.*

11) *καὶ ἐξ* legi vult Boisius, a quo non dissentit Wottonus.

Cap. XXXIV. 1) I. e. *τοῦ ἐργοπαρέχτου*, scil. *τοῦ Θεοῦ. Boisius.*

2) Isai. 40, 10. 62, 11. Apoc. 22, 12.

μὴ ἀργοὺς μήτε παρειμένους εἶναι[3] ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· ‚μύριαι[4] μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ ἐκέκραγον·[5] ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ.‘ Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες, τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. Λέγει γάρ· ‚ὀφθαλμὸς[6] οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.‘

XXXV. *Immensa est haec merces. Quomodo assequemur illam?*

Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί. Ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παῤῥησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ· καὶ ταῦτα[1] ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; Ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; Ἐὰν ἑστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν πίστεως[2] πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀποῤῥίψαντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν[3] καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν[4] τε καὶ ἀφιλοξενίαν[5]. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον[6] δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· ‚τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ[7] εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες[8] τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ[9], καὶ μετὰ μοίχων τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητα. Κ[αθ]ήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Τα[ῦ]τα ἐποίησας καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες, ἄνομε, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος.

---

3) Davisius vult: *προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπὶ τὸ μὴ ἀργοὺς, μηδὲ παρειμένους εἶναι.*

4) Dan. 7, 10.

5) Isai. 6, 3.

6) Haec tamquam e Bibliis petita laudat etiam Paulus. At nonnulli veteres (e. g. Origen. Tract. 35. §. 117. in S. Matt.) ea ἐκ τῶν Ἰλία ἀποκρύφων desumta statuerunt; quos acriter, ut solet, refellit Hieronymus, Epist. 101. (scil. edd. Vett.; Ep. 57. §. 9. ed. Vallars; Ep. 33. ed. Bened.) et ad Esaiae cap. 64. (Opp. tom. IV. p. 760. ed. Vallars). Vide cl. I. A. Fabricium, Cod. Pseud. V. T. p. 1072. *Davis.*

Cap. XXXV. 1) Est oppositio inter ea bona quae in hac vita ex Dei gratia consequimur, et ea quae in altera vita exspectamus. Similis ῥῆσις illi dicto

bonum. Gloriatio nostra et fiducia in ipso sit; voluntati eius subiiciamur, et multitudinem universam angelorum eius diligenter consideremus, quomodo adstantes voluntatem eius exequantur. Dicit enim Scriptura: ‚dena millia denum millium assistebant ei, et mille millia deserviebant ei et clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth; plena est omnis creatura gloria eius.‘ Et nos ergo conscientia ducti, in concordia in unum congregati, tanquam ex uno ore ad ipsum clamemus, ut magnarum et gloriosarum promissionum eius participes fiamus. Dicit enim: ‚oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quanta praeparavit exspectantibus eum.‘

XXXV. *Immensa est haec merces. Quomodo assequemur illam?*

Quam beata, dilecti, et mirabilia sunt dona Dei! Vita in immortalitate, splendor in iustitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate; attamen haec omnia sub intellectum nostrum cadunt. Quaenam igitur sunt, quae exspectantibus eum praeparantur? Sanctissimus opifex et seculorum pater solus quantitatem et pulchritudinem eorum novit. Nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, in numero exspectantium eum reperiri summo studio contendamus. Quomodo autem hoc fiet, dilecti? Si fidei in Deum cognitio nostra stabilita fuerit, si grata illi et accepta diligenter quaesiverimus, si quae ad inculpatam eius voluntatem spectant fecerimus, et viam veritatis sequuti fuerimus, abiicientes a nobis omnem iniustitiam, iniquitatem, avaritiam, contentiones, malitias et fraudes, susurrationes et obtrectationes, odium Dei, superbiam, fastum, vanam gloriam et inhospitalitatem; qui enim haec faciunt, Deo odio sunt, neque illi solum qui haec faciunt, sed et qui eis consentiunt. Dicit enim Scriptura: ‚peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu enim odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et filio matris tuae ponebas laqueum. Haec fecisti et tacui; existimasti, inique,

---

S. Ioann. Ep. I. 3, 2.: *νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμὲν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη, τί ἐσόμεθα. Frey.*

2) Non opus est, ut scribamus *διὰ πίστεως*, quod placet Iunio, Boisio, Fello, Cotelerio, Colomesio et aliis, aut c. Wottono legamus *πίστει*.

3) Rom. 1, 29—32.

4) *καινοδοξίαν* = studium rerum novarum Birrius auctorem scripsisse opinatur. Saepissime sane ε p. *αι* in Mss. positum. Cfr. Ep. Barnab. c. 5. not. 11. *τὸν λαὸν τὸν καινὸν*, ubi Codd. nostri omnes exhibent *τὸν λαὸν τὸν κενὸν*.

5) Sic scribendum censent Wottonus et Millius, *φιλοτιμίαν* malunt Iunius et Fellus, *φιλοδοξίαν* Birrius, *φιλοκενίαν* Cotelerius, Colomesius et alii margini apponunt. In Ms. est *φιλοξενίαν*.

6) Ex hoc loco constare potest, Clementem legisse Rom. 1, 32.: *οὐ μόνον δὲ οἱ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν*. Hanc esse veram ac genuinam lectionem, optimo iure contendit Millius. *Wott.*

7) Ps. 49, 16—23.

8) Sic Iunius c. LXX, *ἐξάβαλλες* Ms., *ἐξέβαλλες* Wottonus et alii.

9) Pronomen hoc extat in Ms., uti Millius iam dudum testatus est. *Jac.*

Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου. Σύνετε δὴ ταῦτα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων[10]*, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς, ἣν*[11] *δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.*‘

XXXVI. *Omnis beatitudo nobis per Christum tribuitur.*

Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν, Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα[1] *τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου ἀτενίζομεν*[2] *εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας*[3]*, διὰ τούτου*[4] *ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι, ὃς*[5] *ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν. Γέγραπται γὰρ οὕτως· ‚ὁ ποιῶν*[6] *τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.‘ Ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ*[7] *αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης· ‚υἱός μου*[8] *εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ[αὶ τὴν κατά]σχεσίν σου τὰ πέρατα τ[ῆς γῆς].‘ Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τόν· ‚κάθου]*[9] *ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν [θῶ τοὺς] ἐχθρούς σου ὑποπόδιο[ν τῶν πο]δῶν σου.‘ Τίνες οὖν οἱ [ἐχθροί]*[10]*; Οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ[όμενοι] τῷ θελήματι τ[οῦ Θεοῦ]*[11].

XXXVII. *Christus dux noster, nos milites eius; quilibet suum ordinem et stationem suam observet, ut membra corporis.*

Στρατευσώμεθα[1] *οὖν, ἄνδ[ρες ἀδελ]φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν [αὐτοῦ]. Κατανοήσωμεν τοὺς στρατ[ευο]μένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ[μῶν], πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐείκτω[ς]*[2]*, πῶς*

---

10) Vocc. *ὡς λέων* non leg. ap. LXX.

11) *ἣν* tuentur Chrysostomus, Hieronymus, Theodoretus et alii, Euthymio *καθ᾽ ἣν* exponente; *ᾗ* LXX.

Cap. XXXVI. 1) Hic videtur esse unus ex iis locis, quae Photio displicuerunt, qui cap. 126. Bibliothecae haec habet: *Αἰτιάσαιτο δὲ ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· . . . . . καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς.* Quod si tanto Critico displicuerit, quod Iesum vocat Clemens *Ἀρχιερέα*, petivit eam vocem ex S. Paulo, Heb. 4, 15. (addas 2, 17. 3, 1. 5, 10). Neque ab eius usu abhorret B. Ignatius, Epist. ad Philad. (c. 2). Eadem igitur Clementi licentia concedatur, praesertim quum S. Pater alibi agnoscit *τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ* esse *τὰ παθήματα τοῦ Θεοῦ*, eum esse *τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ*· nec non distinguit humanam a Divina natura, cum dicit *ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα* (c. 32.): eique tribuit *δόξαν καὶ μεγαλωσύνην* (c. 20.), quae soli supremo Deo debentur, *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Iesus autem, cum sit unicus Christianae professionis *ἀρχιερεύς*, dicitur *ἀρχιερεὺς τῶν προσφορῶν ἡμῶν*, quia omnes nostrae *προσφοραὶ* sive oblationes non aliter a Deo accipiuntur eique gratae sunt, quam ex intercessione summi Pontificis nostri Iesu Christi *τοῦ μεγάλου, διεληλυθότος τοὺς οὐρανούς, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*. — *Wolf.*

2) Ita dedi cum Iunio, Fello, Colomesio, Ittigio, Freyio, Wottono et Schoenemanno. Cod. Ms. exhibet *ἀτενίσωμεν*. Boisius, Cotelerius, Constantius, Russelius, Hornemannus mallent *ἀτενίσωμεν . . . . ἐνοπτρισώμεθα*. *Jac.*

quod ero tibi similis. Arguam te, et statuam te contra faciem tuam. Intelligite utique haec, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat vos tanquam leo, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter, quo ostendam illi salutem Dei.

XXXVI. *Omnis beatitudo nobis per Christum tribuitur.*

Haec est via, dilecti, in qua salutare nostrum invenimus, Iesum Christum, oblationum nostrarum pontificem, infirmitatis nostrae patronum et auxiliatorem. Per hunc coelorum altitudinem aspicimus; per hunc vultum eius immaculatum et excelsum speculamur; per hunc oculi cordis nostri aperti sunt; per hunc insipiens et obscurata mens nostra in admirabilem eius lucem reflorescit; per hunc voluit Dominus nos immortalem cognitionem gustare; per hunc, qui maiestatis Dei splendor existens, tanto maior est angelis, quanto excellentius nomen sortitus est. Scriptum enim est: ‚qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam.' De filio autem suo sic dixit Dominus: ‚filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.' Et iterum dicit ad eum: ‚sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.' Quinam autem sunt inimici? Homines perversi, et qui divinae voluntati resistunt.

XXXVII. *Christus dux noster, nos milites eius; quilibet suum ordinem et stationem suam observet, ut membra corporis.*

Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus sub inculpatis eius praeceptis. Consideremus milites, qui sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam obedienter, quam submisse imperata exequantur.

---

3) Eandem locutionem usurpat B. Paulus Ephes. 1, 18. Jac.

4) Videtur S. Pater alludere ad Rom. 1. 21. et I Petr. 2, 9. *Wott.* Locus recitatus a Clem. Alex. Strom. IV, 17 p. 613.

5) Hebr. 1, 3. 4.

6) Ps. 103, 4. Hebr. 1, 7. Cfr. Lipsius l. c. p. 97.

7) *ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ* coni. Bois.

8) Ps. 2, 7. 8. Hebr. 1, 5.

9) Ps. 109, 1. Hebr. 1, 13.

10) Iunius dederat *οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ*, Wottonus reposuit *ἐχθροὶ κυρίου*. Hiatus autem non est plurium quam sex literarum. *Jac.*

11) In hoc loco Wottonum secutus sum, qui cernere poterat in Cod. Msto. *τοῦ Θεοῦ*, quae voces hodie quidem non exstant. Legimus autem adhuc *ΑΝΤΙΤΑΣΣ ..... ΤΩΘΕΛΗΜΑΤΙ ΤΩΘΕΛΗΜΑ ... Ι ...* lacuna post *ΑΝΤΙΤΑΣΣ* non capiente plures quam quinque vel sex literas. Lectio ergo illa, quam de suo tacite dederat Iunius, quam exhibent Edd. omnes ante Wottonum, nec non Russelius et Hornemannus, *ἀντιτασσ[όμενοι τοῦ Θεοῦ] τῷ θελήματι τὸ θέλημα ἴδιον*, Msti fidei non minus quam sermonis usui repugnat. *Jac.*

Cap. XXXVII. 1) Christiana Religio saepius comparatur militiae propter labores indefessos et pericula, dum eius officia rite peragamus, subeunda. Huius militiae Christus dux est, quem oportet sequamur et vestigiis eius insistamus, ut ab eo mercedem accipiamus. Hinc S. Ignatius (Ep. ad Polycarpum c. 6.) *Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε.* Vid. II Tim. 2, 3. 4. *Wott.*

2) Haec lectio, a Millio iamdudum probata, quam margini adponunt Iunius, Fellus et Colomesius, quin vera sit equidem nullus dubito; legimus enim in Codice Msto *ΕΥΕΙΚΤΩ*. Pergamenae reliquiae lacerae literam ultimam *Ω* tantum non integram adhuc exhibent: librarius, ut videtur, pro *Υ* scripserat *Ι*,

ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[οῦ]σι τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ[ες] εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ το καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος[3] ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν. Ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι. Ἀλλὰ[4] πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑπο[τα]γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

XXXVIII. *Subiiciant se membra ecclesiae, et nemo se extollat; nam omnia bona divinitus accepimus.*

Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλ[ον] τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθ[ω][1] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼ[ς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. Ὁ ἰσχυρὸς μὴ ἀτιμελείτω[2] τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα. Ὁ σοφὸς[3] ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις[4], ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ[5] μαρτυρείτ[ω], ἀλλ' ἑάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι. Ὁ ἁγνὸς[6] ἐν τῇ σαρκὶ ....[7] καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ[κων ὅτι ἕτ]ερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν. Ἀναλογι[σώμ]εθα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας [ὕλης] ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τί[νες εἰ]σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, [ὡς[8] ἐκ τ]οῦ τάφου καὶ σκότους. [Ὁ ποιή]σας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας [εἰσή]γαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, [προ]ετοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦ]τα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες [ὀ]φείλομεν[9] κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν [αὐ]τῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXXIX. *Non est quo extollamur.*

Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν. Τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; Γέγραπται γάρ· ,οὐκ[1] ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον· τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνὴρ, εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν; Οὐρανοὺς[2] δὲ οὐ καθαροὺς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα[3] δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν. Ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο. Ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Ἐπικάλεσαι[4] δὲ, εἴ τίς σοι

---

syllaba proxime sequente *EI* eius menti obversante; et literam *I* ex incuria praetermissam supra lineam postea adpinxit. Edd. omnes, Iunium secuti, praebent *εὐεκτικῶς, corpore bene habito, impigre, strenue*, quam vocem Fellus, qui ipse Mstum non inspexit, strenue tuetur. Birrius reponit vel *εὐεικτικῶς* vel denique si mavis *εὐεκθυμῶς*. *Jac.*

3) Vid. infra c. 41. et I Cor. 15. 23.

Non omnes sunt praefecti, neque chiliarchae, neque centuriones, neque quinquagenarii, et sic deinceps; unusquisque vero in suo ordine et statione, quae a rege et ducibus imperantur, peragit. Magni sine parvis, et parvi sine magnis consistere nequeunt; mixti sunt omnes, et inde usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum. Caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria et utilia sunt. Imo cuncta conspirant, et una eademque subiectione ad conversationem totius corporis utuntur.

XXXVIII. *Subiiciant se membra ecclesiae, et nemo se extollat; nam omnia bona divinitus accepimus.*

Servetur itaque corpus nostrum in Christo Iesu, et unusquisque proximo suo subiiciatur iuxta ordinem, in quo per gratiam eius positus est. Fortis ne negligat imbecillem, imbecillis fortem revereatur; dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet, quod ei dederit per quem eius inopia suppleatur. Sapiens non in verbis, sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet; humilis non sibi testimonium ferat, sed ab altero sibi ferri sinat. Qui carne castus est, ne insolescat, cum sciat alium esse, qui continentiae donum ipse tribuat. Consideremus ergo, fratres, ex qua materia facti simus, qui et quales mundum ingressi simus, tanquam ex sepulchro et tenebris. Qui nos fecit et condidit, praeparatis prius benefactis suis, antequam nasceremur, in mundum suum nos introduxit. Haec igitur omnia cum ab eo habeamus, in omnibus gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

XXXIX. *Non est quo extollamur.*

Stulti unice et insipientes, et fatui et imperiti derident nos ac subsannant, dum cogitationibus suis se extollere cupiunt. Quid enim potest mortalis, aut quale robur terrigenae? Scriptum enim est: ‚non erat figura ante oculos meos, sed auram et vocem audiebam dicentem: quid enim? numquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir, si servis suis non confidit, et in angelis suis prava animadvertit? Coelum quoque non est mundum ante eum; multo minus habitantes domos luteas, ex quibus et ipsi de eodem luto sumus. Devoravit illos tanquam tinea, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt; eo, quod non possunt sibi ipsis subvenire, perierunt. Insufflavit eis, et interierunt, quia non habebant sapientiam. Invoca autem, si quis tibi

4) I. e. *quin etiam, quin potius*, ut saepius ap. script. eccl. Quare Davisii coniectura ἅμα non indigemus.

Cap. XXXVIII. 1) Eph. 5, 21. I Petr. 5,5.

2) Sic Wott. In Ms. *τμμελείτω*, Millius *Μήτε ἀμελείτω*.

3) Locus citatus a Clem. Alex. Strom. IV, 17. p. 613.

4) *μὴ λόγοις μόνον* Clem. Alex.

5) Prov. 27, 2.

6) Cfr. Ignat. ad Polyc. c. 5. Tert. de virgg. vel. c. 13. In hoc loco Cotelerius sibi visus est videre unum ex illis, in quibus Clemens, iuxta relationem Epiphanii (haer. 30, 15.) et Hieronymi (contra Iovinian. Lib. I. c. 12. Opp. T. II. p. 258. ed. Vallars.), pro Virginitate per epistolas suas locutus fuerat. *Jac.*

7) Membrana lacera spatium forsitan trium aut quatuor literarum post *σαρκὶ* linquit (*Jac.*), quod Nolte per *σιγατω* explendum putat. (*H.* ed. IV.)

8) Ps. 138, 15.

9) I Thess. 5, 18.

Cap. XXXIX. 1) Iob. 4, 16—18.

2) Iob. 15, 15.

3) Iob. 4, 19—21.

4) Iob. 5, 1—5.

ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψῃ[5]*· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργὴ, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ εὑράκα ἄφρονας ῥίζας βαλόντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα. Πόρρω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται, αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.“*

XL. *Servemus ordinem in ecclesia a Deo institutum.*

Προδήλων[1] *οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη*[2] *τῆς θείας γνώσεως, πάντα*[3] *τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐ[κέλ]ευ[σε]ν κατὰ καιροὺς τεταγμένους. Τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. Ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα τὰ γινόμενα ἐν εὐδοκήσει εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος*[4] *προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς*[5] *ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.*

XLI. *Continuatio.*

Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοὶ, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ ἢ εὐχῶν ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ πλημμελίας, ἀλλ' ἢ ἐν Ἱερουσαλημ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως[1] *καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν. Ὁρᾶτε,*[2] *ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.*

XLII. *Ordo ministrorum in ecclesia a Christo constitutus; Episcopi et Diaconi ab Apostolis ordinati.*

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν[1] *ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν*

---

5) *ὄψει* Iunius et al.

Cap. XL. 1) Cfr. Clem. Alex. I. l. p. 613.

2) Rom. 11, 33.

3) I Cor. 14, 40.

4) I. e. ordo sacri ministerii, ut infra c. 44. et apud Ignat. ad Polyc. c. 1., ad Smyrn. c. 6. Cfr. Polyc. ad Philipp. c. 11. *Jac.* Ex hoc capite et sequenti colligitur, Epistolam nostram stante adhuc templo Hierosolymitano scriptam esse. Non ignoro, quomodo per figuram quandam grammaticam, adductis quibusdam exemplis (e. g. Ioseph. Antiq. III, 10.) conentur istud eludere viri quidam docti (Lardner), qui ad Domitiani aut Traiani imperium aetatem huius epistolae referre malunt. Verum, ni fallor, neutiquam sunt similia ab illis allata exempla huic tam simplici et historicae Clementis *ὁήσει*. *Frey.* Non negare possum, V. T. hierarchiam quae vocatur h. l. ad Christia-

respondeat, vel si quem sanctorum angelorum aspicias; etenim insipientem perimit ira, stultum autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos, radices mittentes; sed statim absumta est illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute, et contemnantur ante ianuas minorum, et non erit qui eripiat. Quae enim illis parata sunt, iusti comedent; ipsi vero de malis non liberabuntur.'

XL. *Servemus ordinem in ecclesia a Deo institutum.*

Cum igitur haec nobis sint manifesta et in profunda divinae cognitionis nos introspiciamus, cuncta ordine debemus facere, quae nos Dominus statutis temporibus peragere iussit. Oblationes scilicet et officia sacra perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. Ubi etiam et a quibus celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum eius beneplacitum adimpleta accepta essent voluntati eius. Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est, et Levitis sua ministeria incumbunt. Homo laicus praeceptis laicis constringitur.

XLI. *Continuatio.*

Unusquisque vestrum, fratres, in suo ordine, in bona conscientia, praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens, in honestate Deo gratias agat. Non in omni loco, fratres, offeruntur sacrificia perpetua vel votiva vel pro peccatis et delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio a summo sacerdote et praedictis ministris. Qui igitur praeter id, quod voluntati eius consentaneum est, aliquid faciunt, mortis supplicio puniuntur. Videtis, fratres, quo maiori cognitione digni sumus habiti, eo graviori periculo obnoxii sumus.

XLII. *Ordo ministrorum in ecclesia a Christo constitutus; Episcopi et Diaconi ab Apostolis ordinati.*

Apostoli nobis iussu Domini Iesu Christi evangelizaverunt, Iesus Christus iussu Dei. Missus est igitur Christus a Deo, et Apostoli a Chri-

---

norum societatem accommodari; ipsa verba τόπος et διακονία quibus usus est Clemens demonstrant, illud ad presbyteros (Cfr. c. 44.: Ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου), hoc ad diaconos referri. Sed summus pontifex non episcopus est, sed Christus. Cfr. c. 36.: Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, c. 58.: διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Lipsius* p. 25. l. c.

5) Credibile est, vocem λαϊκὸς usitatam apud Hellenistas fuisse, ut significaretur alienus a tribu Levis, aut etiam prosapia Aaronis. Quibus verisimile fit, iam a primaevis scriptoribus Christianorum vocem λαϊκὸς adhibitam esse ad significandum eum, qui sacro nullo ministerio fungebatur. *Cler.*

Cap. XLI. 1) Sacerdotium potius inferioris ordinis (τῶν ἱερέων) officium erat τοῦ μωμοσκοπεῖν τὰς θυσίας, adstante tamen summo sacerdote. Vocc. διὰ τοῦ ἀρχιερέως κτλ. cum προσφέρεται .... πρὸς τὸ θυσιαστήριον forte coniungenda putat. Frey.

2) Clem. Alex. l. l. p. 613.

Cap. XLII. 1) Forte pro εὐηγγελίσαντο. *Wott.* Cfr. Ioann. 17, 18. 20, 21. Lipsius monet l. c. p. 119.: Vb. εὐ-

ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες[2] διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες[3] ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου[4] ἐξῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον[5] τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους[6] καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γαρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή· ‚καταστήσω[7] τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.‘

XLIII. *Moses olim contentionem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες[1] παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος, ‚πιστὸς θεράπων[2] ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ‘, Μωϋσῆς[3] τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γὰρ, ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν[4] τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα. Καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν[5] τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶ[ν, καὶ ἐπε]δείξατο τοῖς φυλάρχοις [τὰς σφρα]γῖδας, καὶ ἤνοιξεν τὴ[ν σκηνὴν] τοῦ μαρτυρίου καὶ προσ[ήνεγκεν] ῥάβδους. Καὶ εὑρέθη ἡ ῥ[άβδος] Ἀαρῶν οὐ μόνον βεβλα[στηκυῖα], ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; Οὐ πρ[οέγνω] Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν [ἔσεσθαι]; Μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκ[αταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὕτω[ς[8] ἐποί]ησεν, εἰς[7] τὸ δοξασθῆναι τ[ὸ ὄνο]μα ‚τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ],‘[8] ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώμων. Ἀμήν.

ηγγελίσθησαν haud dubie sensu *passivo* accipiendum est; ἡμῖν est dativus qui vocatur commodi. Verte: apostoli evangelium nobis praedicandum a Christo acceperunt.

2) Rom. 4, 21.

3) II Tim. 3, 14.

4) I Thess. 1, 5.

5) In Compositis saepius usurpatur ἱστάνω, e. g. καθιστάνω. *Scapula.* Cfr. Schneideri Lex. gr. s. v. καθιστάνω. Ms. καθέστανον, male. *H.*

6) Cfr. quae annotarunt ad h. l. *Cot. Coust.* et *Rothe* (Anfänge p. 207). *H.* Hic locus potius apud Clementem illorum unus est, in quibus episcoporum nomen ad presbyteros pertinere apparet.

7) Isai. 60, 17.

sto; et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis, et per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus Sancti fiducia egressi sunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum, spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui crediturі erant. Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim retro seculis de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicit scriptura: ‚constituam episcopos eorum in iustitia, et diaconos eorum in fide.'

XLIII. *Moses olim contentionem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

Et quid mirum, si, quibus in Christo a Deo hoc munus commissum fuit, praedictos constituerint? quandoquidem beatus Moyses, ‚fidelis servus in universa domo,' omnia, quae ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem caeteri prophetae sequuti sunt, iis quae ab ipso sancita sunt testimonium pariter perhibentes. Ille enim, cum aemulatio pro sacerdotio incidisset, et tribus inter se dissentirent quaenam illarum glorioso illo nomine ornanda esset, iussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quae uniuscuiusque tribus nomen inscriptum haberent. Quas cum accepisset, in fasciculum ligavit, et annulis principum tribuum signavit, et in tabernaculo testimonii super mensam Dei deposuit eas. Clausoque tabernaculo claves similiter et virgas signavit, et dixit eis: viri fratres, cuius tribus virga germinaverit, hanc elegit Deus, quae ipsi sacra faciat et ministret. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta millia virorum, et tribuum principibus sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit, et virgas protulit. Et inventa est virga Aaronis non tantum germinasse, sed et fructum ferens. Quid, dilecti, vobis videtur? An hoc futurum non praesciverat Moyses? Maxime noverat; verum ne seditio in populo Israel oriretur, ita se gessit, ut nomen ‚veri et solius Dei' glorificaretur, cui sit gloria in secula seculorum. Amen!

Cap. XLIII. 1) *πιστεύοντες* ed. Iunius, germana Codicis lectione *πιστευθέντες* pro coniectura ad oram reiecta. Cfr. Tit. 1, 3.

2) Hebr. 3, 2. 5. Num. 12, 7.

3) Commate heic distinguunt Cot., Colom. et al., supplentque *ὅς*.

4) Referendo virgarum historiam (Num. c. 17.) b. Clemens adiicit nonnullas circumstantias admodum verisimiles, atque ut videtur desumtas ex Hebraeorum traditionibus. Cum vero duodecim virgas ponit, eadem in sententia versatur ac *Philo Iudaeus* Lib. III. de Vita Mosis (Opp. ed. Mangey, T. II. p. 162.), Augustinus (Serm. 245. Append. T. V. ed. Bened.). *Cot.*

5) De hoc silent prorsus sacrae literae; censendum igitur est, petitum fuisse ex indubitata aliqua traditione. *Wott.*

6) Pitra in Spicileg. Solesm. I. p. 293. legendum coni. *ἐνόησεν*, quia in fragmento veteris versionis latinae a S. Paulo Nolano ut putat exaratae legitur *sciebat. H.* ed. IV.

7) In fragmento apud Pitram l. l. legitur: *ut honorabilis Aaron inveniretur.*

8) Ioann. 17, 3.

XLIV. *Apostolorum institutio, ne de munere sacerdotali contentio fiat. Legitime electos ac recte viventes de munere suo per nefas deiecistis.*

Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου[1] *ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς.*[2] *Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους,*[3] *καὶ μεταξὺ*[4] *ἐπινομὴν*[5] *δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας*[6] *ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων*[7] *ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης*[8] *τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβαλέσθαι τῆς λειτουργίας. Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα*[9] *τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν.*[10] *οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γάρ, ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μεταγάγετε καλῶς πολιτευομέν[ους] ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.*[11]

Cap. XLIV. 1) In Ms. siglum $\overline{X\bar{Y}}$ = *Χριστοῦ*.

2) I. e. aut de *dignitate episcopali*, ut *ὄνομα* significet *ἀξίωμα;* aut de *re ipsa*, adeoque de *nomine* rem ipsam denotante. *Hammond.*

3) Hoc est, Episcopos et Diaconos. Apostoli constituerunt inspectores et ministros iis qui crediturі erant, aeque in Ecclesiis Romana et Corinthia ac in aliis. Qua in re obiter observandum, Petri partes atque auctoritatem non plus valuisse quam aliorum; Clemens enim quosvis commemorat *ἀποστόλους*, atque *ἀποστόλους ἡμῶν* vocat. *Gul. Burton.* Cfr. supra c. 42.

4) *μεταξὺ* = *μετέπειτα*, uti postmodo, et Act. 13, 42. Ep. Barnab. c. 13. not. 9, et alibi.

5) *Ἐπινομὴ*, a *νέμω* derivatum, apud antiquos de iure *pascendi in alieno* et de *depastione ignis* [Stephani Thes.] usurpatur. Sed vox ista fortasse etiam a *νόμος* derivari potest, ita ut *praeceptum, ordinationem* significet. Hammondus et Wottonus verterunt: *seriem, modum successionis*, eo innixi, quod vox *ἐπινέμω* aliquando significet *καταλέγειν*, i. e. *catalogo adscribere*, Hesychio *ἐπίνομος* est = *κληρονόμος*, quo fultus Rothe (Anfäng. p. 374 sq.) reddit: *testamentarische Verfügung*, quasi Apostoli *vi testamenti* ordinassent, ipsis (Apostolis) defunctis (*ἐὰν κοιμηθῶσιν*) ipsorum (Apostolorum) munus (*τὴν λειτουργίαν αὐτῶν*), presbyteros et diaconos (*ἐπισκοπὴ* sensu latiori) eligendi, ad alios probatos et eximios viros (i. e. *Episcopos* nostro sensu) transire debere. Rothe enim autumat, *brevi* tantum ante mortem suam Apostolos ordinem Episcopatus instituisse, quum antea non nisi Presbyteri (qui et Episcopi vocabantur) et Diaconi existerent. Sed viro docto accedere nobis non lubet, ut ex nostra versione latina elucet. Nolte coni. (l. l, p. 228.) *ἔτι νόμον δεδώκασιν.* In fragm. vet. vers. lat. apud Pitram l. l. legitur: *hanc formam tenentes*, *ἐπινομὴ* = *forma* = praeceptum. *H.* ed. IV. Rothii opinionis commenta explosit Lipsius l. c. p. 16 sqq., ita locum explicans: ‚Clemens presbyteros et diaconos ab apostolis statim ut illi prima ecclesiae fundamenta posuerunt constitutos esse narrat; deinde vero ne intestinae contentiones de recenti munere orirentur, eosdem apostolos praeceptum addidisse, ut his presbyteris et diaconis alii viri probati succederent. Ex hoc ipso enim, quod munus ecclesiasticum ab apostolis originem traheret, luculenter apparere nefas esse, si quis eos qui vel ab ipsis apostolis vel ab aliis viris probatis apostolorum iussu

XLIV. *Apostolorum institutio, ne de munere sacerdotali contentio fiat. Legitime electos ac recte viventes de munere suo per nefas deiecistis.*

Apostoli quoque nostri per Iesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine Episcopatus oborituram; ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos, ac deinceps ordinationem dederunt, ut, quum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris eximiis consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos putamus munere suo non iuste deiici. Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione munera obtulerunt, episcopatu eiicimus. Beati presbyteri, viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque dissolutionem consequuti sunt; non enim verentur ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. Videmus enim, quod vos nonnullos honeste viventes ab officio, quod inculpate et cum honore exequebantur, dimovetis.

---

ad ecclesiam gubernandam constituti essent, de loco deiicere conaretur. Nemo non intelligit eos qui iam *ἕτεροι ἐλλόγιμοι ἄνδρες* appellantur, diversos esse ab iis qui paullo ante iisdem fere verbis vocati sunt *ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες*. Nam utrique ex presbyterorum quidem et diaconorum numero sunt; sed ii de quibus antea sermo erat, sunt successores eorum presbyterorum qui ab apostolis olim constituti erant. Postea vero *ἕτεροι ἐλλόγιμοι ἄνδρες* ipsis apostolis opponuntur, ita ut statim appareat, eorum presbyterorum qui ab apostolis neque vero a decessoribus eorum ordinati sint mentionem fieri. Ab hac interpretatione etiam ii parum discedunt, qui nuper vocem *ἐπινομὴν* mutandam esse censuerunt. Ex quo numero fuit Bunsen, qui in libro, Ignatius v. Antiochien u. seine Zeit, p. 98 sqq., Turnerum (apud Usserium de epp. Ign. §. 18.) secutus *ἐπινομὴν* in *ἐπιμονὴν* correxit, et Ritschl (altkath. Kirche, p. 371.) qui *ἐπιστολὴν* legendum esse censuit. Neutra tamen emendatione opus est.'

6) Locus hic, si quis alius, apprime utilis ad intelligendum, quae fuerint partes Cleri et Plebis in Episcoporum ordinatione. *Κατάστασις* ad Apostolos et Episcopos, *συνευδόκησις* ad Plebem spectabat. Rem optime illustrant b. Cyprianus Ep. 68. ed. Bened. (67 ed. Fell.) et Origenes, hom. 6. in Levit. (Opp. T. II. p. 216. ed. Bened.). *Fell.*

7) A Tito, Timotheo et aliis coadiutoribus Apostolorum, quibus munus Episcopos, Presbyteros et Diaconos instituendi commissum erat. *H.*

8) Moraliter ergo populus adsistebat et morali acceptatione populi clericis rite electis opus erat. Cfr. Cyprian. Ep. 55. p. 82, Ep. 68. p. 118. ed. Bened. 1726: *sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur, et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, . . . ut plebe praesente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita praedicentur.*

9) Nimis audacter pronuntiat Bernardus neminem veterum ita sine adiecto simpliciter locutum esse. Ignatius in Ep. ad Smyrn. c. 7. Eucharistiam vocat *τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ*, et in Const. Apost. 8, 12. legimus *οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον*. Plura exempla huius significationis e scriptoribus non tantum vetustatis habentibus congessit Cotelerius, qui notat etiam Eucharistiam ab Aethiopibus *Corban* appellari, i. e. *δῶρον*. Marc. 7, 11. Cfr. Suicer. Thes. Eccl. vocc. *δωρεὰ* et *δῶρον*. *Iac.* Referendam *τὴν ἐπισκοπὴν* esse ad presbyteros, sponte apparet.

10) Cfr. II Tim. 4, 6.

11) Cum sedulam curam iis praestare soliti simus, quae in honore ac pretio habemus, *λειτουργίαν τιμᾶν* dicuntur, qui munera sua diligenter obeunt. *Davis.*

XLV. *Improborum est, iustos vexare et deiicere.*

Φιλόνεικ[οί] ἐστε, ἀδελφοὶ, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.[1] *Ἐν[κύπτετε]*[2] *εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς [ῥήσεις] πνεύματος τοῦ ἁγίου. Ἐπίστασθε*[3] *[ὅτι οὐδ]ὲν ἄδικον, οὐδὲ παραπε[ποιημ]ένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. [Οὐ γὰρ ε]ὑρήσετε δικαίους ἀποβε[βλημ]ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. [Ἐδιώ]χθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό[μων]· ἐφυλακίσθησαν,*[4] *ἀλλ' ὑπὸ [ἀνο]σίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα[ραν]όμων· ἀπεκτάνθησαν [ὑπ]ὸ τῶν μιαρῶν καὶ ἄδικον ζῆλον [ἀ]νειληφότων. Ταῦτα πάσχοντες [ε]ὐκλεῶς ἤνεγκαν. [Τί γ]ὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ*[5] *ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν [ἐ]βλήθη εἰς λάκκον λεόντων; [Ἢ]*[6] *Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; Μηθαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; Οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν*[7] *θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν, μὴ εἰδότες ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ [πα]ναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξ[α εἰς] τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ[ώνων. Ἀ]μήν. [Ο]ἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ ἐπαφρόδιτοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

XLVI. *Adhaereamus iustis. Dissensio vestra perniciosa est.*

Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. Γέγραπται γάρ· ‚κολλᾶσθε[1] *τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.‘ Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· ‚μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ,*[2] *καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.‘ Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ἵν[α]*[3] *τί ἔρεις, καὶ θυμοὶ, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν ὑμῖν; Ἢ*[4] *οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; Ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν*[5] *ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς, ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Εἶπε γὰρ· ‚οὐαὶ*[6] *τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ, περιτεθῆναι μύλον καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι.‘ Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμὸν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστὶν ἡ στάσις.*

Cap. XLV. 1) Cfr. illud *τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν εἰς σωτηρίαν* c. 17. Ep. Barnab.

2) Ita Ms. Cfr. tamen supra c. 40. *ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως.*

3) [illegible]arische Verfügung, [illegible]

4) *ἐφυλακίσθησαν* in Ms. invenerunt Millius et Iacobsonus, *ἐφυλάχθησαν* evulgarunt Iunius, Colomesius et alii.

5) Dan. 6, 16.

6) Dan. 3, 20.

7) Male nonnulli textum immutare

XLV. *Improborum est, iustos vexare et deiicere.*

Contentiosi estis, fratres, et in rebus, quae ad salutem minime pertinent, accensi zelo. Scripturas diligenter inspicite, quae Spiritus sancti vera sunt oracula. Attendite, in illis nihil iniustum neque perversum scriptum esse. Non enim a viris sanctis invenietis iustos reiectos. Persecutionem passi sunt iusti, sed ab iniquis; in carcerem sunt coniecti, sed ab impiis; lapidati sunt, sed a nefariis; occisi sunt, sed a scelestis et iniusto zelo abreptis. Haec patientes gloriose tulerunt. Quid enim, fratres, dicemus? Daniel in speluncam leonum ab eis qui Deum timebant coniectus est? An Ananias, Azarias et Misael conclusi sunt in fornacem ignis ab eis qui magnificum et gloriosum altissimi cultum observabant? Absit prorsus! Quinam igitur haec patrarunt? Abominandi et omni malitia pleni eo furoris rixati sunt, ut eos, qui in sancta et inculpata voluntate Deo servierunt, tormentis iniecerint, ignorantes, Altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse, qui in pura conscientia nomen eius virtute plenum colunt, cui sit gloria in secula seculorum, Amen! Illi vero, in fiducia patienter tolerantes, gloriae et honoris haeredes facti sunt, et a Deo exaltati et gratiosi sunt effecti in memoria ipsorum, in secula seculorum, Amen!

XLVI. *Adhaereamus iustis. Dissensio vestra perniciosa est.*

Talibus igitur exemplis et nos adhaerere oportet, fratres. Scriptum enim est: ‚Sanctis vos adiungite, quia, qui illis adhaerent, sanctificabuntur.‘ Et rursus in alio loco: ‚cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.‘ Quare innocentibus et iustis iungamus nos; ii quippe sunt electi Dei. Cur inter vos sunt contentiones, irae, dissensiones, schismata et bellum? Nonne unum Deum et unum Christum habemus? Nonne unus est Spiritus gratiae, qui super nos effusus est, et una vocatio in Christo? Cur divellimus et discerpimus membra Christi, et contra proprium corpus seditionem movemus, eoque vesaniae devenimus, ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Iesu Domini nostri. Dixit enim: ‚vae homini illi! Bonum erat ei si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat ut ei mola circumponeretur et demergeretur in mare, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret.‘ Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi deiectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam coniecit, nos omnes moerore affecit; et adhuc seditio vestra persistit.

---

voluerunt. De voce *ἐξερίζω* v. Steph. Thes. (edit. nov.) et Passow, Lex. gr. *H.*

8) Sic nos legendum putamus. Ms. habet *ἔπαφρον* i. e. quod spuma obductum renidet et albescit. Davisius coniicit *ἐπαιθέριοι*, Boisius *ἔλαφροὶ*, *solutis vinculis*, vel *ἀνέπαφοι*, *intacti* sc. *ab igne. H.* ed. IV.

Cap. XLVI. 1) Haec verba in S. Scriptura frustra quaeruntur. Cfr. Clem. Alex. Strom. V, 8. p. 677.

2) Ps. 17, 26. 27.

3) Iac. 4, 1.

4) Eph. 4, 4—6.

5) Vid. supra c. 1. *εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας.*

6) Quod antiquis non insolens fuit, multa testimonia Clemens in unum coniungit: nempe Matth. 26, 24. Luc. 17, 2. Matth. 18, 6. Marc. 9, 12. *Cot.* Cfr. Clem. Alex. Strom. III, 18. p. 561.

XLVII. *Discordia vestra recens peior est priori, quae Pauli temporibus fuit.*

Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν[1] τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου[2] ἔγραψεν; Ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπόλλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. Ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττονα[3] ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ κατανοήσατε, τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν καὶ τὸ σεμνὸν[4] τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρά, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι[5], τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν[6] Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς[7] ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

XLVIII. *Redeatis ad fraterni amoris studium.*

Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτόν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν [καὶ][1] ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται· ‚ἀνοίξατέ μοι[2] πύλας δικαιοσύνης. εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι[3] τῷ κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.' Πολλῶν[4] οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ[5], ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις· τοσούτῳ[6] γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ[7] ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

XLIX. *Charitatis encomium.*

Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. Τὸν δεσμὸν[1] τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; Τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκεῖ, ὡς ἔδει, εἰπεῖν; Τὸ

Cap. XLVII. 1) I Cor. 3, 13 sqq.

2) I. e. in primordiis evangelicae praedicationis.

3) ἧττονα proposuit Dav.; in Ms. ἧττον. Cfr. Ioann. 19, 11.

4) Cfr. supra c. 1. *Νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.*

5) Leg. *ἀκούεται*, ut monent Iunius, Boisius, Fellus, Colomesius et al.

6) I. e. *in ipsis Evangelii primordiis fundata.* Nequaquam solide ex hoc epitheto inferunt viri docti, tempore demum Domitiani aut Traiani scriptam fuisse hanc epistolam, cum tempore Neronis *antiqua* nequiverit appellari ecclesia. *Frey.*

7) Ethnicos haud dubie intelligit, respiciens ad illud in Ep. ad Rom. 2, 24. *τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Cfr. I Tim. 6, 1.

Cap. XLVIII. 1) *Καὶ* interponendum ex Clem. Alex. Strom. IV, 17 p. 613, ut vidit Wottonus post Cot. et Colom.

XLVII. *Discordia vestra recens peior est priori, quae Pauli temporibus fuit.*

Epistolam beati Pauli Apostoli in manus sumite. Quid primum vobis in principio Evangelii scripsit? Certe divinitus inspiratus de seipso, de Cepha et Apollo ad vos literas dedit, quia etiam tum inter vos factiones et partium studia fuerant. Sed factio ista minus vobis intulit peccatum; propendebatis enim in Apostolos praeclaro testimonio celebres, et in virum ab illis probatum. Nunc vero, qui sint qui vos perverterint, et nominatissimi amoris vestri fraterni decus imminuerint, vobiscum perpendite. Turpia, fratres, turpia valde et christiana vivendi ratione indigna audire debemus, firmissimam scilicet et antiquam Corinthiorum ecclesiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros seditionem movere. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos etiam, qui a nobis alieni sunt, manavit; ita ut propter vestram amentiam blasphemiae nomini Domini inferantur, et vobis ipsis periculum creetur.

XLVIII. *Redeatis ad fraterni amoris studium.*

Auferamus igitur hoc celeriter; pedibus Domini advolvamur, et flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus nobis reconcilietur, et pristinae nostrae decorae et castae fraterni amoris conversationi nos restituat. Haec enim vita porta iustitiae est ad vitam aperta, sicut scriptum est: ‚aperite mihi portas iustitiae; ingressus in eas confitebor Domino; haec porta Domini, iusti intrabunt in eam.' Cum igitur multae portae apertae sint, ea quae est iustitiae, eadem et in Christo est; beati omnes, qui in eam intrarunt, et iter suum in sanctitate et iustitia direxerunt, omnia imperturbate peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione sublimiori, sit sapiens in sermonum diiudicatione, sit castus in operibus; tanto humilior esse debet, quanto maior esse videtur, et quaerere debet quod omnibus utile est, non solum sibi.

XLIX. *Charitatis encomium.*

Qui charitatem in Christo habet, servet Christi mandata. Vinculum charitatis Dei quis potest enarrare? Quis pulchritudinis eius magnificentiam, prout par est, eloqui valet? Altitudo, ad quam evehit, charitas

---

2) Ps. 117, 19. 20. Locus extat ap. Clem. Alex. Strom. I, 7. p. 338. 339.

3) Ms. *ἐξομολογήσωμαι*. Vocales *ω* et *ο* etiam in antiquissimis Codd. haud raro a librariis confunduntur.

4) Citantur haec a Clem. Alex. Strom. VI, 8 p. 772, tamquam ex S. Barnaba, lapsu memoriae, vel levi incuria aut errore; supra enim (Strom. I, 7. p. 339.) Clementi, ut mihi videtur, ea tribuit. *Jac.* Matth. 7, 13. 14.

5) Cfr. Ignat. ad Philad. c. 9. *αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται κτλ.* Hermae Past. Sim. 9, 12. Porta vero *Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum.*

6) Matth. 23, 11.

7) I Cor. 10, 33. Apud Clem. Alex. Strom. IV, 18. p. 613.

Cap. XLIX. 1) Coloss. 3, 14. Hieronymus (Opp. T. VII. p. 606. ed. Vallars) in Eph. 4, 1. adnotat: ‚Potest et in Christi vinculis et in carcere pro martyrio constitutus haec scribere: melius autem est, si vinctum in Christi charitate dicamus. Cuius rei et Clemens ad Corinthios testis est, scribens *Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?*'

ὕψος[2], εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ· ἀγάπη[3] καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ. Ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα[4] αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα[5] ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

L. *Oremus, ut digni habeamur charitate.*

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρ[ε-θῆναι], εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ [ὁ Θεός; Εὐχώμε]θα οὖν καὶ αἰτώ-μέθα ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους[1] αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν], δίχα προσκλί-σεως ἀνθρω[πίνης], ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι [ἀπὸ Ἀδὰμ][2] ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆ[λθον], ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν[τες], κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἔχου[σιν] χῶρον εὐσεβῶν. οἳ φανερ[οῦν]ται[3] ἐν τῇ ἐπι-σκοπῇ τῆς βασιλ[είας] τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ· „εἴσελ[θε] εἰς τὰ ταμεῖα[4] μικρὸν ὅσον ὅσο[ν][5], ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ[υμός] μου, καὶ[6] μνησθήσομαι ἡμέρ[ας] ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς [ἐκ] τῶν θηκῶν ὑμῶν.“ Μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοὶ, εἰ τὰ [προσ]τάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἑ[ν ὁ]μονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι] ἡμῖν δι' ἀγάπης[7] τὰς ἁμαρτίας [ἡμῶν][8]. Γέγραπται γάρ· „μακάριοι[9], ὧν [ἀφέ]θησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκ[αλύ]φθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μα-κάριος [ἀνὴρ], οὗ οὐ[10] μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτ[οῦ] δόλος.“ Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἑ[γέ]νετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμ[ῶν], ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶ[ν]ας τῶν αἰ[ώ]νων. Ἀμήν.

---

2) Vocc. *τὸ ὕψος — καταξιώσῃ ὁ Θεὸς* cap. seq. ap. Clem. Alex. Strom. IV, 18. p. 613. extant multifarie variata.

3) I Petr. 4, 8. I Cor. 13, 4 sqq. Iac. 5, 20.

4) Gal. 1, 4. Ioann. 3, 16. I Ioann. 4, 9. 10.

5) Paene eadem habentur a B. Irenaeo forsan respiciente hunc locum: *Τῷ ἰδίῳ οὖν αἵματι λυτρωσαμένου ἡμᾶς τοῦ Κυρίου, καὶ δόντος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἀντὶ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν.* [V. 1, 1. p. 292, ed. Massuet.]. Ex sententia igitur utriusque Patris Iesus Christus Dominus noster dedit *τὴν ψυχὴν καὶ σάρκα ἑαυτοῦ ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς ἡμῶν*, quod plane evertit impium Socini dogma, Iesum Christum non praestitisse satisfactionem plenam et vicariam: nec non Apollinaris dogma, eum non habuisse animam rationalem, quum locum eius suppleverit *ὁ λόγος*: ut enim animas nostras redimeret, dedit animam suam, i. e. humanam; quum aliter non fuisset proprium sacrificium pro anima humana. *Wolf.* Haec enim non significare possunt: Christus carnem dedit suam ut nostram carnem beatam redderet; sed nil nisi hoc: Christus carnem dedit suam ut ne nostra caro interiret, aeternis poenis affecta. *Lipsius* p. 82 l. c.

Cap. L. 1) Hanc Millii coniecturam, praeeunte Gallandio, admisit Iacobsonus pro lectione Iuniana *αἰτώμεθα [εἶναι*

inenarrabilis est. Charitas nos Deo agglutinat; charitas peccatorum multitudinem tegit; charitas omnia sustinet, omnia patienter tolerat; nihil sordidum in charitate, nihil superbum; charitas schisma non habet; charitas seditionem non movet; charitas omnia in concordia facit; in charitate omnes Dei electi perfecti sunt facti; sine charitate nihil Deo acceptum est. In charitate nos Dominus sibi assumsit; propter charitatem, quam erga nos habuit, Dominus noster Iesus Christus voluntate divina sanguinem suum pro nobis tradidit, et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris.

L. *Oremus ut digni habeamur charitate.*

Videtis, dilecti, quam magna et admiranda sit charitas, et quod perfectio eius nequeat enarrari. Quis est idoneus, ut in ipsa inveniatur, praeter eos, quos Deus dignos esse voluerit? Oremus igitur et petamus ab illius misericordia, ut in charitate vivamus, sine propensione aliqua humana, et inculpati. Generationes omnes ab Adam usque in hodiernum diem praeterierunt; qui vero per Dei gratiam in charitate sunt consummati, locum piorum obtinent, et in visitatione regni Christi manifestabuntur. Scriptum enim est: ‚ingredere in cubicula paululum quantulumcunque, donec ira mea et furor pertranseat; et recordabor diei boni, et suscitabo vos e sepulchris vestris.‘ Beati sumus, dilecti, si praecepta Domini in charitatis concordia impleverimus, ut per charitatem peccata nostra nobis remittantur. Scriptum enim est: ‚beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cuius peccatum Dominus non imputabit, neque est in ore eius dolus.‘ Haec beatitudinis praedicatio ad eos pertinet, qui per Iesum Christum Dominum nostrum a Deo sunt electi, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

ἀξί]ους. Subinde p. *αὐτοῦ* Iunius, Fellus, Colomesius et alii mallent *αὐτῆς* sc. *ἀγάπης.*

2) Nullam lacunam indicant Iun., Galland., Russel., Schoenemann. et alii. Spatium autem in Ms. certe extat.

3) *φανερ[ωθήσον]ται* Iun., Colom., Galland. et alii supplent ex Clem. Alex.

4) Isai. 26, 20. Sensus est: *aliquot temporis sepulchris erunt tecti, tunc resurgent. H.*

5) *Ὅσον* geminatum habes etiam Hebr. 10, 37. *Iac.*

6) Simile nonnihil habes in libro apocrypho IV Esdr. 2, 16. *Colom.* Respexisse auctorem ad Ezech. 37, 12. 13. putat Galland.

7) Animadverte hic Clementem eamdem plane vim Charitati ad remissionem peccatorum seu Iustificationem consequendam tribuere, quam tribuit Fidei Apostolus Paulus, cuius tamen mentem ignorare aut ab ea deflectere non potuit Clemens: immo eadem plane utitur forma loquendi, *Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ κτλ.* qua Paulus ad Rom. 4, 9. *Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος κτλ.* tandemque idem Davidis testimonium adhibet ad confirmationem huius doctrinae de Charitatis efficacia ad Iustificationem, ex quo Fidei vim sine operibus docuerat Paulus, Rom. 4, 6—8. ut longe clarissimum sit, nunquam sanctos hos viros tam subtilem notionem Fidei animo concepisse, quae sanctitatem Charitatemque ab ea removeret. Patet etiam quomodo intelligendum, quod c. 32. inculcarat. *Frey.*

8) Sic edd. usque ad Wottonum, et recte quidem, ut Iacobsonus contra illum notat.

9) Ps. 32, 1. 2.

10) Ita se habet Cod. Ms., Vat. Codex LXX interp. exhibet *ᾧ.* Sic S. Paulus ad Rom. 4, 8. *Wott.*

LI. *Dissidii participes, praesertim auctores, confiteantur peccatum ipsorum.*

"Οσα [οὖ]ν παρέ[βη]μεν διά τινος τῶν [τοῦ] ἀντικε[ιμέ]νου[1], ἀξιώσωμεν [συγγνώμην]. καὶ ἐκεῖνοι δὲ, οἵτι[νε]ς ἀρχηγ[οὶ τῆς] στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγεν[ήθ]ησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολιτευόμενοι ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον αἰκίαις[2] περιπίπτειν, ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατ[ά]γνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖ[ν] καλῶς καὶ δικαίω[ς] ὁμοφωνίας. Καλὸν γ[ὰρ] ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τ[ῶν] παραπτωμ[ά]των, ἢ σκληῦναι τὴν καρδίαν αὐτ[οῦ], καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων[3] πρὸς τὸν Θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ [κρί]μα πρόδηλον ἐγενήθη. Κατέβ[η]σαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶ[ν]τες, καὶ θά[νατος κατέπιεν αὐ]τούς. Φαραὼ[4] καὶ ἡ στρα[τιὰ αὐτ]οῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμε[νοι Αἰγ]ύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ [ἀναβά]ται αὐτῶν οὐ δι' ἄλλην τινὰ [αἰτία]ν ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν [ἐρυθρ]ὰν καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλη]ρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ[νέτου]ς καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι [τὰ σημ]εῖα [καὶ] τὰ τέρατα ἐν γῇ Αἰγύ[πτου] διὰ [τοῦ Θ]εράποντος τοῦ Θεοῦ |Μ|ωϋσέως.

LII. *Talis confessio Deo placet.*

'Απροσδεὴς[1], ἀδελφοὶ, [ὁ] δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων· [οὐ]δὲν οὐδενὸς χρῄζει, εἰ μὴ τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γὰρ [ὁ] ἐκλεκτὸς Δαβίδ· ‚ἐξομολογήσο[μ]αι[2] τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ [μ]όσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν.' Κ[αὶ πά]λιν λέγει· ‚θῦσον[3] τῷ Θεῷ θυσίαν αἰ[νέ]σεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Θυσία[4] γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.'

LIII. *Mosis charitas erga populum suum.*

'Επίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστασθ[ε τὰ]ς ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοὶ, [καὶ ἐγκε]κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ. Εἰς ἀ]νάμνησιν οὖν ταῦτα [λάβετε]. Μωϋσέως γὰρ ἀναβά[ντος εἰ]ς[1] τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαν[τος[2] τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας καὶ τεσ[σαράκοντ]α νύκτας ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπειν]ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν [ὁ κύριος· „Μωϋ]σῆ[3], Μωϋσῆ, κατάβηθι [τὸ τάχος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαός σ]ου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς [Αἰγύπτο]υ· παρέβησαν ταχὺ ἐκ [τῆς ὁδο]ῦ, ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν ἑαυτοῖς χωνεύματα.' [Καὶ εἶπε]ν κύριος πρὸς αὐτόν· ‚λελάλη[κα[4] πρός] σε ἅπαξ καὶ δὶς, λέγων· [ἑώρακα] τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ, λαὸς [σ]κληροτράχηλος· ἔασόν [με ἐξολ]εθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἐξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν ὑποκά[τωθεν] τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σε εἰς ἔθ]νος μέγα καὶ θαυμαστὸν [καὶ πολ]ὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο.' [Εἶπε δὲ Μ]ωϋσῆς· ‚μηθαμῶς[5], κύριε· [ἄφες τὴν ἁ]μαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων.' Ὦ μεγάλης ἀγάπης, ὦ

Cap. LI. 1) Sc. *δόλων* vel *ἐνεδρῶν*. *Wott.* Cfr. Ep. Barnab. c. 2. *Cum sint ergo dies nequissimi, et contrarius habeat huius saeculi potestatem.*

2) Cod. Ms. *οἰκίαις*.

3) Num. 16.

4) Exod. 14.

LI. *Dissidii participes, praesertim auctores, confiteantur peccatum ipsorum.*

Quaecunque igitur per aliquas adversarii suggestiones deliquimus, veniam et indulgentiam imploremus; illi vero, qui seditionis et dissensionis principes exstiterunt, communem spem contemplari debent. Qui enim in timore et charitate vitam degunt, se ipsos potius quam proximos in cruciatus incidere volunt, et se ipsos potius quam pulchre et iuste traditam nobis consensionem subire vituperationem volunt. Melius enim est homini, peccata sua confiteri, quam indurare cor suum; prout induratum est eorum cor, qui contra Moysem famulum Domini seditionem concitarunt, quorum condemnatio manifesta fuit. Descenderunt enim in infernum vivi, et mors eos absorpsit. Pharao una cum exercitu suo, et omnes praefecti Aegypti, currus etiam et consistentes in eis non aliam ob causam rubri maris profundo immersi sunt et perierunt, quam quod stulta eorum corda, post tot signa et miracula ostensa per famulum Dei Moysen in terra Aegypti, indurata fuerint.

LII. *Talis confessio Deo placet.*

Nullius rei, fratres, indigus est Dominus omnium; nihil a quoquam desiderat, praeterquam ut ipsi fiat confessio. Dicit enim electus David: ‚confitebor Domino, et placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas; videant pauperes et laetentur.' Et rursus dicit: ‚immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuae, et eruam te, et glorificabis me. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus.'

LIII. *Mosis charitas erga populum suum.*

Nostis autem, dilecti, et probe nostis sacras Scripturas, et penitius in divina eloquia introspexistis. Illa igitur in memoriam revocate. Cum Moyses in montem ascendisset, et quadraginta dies noctesque quadraginta in ieiunio et humilitate transegisset, dixit ad eum Dominus: ‚Moyses, Moyses, descende velociter hinc, quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Aegypti; transgressi sunt cito de via, quam mandasti eis, et fecerunt sibi fusilia. Et dixit Dominus ad illum: locutus sum ad te semel et iterum, dicens: Vidi populum hunc, et ecce, populus dura cervice est; sine me exterminare eos, et delebo nomen eorum sub coelo; et faciam te in gentem magnam et mirandam, et hac numerosiorem.' Dixit autem Moyses: ‚neutiquam Domine; remitte huic populo peccatum, vel etiam me dele de libro viventium.' O charitatem magnam!

Cap. LII. 1) Cfr. Act. 17, 25. et Ep. ad Diogn. c. 3.

2) Ps. 68, 31—33. Clem. Alex. l. c. p. 614.

3) Ps. 49, 14. 15.

4) Ps. 50, 19.

Cap. LIII. 1) *ἀναβαί[νοντος εἰ]ς* edd. ante Iacobsonum.

2) *ποιεῖν χρόνον = διατρίβειν.* Cfr. Act. 15, 33. 18, 23. 20, 3. II Cor. 11, 25. Iac. 4, 13.

3) Exod. 32, 7 sqq. Deut. 9, 12 sqq.

4) Cfr. Clem. Alex. Strom. IV, 19. p. 617.

5) Exod. 32, 32.

τελειότητος ἀνυπερβλήτου! Παῤῥησιάζεται Θεράπων πρὸς κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

LIV. *Qui charitate plenus est, omne damnum subit, dummodo pax ecclesiae restituatur.*

Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος, τίς εὔσπλαγχνος, τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; Εἰπάτω[1]· ‚εἰ δι' ἐμέ στάσις καὶ ἔρις καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων.' Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. ‚Τοῦ γὰρ κυρίου[2] ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.' Ταῦτα οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν καὶ ποιήσουσιν.

LV. *Huius charitatis exempla.*

Ἵνα[1] δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινὸς ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας[2] ἑαυτοὺς εἰς δεσμά, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται[3]. Πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν[4]. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα. Ἰουδὶθ[5] ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ἠτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ· καὶ παρέδωκεν κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἥττονι[6] καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ, μέλλον ἀπολέσθαι, ῥύσηται. Διὰ γὰρ τῆς νηστείας καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς ἠξίωσεν τὸν παντεπόπτην δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐῤῥύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσεν.

LVI. *Admoneamus et corripiamus nos invicem; qui talem castigationem non renuit, Deum habet protectorem.*

Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν[1] περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι[2] ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία[3]. Ἀναλάβωμεν παιδείαν, ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανα-

---

Cap. LIV. 1) Locus recitatur ap. Epiph. haer. 27, 6.
2) Ps. 23, 1.

Cap. LV. 1) Huc referenda, quae ap. Origenem leg. in Ev. Ioan. Tom. VI, 36. Tom. I. P. I. p. 262; et ib. Tom. XXVIII, 14. p. 355. ed. Lommatzsch.
2) Cfr. Rom. 16, 4. Philipp. 2, 30.
3) λυτρώσωνται placet Schoenemanno. Illud *servos Dei ex necessitate redimere* (Herm. Past. Mand. 8.), a Iacobsono citatum, huc non spectat.
4) Eadem elocutio ap. Paulum Apost. I Cor. 13, 3.

O insuperabilem perfectionem! Famulus Dominum libere alloquitur, pro plebe remissionem postulat, vel seipsum una cum eis deleri petit.

LIV. *Qui charitate plenus est, omne damnum subit, dummodo pax ecclesiae restituatur.*

Quis igitur inter vos generosus, quis misericors, quis charitate plenus? Dicat: ‚si propter me seditio et discordia et schismata orta sunt, discedo, abeo, quocunque volueritis, et quae multitudo iusserit, facio; solum Christi grex in pace degat cum constitutis presbyteris.' Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Domino conciliabit, et omnis locus eum excipiet. ‚Domini enim est terra et plenitudo eius.' Haec faciunt et facient, qui divinam, cuius nunquam poenitet, vitam vivunt.

LV. *Huius charitatis exempla.*

Ut autem etiam exempla gentium proferamus: multi reges et gubernatores, pestifero tempore saeviente, cum oraculo essent admoniti, morti se ipsos tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent. Multi, ne diutius seditio duraret, a civitatibus suis secesserunt. Multos inter nos cognovimus, qui se ipsos in vincula coniecerunt, ut alios redimerent. Multi in servitutem se ipsos addixerunt, et accepto pretio sui alios cibarunt. Multae mulieres, gratia divina corroboratae, virilia multa gesserunt. Beata Iudith, cum urbs circumsessa esset, rogavit seniores, ut sibi liceret in alienigenarum castra exire; et periculo se obiiciens, propter amorem patriae populique obsessi egressa est; et tradidit Deus Olophernem in manus mulieris. Non minori periculo etiam perfecta in fide Esther, ut duodecim tribus Israel ab instanti exitio liberaret, se ipsam obiecit. Nam in ieiunio et humiliatione precata est rerum omnium inspectorem Dominum, seculorum Deum; qui animi eius humilitatem cernens populum liberavit, cuius gratia illa periculum subierat.

LVI. *Admoneamus et corripiamus nos invicem; qui talem castigationem non renuit, Deum habet protectorem.*

Oremus igitur et nos pro eis, qui in aliquod peccatum lapsi sunt, ut moderatio et humilitas eis concedatur, ut non nobis, sed voluntati divinae cedant. Sic enim misericors mentio eorum apud Deum et sanctos fructuosa erit, et finem suum consequetur. Assumamus, dilecti, disciplinam, propter quam nemo irasci debet. Admonitio, qua alii alios commone-

---

5) Iudith. 8, 30. Clem. Alex. l. l. p. 617.

6) Ita Iac. in altera ed., in priori cum relqq. edd. *οὐχ ἧττον αὖ*, Ms. *HTTONEI*. Esther. 7 et 8.

Cap. LVI. 1) *ἐντυγχάνειν* = oratione intercedere.

2) Gal. 6, 1.

3) *μνεία*, vox Paulina, Rom. 1, 9. Hilgenfeld (die Apost. Vaeter) p. 90, not. 5. (assentiente Gundert, Zeitschr. fur luther. Theol. 1854, 479.), verba difficillima interpretatur sic, ut *τοὺς ἁγίους* ad ecclesiam referat: ‚Die fürbitte um die wiederaufnahme der gefallenen wird noch an Gott und an die heiligen, also an die gemeinde gerichtet.' Quod fieri nequit. Deprecatio enim illa (*ἡ μετ' οἰκτιρμῶν μνεία*) commune est totius ecclesiae officium. Ergo si vera esset Hilgenfeldi interpretatio, ecclesia semet ipsam imploravisset. Quae quum ita sint, non possumus non de Sanctorum invocatione quae vocatur co-

κτεῖν, ἀγαπητοί. Ἡ νουθέτησις, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστιν καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· ‚παιδεύων[4] ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.‘ ‚Παιδεύσει[5] με γὰρ,‘ φησὶν ‚„δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον[6] δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.“ Καὶ πάλιν λέγει· ‚μακάριος[7] ἀνθρωπος, ὃν ἤλεγξεν ὁ κύριος· νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου, αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. Ἐξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεται[8] σου κακόν. Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε, καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ, κακῶν ἐπερχομένων. Ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς· θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι. Εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος, ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ. Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου], τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ. Ἐλεύσ[ῃ δὲ ἐν τά]φῳ, ὥσπερ σῖτος ὥριμο[ς, κατὰ και]ρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσ[περ θημω]νία ἅλωνος, καθ' ὥραν συ[γκομι]σθεῖσα.‘ Βλέπετε, ἀγαπητ[οὶ, ὅτι] ὑπερασπισμός ἐστιν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ [δ]εσπό[του· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδε[ύει ὁ Θεὸς], εἰς τ[ὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς διὰ τῆς ὁσίας [παι]δείας αὐτοῦ.

LVII. *Seditionis auctores presbyteris sese subiiciant, ne Deus eos perdat.*

Ὑμεῖς οὖν, οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[άγη]τε τοῖς πρεσβυτέροις[1], καὶ παι[δεύ]θητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαν[τες] τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν[2]. Μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδ[εαν]· ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν, [ἐν] τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία[3]. ‚ἰδοὺ, προήσομ[αι ὑμῖ]ν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, διδάξω [δὲ ὑμᾶς] τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπ[ειδὴ ἐκάλουν], καὶ οὐχ ὑπηκούσα[τε, καὶ ἐξέτει]νον λόγους, καὶ οὐ [προσ-

---

gitare. Comparanda sunt quae leguntur sub finem cap. 45.: [*Ο*]*ἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ ἐπλουτήθησαν καὶ ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.* Quibus statim adduntur haec (c. 46.): *τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. Γέγραπται γὰρ· ‚κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.*‘ Sancti igitur appellantur ii qui ob nomen Domini quod constanter profitebantur cruciatibus ac morte affecti sunt; ac videtur sententia verborum prope accedere ad ea, quae in Apocalypsi Ioannea de summis Sanctorum honoribus praedicantur. Sanctos autem in extremo iudicio iudicum vice functuros esse quum vulgo ut videtur Christiani sibi persuasissent (cfr. I Cor. 6, 2; Apoc. 20, 4.), non prorsus incredibile est, iam Clementis tempore illos oratos esse, ut mortis supplicium ab hominibus qui in peccatum incidissent averterent eosque auxilio suo adiuvarent. Conferri potest etiam locus aliquis qui apud Philonem reperitur Opp. ed. Mang., II, 436: *Λευτέρῳ δὲ* (sc. *παρακλήτῳ τῶν πρὸς τὸν πατέρα καταλλαγῶν*, quo homines utuntur), *τῇ τῶν ἀρχηγετῶν τοῦ ἔθνους ὁσιότητι· ὅτι ταῖς ἀφειμέναις σωμάτων ψυχαῖς ἅπλαστον καὶ γυμνὴν ἐπιδεικνυμέναις πρὸς τὸν ἄρχοντα θεραπείαν τὰς ὑπὲρ υἱῶν καὶ θυγατέρων ἱκετείας*

facimus, bona est et apprime utilis, voluntati enim divinae nos agglutinat. Sic enim dicit sacer sermo: ‚castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me; quem enim diligit Dominus, arguit; flagellat autem omnem filium, quem suscipit. Corripiet enim,' ait, ‚me iustus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.' Et rursus dicit: ‚beatus homo, quem arguit Dominus; monitionem vero Omnipotentis ne renuas; ipse enim dolere facit, et rursus restituit; percussit, et manus eius sanaverunt. Sexies de necessitatibus eruet te, et in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te a morte, in praelio vero de manu ferri solvet te, a flagello linguae abscondet te, et non timebis a malis venientibus. Iniustos et iniquos deridebis, et feroces bestias non timebis; bestiae enim ferae pacatae erunt tibi. Deinde scies, quod in pace erit domus tua, habitatio autem tabernaculi tui non deficiet. Scies autem, quod multum semen tuum, et liberi tui erunt quasi omnis herba campi. Et venies in sepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt, vel sicut acervus areae, in tempore comportatus.' Videtis, dilecti, protegi eos, qui a Domino castigantur; cum enim bonus sit, castigat nos Deus, ut sancta eius disciplina commonefiamus.

LVII. *Seditionis auctores presbyteris sese subiiciant, ne Deus eos perdat.*

Vos igitur, qui seditionis fundamenta iecistis, in obedientia subditi estote presbyteris, et correctionem suscipite in poenitentiam, genua cordium vestrorum flectentes. Discite subiici, deponentes gloriosam et superbam linguae vestrae arrogantiam; melius enim est in grege Christi parvos et bonae famae reperiri, quam nimis splendentes spe illius [Christi] eiici. Sic enim dicit sapientia omnem virtutem complectens: ‚ecce, proferam vobis mei spiritus dictionem, docebo autem vos meum sermonem. Quoniam vocabam, et non obediistis, et extendebam verba, et non atten-

---

οὐκ ἀτελεῖς εἰώθασι ποιεῖσθαι· γέρας αὐτοῖς παρέχοντος τοῦ πατρὸς τὸ ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς. Ibi quum V. T. Sancti pro mortuorum animabus intercedere dicantur, ut Deus benevole eas accipiat, haud procul abesse videtur Philo ab ipsa Sanctorum invocatione. Statuere igitur possumus, eandem doctrinam etiam a Clementis sensu non alienam fuisse. Quod tamen non tam manifestum est, ut omnem me dubitationem disiecisse existimem. Quamobrem si quis illud *καὶ τοὺς ἁγίους* interpolatori alicui adscribere malit, equidem non obstrepuerim. *Lipsius* p. 44 l. c.

4) Ps. 117, 48. Prov. 3, 12. Hebr. 12, 6.

5) Ps. 140, 5.

6) I. e. reiicio gaudia a peccatoribus mihi parata. *H.*

7) Iob. 5, 17—26.

8) Sic Edd. omnes. Codex Mstus exhibet *OY* in fine lineae, et in initio alterius *KOΨETAI*, unde Millius dat *οὐκ ὄψεται*, quo sensu equidem prorsus nescio. Apud LXX Intt. legimus sec. Cod. Alex. *οὐχ ἅψηται*, sec. Cod. Vat. *οὐ μὴ ἅψηται. Iac.*

Cap. LVII. 1) *πρεσβύτεροι* = ecclesiae praesides absque ulla distinctione, eo quidem sensu, quo saepius occurrunt in Hermae Past.

2) Haec phrasis in Patribus et Conciliis frequens, desumpta videtur ex Oratione Manassis, quam quaedam Biblia complectuntur, quamque referunt Constitutiones Apostolicae lib. 2. cap. 22. Multas vero similes in Scriptoribus sacris et Ecclesiasticis invenies. *Cot.*

3) Prov. 1, 23—31. Librum Proverbiorum etiam Clemens Alex. Strom. II, 22. p. 501. *πανάρετον σοφίαν* appellat, itemque Hegesippus, Irenaeus etc. apud Euseb. H. E. I, 22. *Cot.*

*εἴχετε], ἀλλ' ἀκύρους ἐποι[εῖτε ἐμὰς] βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμ[οῖς ἐλέγχοις] ἠπειθήσατε· τοιγαρ[οῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλεί[ᾳ ἐπιγελάσο]μαι· καταχαροῦμαι δὲ, [ἡνίκα ἂν] ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φίκηται ὑμῖν ἄφνω θ[όρυβος, ἡ δὲ] καταστροφὴ ὁμοία κ[αταιγίδι πα]ρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμ[ῖν θλῖψις] καὶ πολιορκία. Ἔσται γ[ὰρ, ὅταν ἐπι]καλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ [οὐκ εἰσα]κούσομαι ὑμῶν· ζητ[ήσουσίν] με κακοὶ, καὶ οὐχ εὑρή[σουσιν]. Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, [τὸν δὲ φό]βον τοῦ κυρίου οὐ προείλα[ντο, οὐδὲ] ἤθελον ἐμαῖς προσέχ[ειν βουλαῖς]· ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺ[ς ἐλέγχους]. Τοιγαροῦν ἔδονται τῆς [ἑαυτῶν] ὁδοῦ τοὺς καρποὺς, [καὶ τῆς ἑαυτῶν] ἀσεβείας πλησθήσον[ται] ********** ************* ιπον[4].*

LVIII. *Deus omnibus ipsum invocantibus bona spiritualia tribuat.*

Ὁ παντεπόπτης Θεὸς [καὶ] δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ κύριος [πά]σης σαρκὸς, ὁ ἐκλεξάμενος [τὸ]ν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ [εἰ]ς λαὸν περιούσιον[1], δῴη πάσῃ [ψ]υχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλο[π]ρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [π]ίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν[2] Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

LIX. *Corinthii missos a Clemente cito remittant, rescribantque de concordia restituta. Benedictio.*

Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύδιον Ἔφηβον καὶ Οὐαλέριον Βίτωνα, σὺν καὶ Φορτουνάτῳ[1], ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον τὴν εὐκταίαν καὶ ἐπιποθήτην[2] ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῆ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ α'[3].

---

4) Iunius, cui forte codicem conferre contigit, priusquam a bibliopego anglico praescissus fuerat et in corio compactus, diserte statuit, folium integrum hoc loco excidisse. *Iac.* Fortasse nonnulla, quae, ab antiquis e Clemente Romano citata, in Epistola nostra non leguntur, huius lacunae spatium olim explerunt. *H.*

Cap. LVIII. 1) Imitatur Paulum ad Tit. 2, 14. At Paulus e LXX hanc loquutionem mutuavit. *Dav.*

2) Hic, suspicari licet, unus est ex

distis, sed irrita fecistis mea consilia, et meis increpationibus rebelles fuistis; itaque et ego vestra perditione ridebo, gaudebo autem, cum venerit vobis interitus, et quoties advenerit vobis subito tumultus, eversio autem similis procellae affuerit, vel cum venerit vobis tribulatio et oppressio. Erit enim, cum invocabitis me, ego autem non exaudiam vos; quaerent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam, timorem autem Domini non assumserunt, neque volebant meis attendere consiliis; subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viae suae fructus, et sua ipsorum impietate saturabuntur******** **********

LVIII. *Deus omnibus ipsum invocantibus bona spiritualia tribuat.*

Inspector omnium Deus, et Dominus spirituum et herus universae carnis, qui elegit Dominum Iesum Christum, et nos per eum in populum peculiarem, det omni animae, quae gloriosum et sanctum nomen eius invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, aequanimitatem, continentiam, castitatem et pudicitiam, ut nomini eius recte placeat, per summum sacerdotem et patronum nostrum Iesum Christum, per quem illi gloria, maiestas, potestas, honor, et nunc et in secula seculorum. Amen!

LIX. *Corinthii missos a Clemente cito remittant, rescribantque de concordia restituta. Benedictio.*

Missos autem a nobis Claudium Ephebum et Valerium Bitonem cum Fortunato in pace cum gaudio ad nos brevi remittite, ut citius optabilem nobisque desideratissimam pacem et concordiam annuntient, ut et nos de statu vestro recte ordinato citius gaudeamus. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum et cum omnibus ubique vocatis a Deo et per ipsum; per quem illi gloria, honor, potentia, maiestas et dominatio sempiterna, a seculis in secula seculorum. Amen!

Clementis ad Corinthios Epistola I.

---

iis locis quae Photio displicuerunt, Biblioth. 126. At eodem modo S. Paulum et B. Ignatium de Christo locutos esse demonstrat Wottonus. Vide supra c. 36. *Iac.* Cfr. Hebr. 4, 15. 2, 17. 3, 1. 10.

Cap. LIX. 1) Forsan legendum *σὺν Γαΐῳ Φορτουνάτῳ;* nam Ephebo et Vitoni sunt data sua praenomina. *Dav. Fortunatus* idem esse videtur, qui a I. Paulo memoratur I Cor. 16, 17. *Wott.*

2) Non est, quod ea Codicis forma cum nonnullis vulg. mutemus in *ἐπιπόθητον.*

3) Wottono et Iacobsono testibus ita subscribitur in Ms.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β.[1]

I. *Magnifice de Christo, qui ad salutem nos vocavit, sentiendum est.*

Ἀδελφοί, οὕτως δεῖ ὑμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ[2] ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας[3] ἡμῶν· ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν. Καὶ οἱ ἀκούοντες, ὥσπερ μικρῶν[4], ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες, πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν, ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον, οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; Πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια[5]; Τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο· ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσηγόρευσεν· ἀπολυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. Ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν, ἢ μισθὸν[6] ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; πηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν, ἔργα ἀνθρώπων· καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι ἐκεῖνο, ὃ περικείμεθα, νέφος τῇ αὐτοῦ θελήσει. Ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχοντας σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν[7] γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

II. *Ecclesia, prius sterilis, vocatione gentium mire foecunda.*

Εὐφράνθητι[1], στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.' Ὃ εἶπεν· Εὐφράνθητι, στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα,' ἡμᾶς εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ὃ δὲ εἶπεν· βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα,' τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν

1) Alius alium huius Epistolae titulum de suo evulgavit, cum in Codice Ms. extet nullus. Primum tamen versum Ἀδελφοὶ οὕτως δεῖ ὑμᾶς φρονεῖν literis miniatis ibidem habes exaratum.

2) Ioann. 5, 22. 27. Act. 10, 42. 17, 31. II Tim. 4, 1.

3) Μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας, ut Iudaei, Messiae regnum in *terris* somniantes. Tortinus emendat περὶ τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Idem arbitratur Clementem in animo habuisse Ebionaeos. *Iac.*

4) Sententia non absoluta esse videtur, quare iam Iun., Colom. et alii proposuerunt Καί τοι ἀκούοντες ὡς περὶ

CLEMENTIS

EPISTOLA II.

I. *Magnifice de Christo, qui ad salutem nos vocavit, sentiendum est.*

Fratres, ita sentire vos oportet de Iesu Christo, tanquam de Deo, tanquam de iudice vivorum et mortuorum; nec decet nos humilia sentire de salute nostra; dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam nos accepturos speramus. Quique negligenter haec audimus, quasi tenuia sint, peccamus, nescientes, unde vocati simus et a quo et in quem locum, et quanta sustinuerit Iesus Christus pati propter nos. Quam igitur nos ei dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum, quae nobis ipse dedit? Quanta vero ei debemus beneficia? Nam lucem nobis largitus est; tanquam pater filios nos appellavit; pereuntes nos servavit. Qualem ipsi laudem tribuemus, aut mercedem, qua compensemus quae accepimus? qui mente eramus debiles, adorantes lapides et ligna et aurum et argentum et aes, hominum opera; et tota vita nostra nihil aliud erat, quam mors. Obscuritate igitur circumdati, et visum tali caligine plenum habentes, oculos recuperavimus, eam nebulam, qua cingebamur, illius voluntate deponentes. Nam miseratus est nos, et visceribus commotus salvos fecit, cum spectasset in nobis multum errorem atque interitum, nec ullam nos habere spem salutis, nisi eam, quae ab ipso est. Vocavit enim nos, qui non eramus, et voluit e nihilo esse nos.

II. *Ecclesia, prius sterilis, vocatione gentium mire foecunda.*

‚Laetare sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis; quoniam multi filii desertae, magis quam eius, quae habet virum.‘ Quod dixit: ‚laetare sterilis, quae non paris,‘ nos indicat; sterilis enim erat ecclesia nostra, antequam ei dati essent filii. Quod vero dixit: ‚clama, quae non parturis,‘ hoc dicit: preces nostras plane ad Deum refe-

---

μικρῶν, Boisius *Καὶ εἰ ἀκούομεν τῶν περὶ Χριστοῦ, ὥσπερ μικρῶν*, Wottonus *Καὶ ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες τούτων, ὥσπερ μικρῶν*, Birrius *Καὶ οἱ παρακούοντες, ωσπερ μικρῶν*, cuius sensum versio latina reddit. Nolte coni. *καὶ ὧν ἀκούοντες*.

5) Ὅσια = *beneficia*, ut saepius apud LXX. *II.* Potius = *iusta, officia, munia, iura*, omnino id quod inviolabile est atque sanctum.

6) Ps. 115, 3.

7) Rom. 4, 17. Osee 2, 23. Rom. 9, 25.

Cap. II. 1) Isai. 54, 1. Gal. 4, 27.

ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ ὡς αἱ ὠδίνουσαι ἐκκακῶμεν[2]. Ὁ δὲ εἶπεν· ‚ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα‘· ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες πλείονες[3] ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει· ‚ὅτι[4] οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.‘ Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γὰρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστὸν, οὐ τὰ ἑστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα. Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι[5] τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς, ἐλθὼν καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

III. *Confiteamur Christum, facientes mandata eius, et ex corde eum honorantes.*

Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς, οἱ ζῶντες, τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι, δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτός· ‚τὸν ὁμολογήσαντά με[1] ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου.‘ Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν αὐτὸν[2] ὁμολογήσωμεν, δι' οὗ ἐσώθημεν. Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; Ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας[3] καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· ‚ὁ λαὸς οὗτος[4] τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.‘

IV. *Quis Christum vere confiteatur.*

Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς. Λέγει γάρ· ‚οὐ[1] πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην.‘ Ὥστε οὖν, ἀδελφοὶ, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾶν ἑαυτοὺς[2], ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλο[μεν], καὶ μὴ φιλαργυρεῖν. Ἐν τ[ού]τοις ἔργοις ὁμολογῶμεν [αὐτὸν][3], καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι το[ὺς] ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν. Δ[ιὰ] τοῦτο, ταῦτα ἡμῶν πρασσόν[των], εἶπεν ὁ κύριος· ‚ἐὰν[4] ἦτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μο[υ], καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[υ], ἀποβαλῶ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν· ὑπάγετε[5] ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστὲ, ἐργάται ἀνομίας.‘

V. *Contemnamus mundum, et contendamus ad alterius vitae felicitatem.*

Ὅθεν, ἀδελφοὶ, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελ-

---

2) Sic coniecit Cotelerius. Lectionem Msti *ἐγκακῶμεν* retinet Iacobsonus c. Wottono vertenti: ‚ut preces nostras simpliciter ad Deum perferamus, neque, ut parturientes, vociferemur.‘ Vertit Gallicciolli: *Giubila tu che non provavi i dolori del parto,* vuol significare che noi offriamo le nostre preghiere a Dio senza fastidj, come fanno le partorienti.

3) Ita loquens se Gentilem indicat, non Iudaeum. *Coustant.*

4) Matth. 9, 13. Luc. 5, 32.

ramus, non — parturientium instar — deficientes. Quod autem dixit: ‚quia multi filii desertae, magis quam eius, quae habet virum;' id dixit, quoniam populus noster desertus esse videbatur et Deo orbatus, nunc vero, cum credimus, plures facti sumus iis, qui Deum habere censebantur. Alia quoque Scriptura ait: ‚non veni vocare iustos, sed peccatores.' Hoc dicit, quod debeat pereuntes servare. Id enim magnum et admirabile est: fulcire, non quae stant, sed quae cadunt. Sic et Christus servare voluit pereuntia, et multos servavit, veniens vocansque nos iam pereuntes.

III. *Confiteamur Christum, facientes mandata eius, et ex corde eum honorantes.*

Cum igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit: primo quidem, quod nos, qui vivimus, diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos, sed per ipsum cognovimus patrem veritatis; quaenam est cognitio ad eum perducens, nisi ut non negemus illum, per quem eum cognovimus? Ait vero etiam ipse: ‚qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo.' Haec est itaque merces nostra, si eum confitemur, per quem servati sumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quae dicit, et mandata illius non spernendo, nec solum labiis eum honorando, sed ex toto corde et ex tota mente. Dicit enim in Esaia: ‚populus iste labiis me honorat; cor autem eorum longe abest a me.'

IV. *Quis Christum vere confiteatur.*

Non solum igitur ipsum vocemus Dominum; id enim non salvabit nos. Dicit enim: ‚non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, salvabitur, sed qui facit iustitiam.' Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur, in diligendo alii alios, in non adulterando, neque obtrectando invicem, neque aemulando, sed vivendo in continentia, misericordia, bonitate; et compassione mutua duci debemus, non pecuniae cupiditate. In hisce operibus confiteamur eum, non autem in contrariis; nec timendi nobis sunt homines, sed Deus. Idcirco nobis haec facientibus dixit Dominus: ‚si fueritis mecum congregati in sinu meo, et non feceritis mandata mea, abiiciam vos, et dicam vobis: discedite a me, nescio vos, unde sitis, operarii iniquitatis.

V. *Contemnamus mundum, et contendamus ad alterius vitae felicitatem.*

Idcirco, fratres, derelicta peregrinatione mundana, faciamus voluntatem eius, qui vocavit nos, et ex mundo hoc exire non timeamus. Ait

5) Matth. 18, 11.

Cap. III. 1) Matth. 10, 32.

2) Ita Wott. Ms. *οὖν*, male. Nihil mutat Birrius; nam *οὖν* = *τοίνυν*. *Gall.*

3) Matth. 22, 37.

4) Isai. 29, 13.

Cap. IV. 1) Matth. 7, 21.

2) Ita Ms. i. e. *ἀλλήλους*. Cfr. infra c. 12 et Ep. I. c. 14. Libb. impr. *αὐτοὺς*, cuius loco *αὐτὸν* i. e. *τὸν Κύριον*, substituunt Iunius, Colomesius et Wottonus. *Iac.*

3) Ms. membrana heic lacerata, et teste Iacobsono a bibliopego anglicano inhumaniter abscissa. Unde alii *Θεὸν* substituunt, vel praeeunte Iunio *τὸν Θεὸν*, vel *αὐτὸν* auctore Rothio.

4) Non est in S. Scriptura. Forsitan ex Evangelio secundum Aegyptios. *Wott.*

5) Matth. 7, 23. Luc. 13, 27.

θεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ κύριος· ‚ἔσεσθε[1] ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων.‘ Ἀποκριθεὶς[2] δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· ‚ἐὰν[3] οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία;‘ Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· ‚μὴ φοβείσθωσαν[4] τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά, καὶ[5] ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν· ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦ βαλεῖν εἰς γεένναν πυρός.‘ Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου[6]. Τί οὖν ἐστὶν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὅσιος καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; Ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα ἀποπίπτομ[εν] τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

VI. *Seculum praesens et futurum duo inimici. Spreto illo, hoc diligamus. Aliter nulla salutis spes.*

Λέγει δὲ ὁ κύριος· ‚οὐδεὶς οἰκέτης[1] δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύε[ιν].‘ Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ Θεῷ δ[ουλ]εύειν καὶ μαμωνᾷ, ἀσύμφο[ρ]ον ἡμῖν ἐστίν. ‚Τί[2] γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ;‘ Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν καὶ φθορὰν καὶ φιλαργυρίαν καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. Οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρᾶσθαι[3]. Οἰώμεθα[4], ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· ‚ὅτι[5] ἐὰν ἀναστῇ Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.‘ Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς, ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; Ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια;

VII. *Certandum est nobis, ut coronemur.*

Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ ἀιὼν[1], καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέουσιν[2] πολλοί, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. Ὥστε θῶμεν[3] τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν, ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς

Cap. V. 1) Matth. 10, 16.

2) De dicto Christi lego Luc. 10, 3; at de tali colloquio Christi cum Petro, quale hic commemoratur, reperio nihil. Fortasse sumta sunt ex Apocrypha aliqua Historia. Rvtr.

3) Luc. 10, 3.

4) Frustra in S. Scriptura quaeritur. Locus ergo interpolatus.

5) Matth. 10, 28. Luc. 12, 4. 5.

6) Omnino legendum ἀιώνιος: hanc enim opponit ἐπιδημίᾳ τῇ ἐν κόσμῳ

enim Dominus: ‚eritis velut agni in medio luporum.' Respondens autem Petrus ei ait: ‚si autem lupi agnos discerpserint?' Respondit Iesus Petro: ‚ne timeant agni post mortem suam lupos, et vos nolite timere eos, qui occidunt vos, et deinde nihil vobis possunt facere; sed timete eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animae et corporis, ut mittat in gehennam ignis.' Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis huius in hoc mundo brevis est ac parvi temporis; promissio autem Christi magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitae aeternae. Quid igitur faciendo ea consequi poterimus, nisi sancte iusteque vivendo ac operando, et mundana haec tanquam aliena putando, nec illa concupiscendo? Dum enim ea possidere concupiscimus, excidimus a via iusta.

VI. *Seculum praesens et futurum duo inimici. Spreto illo hoc diligamus. Aliter nulla salutis spes.*

Dicit autem Dominus: ‚nullus servus potest duobus dominis servire.' Si nos volumus et Deo servire et mamonae, incommodum nobis est. ‚Nam quae utilitas, si quis universum mundum lucretur, animam autem detrimento afficiat?' Porro hoc seculum et futurum sunt duo inimici. Illud praedicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem; hoc vero istis renuntiat. Non ergo possumus amborum amici esse; oportet autem, ut illi valedicentes hoc utamur. Putemus melius esse, quae hic sunt odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia sunt; illa autem diligere, utpote bona et incorrupta. Facientes enim voluntatem Christi, requiem inveniemus; sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus. Dicit enim Scriptura in Ezechiele: ‚si Noe et Iob et Daniel resurgant, non eruent liberos suos, qui sunt in captivitate.' Quodsi tantopere iusti viri non possunt iustitiis suis eruere liberos suos, nos, nisi baptisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei? Aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia et iusta habentes?

VII. *Certandum est nobis, ut coronemur.*

Quocirca, fratres mei, certemus, scientes quia saeculum militia est, et quia ad corruptibilia certamina multi adpellunt, sed non omnes coronantur nisi qui plurimum laboraverint et praeclare certarint. Nos igitur certemus, ut omnes coronemur. Ergo curramus viam rectam, certamen incorruptibile, et multi ad ipsum navigemus atque certemus, ut et

---

τούτῳ, quam *μικρὰν* et *ὀλιγοχρόνιον* dixit. *Dav.*

Cap. VI. 1) Matth. 6, 24. Luc. 16, 13.

2) Matth. 16, 26.

3) Ita Ms., *χρῆσθαι* Iun., Colom. et alii vulg.

4) Ms. *οἰόμεθα*, litt. *ω* et *ο* hoc quoque permutatis.

5) Ezech. 14, 14. 20.

Cap. VII. 1) Ita Ms., *ἀγὼν* malunt Fell., Cotel., Coust., Colom., idque Schoenemannus exhibet in contextu. Nil mutes. Nam *ἐν χερσὶν εἶναι* = *pugnare; in manibus interfecerunt* = *inter pugnandum.* Cfr. Iob. 7, 6.

2) F. *καταπαλαίουσιν*, *lucta vincunt. Wott.* Nihil mutant Birrius et Freyius, quibus elegans videtur significatio *navigationis* ad situm Corinthi, ubi ludi Isthmici celebrabantur. *Gall.*

αὐτὸν καταπλεύσωμεν καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα [κ]αὶ στεφανωθῶμεν. Καὶ εἰ [μ]ὴ δυνάμεθα ἅπαντες στεφα[ν]ωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς[4] αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου. Τί δοκεῖτε; Ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί παθεῖται; Τῶν γὰρ μὴ τηρησάντων, φησὶν, τὴν σφραγῖδα[5] ‚ὁ σκώληξ[6] αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.‘

VIII. *Quamdiu in hoc mundo sumus, poenitentiam agamus et carnem castam servemus.*

Ὡς[1] οὖν ἐσμὲν ἐπὶ γῆς, μετανοήσωμεν· πηλὸς γὰρ ἐσμεν εἰς τὴν χεῖρα τοῦ τεχνίτου. Ὃν τρόπον γὰρ ὁ κεραμεὺς, ἐὰν ποιῇ σκεῦος, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ διαστραφῇ ἢ συντριβῇ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσει· ἐὰν δὲ προφθάσῃ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βοηθήσει αὐτῷ· οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρὰ, μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι. Ὥστε, ἀδελφοὶ, ποιήσαντες τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλάξαντες, ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. Λέγει γὰρ ὁ[2] κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· ‚εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; Λέγω γὰρ ὑμῖν· ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.‘ Ἄρα οὖν τοῦτο λέγει· ‚τηρήσατε[3] τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολάβητε.‘[4]

IX. *In carne iudicabimur; ergo praeparemus nos in tempore.*

Καὶ[1] μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται, οὐδὲ ἀνίσταται. Γνῶτε, ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες. Δεῖ[2] οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. Ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. Ὡς[3] Χριστὸς ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα[4], ἐγένετο σὰρξ, καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀπολῃψόμεθα τὸν μισθόν. Ἀγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὡς[5] ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. Ποίαν; Τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. Προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ.

---

3) *τρέχωμεν* mavult Iun., *θέωμεν* Cot. et Colom. pro coniectura in marg. Sic alii vulg. Wottonus leg. putat *Ὥστε θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν εἰς ἀγῶνα κτλ.* Davius mallet *βῶμεν*. Birrius: *θῶμεν* relinquo B. Clementi, verum a *τίθημι* natum: *ponamus vel proponamus viam rectam pro curriculo nobis* i. e. viam virtutis, quod incorruptum certamen interpretatur.

4) Nolte coni. *δέρεται*, *verberatur*, collato ep. Ignat. ad Polyc. c. 3.

5) *Baptismum* intelligas. Cfr. Ep. Barnabae c. 9. not. 24.

6) Isai. 66, 24.

Cap. VIII. 1) Nolte mavult *ἕως*. Ita Hef. edidit in ed. IV.

2) ὁ art. Wott. restituit ex Ms. Cfr. Luc. 16, 10—12. Apud Iren. II, 64. (34. p. 169. ed. Massuet.) locus recita-

coronemur. Etsi non possumus omnes coronari, saltem prope coronam simus. Scire vos oportet, quod, qui certamen corruptibile certat, si inveniatur corrumpens et peccans, flagellatus aufertur et extra stadium proiicitur. Quid vobis videtur? Qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur? De iis enim, qui sigillum non servaverint, ait: ‚vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur; et erunt in visionem omni carni.‘

VIII. *Quamdiu in hoc mundo sumus, poenitentiam agamus et carnem castam servemus.*

Quamdiu ergo in terris degimus, poenitentiam agamus; lutum quippe sumus in manu artificis. Quemadmodum enim figulus, si vas fecerit, illudque in manibus eius distortum fuerit aut contritum, rursus illud refingit; sin vero illud in fornacem ignis mittere praefiniverit, non amplius ei succurret; ita et nos, quamdiu in hoc mundo sumus, peccatorum, quae in carne gessimus, ex toto corde poenitentiam agamus, ut a Domino salvemur, dum ponitentiae tempus habemus. Postquam enim e mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri, aut poenitentiam agere. Quare, fratres, voluntatem Patris facientes et carnem castam servantes et mandata Domini custodientes consequemur vitam aeternam. Dicit enim Dominus in Evangelio: ‚si parvum non servastis, quis magnum vobis dabit? Dico enim vobis: qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est.‘ Hoc ergo dicit: ‚servate carnem castam, et sigillum immaculatum, ut recipiatis vitam aeternam.

IX. *In carne iudicabimur; ergo praeparemus nos in tempore.*

Et nemo vestrum dicat, quod haec caro non iudicatur, neque resurgit. Agnoscite, in quo servati estis, in quo visum recepistis, nisi dum in hac carne vivitis. Nos ergo decet carnem sicut templum Dei custodire. Quemadmodum enim in carne vocati estis, ita in carne venietis. Quemadmodum Christus Dominus, qui nos servavit, cum primum esset spiritus, caro factus est, atque sic vocavit nos; ita etiam nos in hac carne mercedem recipiemus. Diligamus igitur nos invicem, ut veniamus omnes in regnum Dei. Donec tempus habemus, in quo sanemur, dedamus nos medico Deo, remunerationem ipsi tribuentes. Quam? Poenitentiam ex sincero corde. Namque praescius omnium est,

---

tur: *si in modico fideles non fuistis, quod magnum est, quis dabit vobis?* Grabius haec ex Evang. secundum Aegyptios prodisse suspicatur.

3) Modus dicendi eiusmodi est, ut cum Wottono statuendum videatur, non esse haec directam Evangelii orationem, sed potius Clementis antecedentium interpretamentum, quomodo frequenter occurrit in Ep. Barnabae.

4) *ἀπολάβωμεν* in Ms. est. Idem defendit Nolte collato Rom. 7, 4. Editores vero plerique praeeunte Iunio mutarunt in *ἀπολάβητε*. Nobiscum facit Hef. ed. IV.

Cap. IX. 1) I Cor. 15, 12.

2) I Cor. 3, 16. 6, 19.

3) Ita c. Millio leg. videbant Davisius, Freyius, Schoenemannus et alii ob apodosin, *εἰς* Ms.

4) *Πνεῦμα = τὸ θεῖον ἐν Χριστῷ*, ut apud Pastorem Hermae lib. III. Sim. 5, 5. Baumgarten-Crusius, Lehrb. d. Dogmengesch. II. p. 1052. *H.* Cfr. I Petr. 1, 11. Theophil. ad Autolyc. 2, 14.

5) Gal. 6, 10.

Δῶμεν οὖν αὐτῷ αἶνον[6], *μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς υἱούς. Καὶ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· ‚ἀδελφοί μου*[7] *οὗτοί εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου.‘*

X. *Vitio relicto virtutem persequamur, et bona promissa mundanis praeponamus deliciis.*

Ὥστε, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοίπορον τῶν ἁμαρτιῶν[1] *ἡμῶν, καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ κακά. Ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ ταύτην γαρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον*[2], *οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, προηρημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν. Ἀγνοοῦσιν γὰρ, ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν· νῦν δὲ ἐπιμένουσιν κακοδιδασκαλοῦντες τὰς ἀναιτίους*[3] *ψυχὰς, οὐκ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἕξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν.*

XI. *Divinis promissis fidem habentes serviamus Deo, et erit nobis beatitudo aeterna.*

Ἡμεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ τοῦ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς [τῇ] ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωρ[οι] ἐσόμεθα. Λέγει γὰρ καὶ ὁ προ[φη]τικὸς λόγος· ‚ταλαίπωροί[1] *εἰσ[ιν] οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τ[ῇ] καρδίᾳ, οἱ λέγοντες· ταῦτα πά[ντα] ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατ[έ]ρων ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ*[2] *ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι οὐδὲν τούτων ἑωράκαμεν*[3]. *Ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον. Πρῶτον μὲν φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. Οὕτως καὶ ὁ λαός μου ἀκαταστασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν· ἔπειτα ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά.‘ Ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάστῳ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, ‚ἃς*[4] *[οὓς] οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.‘*

XII. *Exspectemus quotidie regnum Dei.*

Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ’ ὥραν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ, ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τοῦ

---

6) Ita Fell. et alii. Ms. *ἀιώνιον*. Birrius affirmat, scripsisse Clementem *αἶνον αἰώνιον. Gall.*

7) Matth. 12, 50.

Cap. X. 1) *τιμωριῶν* Iunio coniectante in marg. exhibent Col., Colom. aliique, Boisius mavult *τῆς ἀπωλείας*. Gallandio auctor ad illud Iacobi 1, 15. *ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν* respexisse videtur.

2) Ms. habet *ΑΝΟΝ*. i. e. *ἄνθρωπον*, forte pro *ΑΝΘΝ*, i. e. *ἂν Θεόν*. Ita Wott., qui legendum esse putat: *οὐκ ἔστιν (αὐτοῖς) εὑρεῖν ἂν Θεὸν*

et quae in corde nostro versantur novit. Demus itaque illi laudem, non ab ore solum, sed etiam ex corde, ut nos tanquam filios suscipiat. Etenim dominus dixit: ‚fratres mei sunt ii, qui faciunt voluntatem patris mei.‘

X. *Vitio relicto virtutem persequamur, et bona promissa mundanis praeponamus deliciis.*

Ergo, fratres mei, faciamus voluntatem patris, qui vocavit nos, ut vivamus; et persequamur potius virtutem, vitium autem derelinquamus, veluti praecursorem scelerum nostrorum; et fugiamus impietatem, ne nos mala comprehendant. Nam si bene agere studuerimus, consectabitur nos pax. Hanc ob causam eam [pacem] non reperient homines, qui humanis timoribus ducuntur, praeponentes voluptatem praesentem repromissioni futurae. Ignorant enim quantum habeat tormentum huius seculi voluptas, et quales habeat delicias futura promissio. Ac quidem, si ipsi soli ista facerent, tolerabile esset; iam vero perseverant, insontes animas pravis doctrinis imbuere, nescientes quod duplicem habebunt condemnationem, et ipsi, et qui audiunt eos.

XI. *Divinis promissis fidem habentes serviamus Deo, et erit nobis beatitudo aeterna.*

Nos ergo in corde puro Deo serviamus, et erimus iusti; quodsi autem non servierimus, non credendo promissis Dei, miseri erimus. Dicit enim et sermo propheticus: ‚miseri sunt, qui animo duplices et corde dubii sunt, qui dicunt: haec omnia audivimus etiam tempore patrum nostrorum; nos vero diem de die exspectantes nihil horum vidimus. O fatui, comparate vos arbori; vitem sumite. Primum quidem foliis nudatur, germen postea fit, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura. Ita et populus meus agitationes et pressuras tulit; deinde bona excipiet.‘ Itaque, fratres mei, animo ne duplices simus, sed sperantes sustineamus, ut et mercedem reportemus. Fidelis enim est qui pollicitus est, se unicuique redditurum secundum opera eius. Si ergo fecerimus iustitiam coram Deo, in regnum illius ingrediemur, et accipiemus promissiones, ‚quas auris non audivit, nec oculus vidit, quaeque in cor hominis non ascenderunt.‘

XII. *Exspectemus quotidie regnum Dei.*

Igitur in horas regnum Dei exspectemus in charitate et iustitia, quandoquidem nescimus diem adventus Dei. Interrogatus enim a quodam

---

κτλ. Forte legendum: *οὐκ ἔστιν εὑρεῖν* [*αὐτὴν* sc. *τὴν εἰρήνην*] *ἄνθρωπον* [pro *ἀνθρώπους*] *κτλ. H.* Ita iam Gallicciolli locum luxuriatum restituit, puncto, quod vulg. post *ἄνθρωπον* legebatur, in virgulam mutato. Nolte deleto *ἄνθρωπον* legi vult *αὐτήν*.

3) Cfr. Ign. ad Eph. c. 16.

Cap. XI. 1) Eadem legimus supra in Clem. I. Ep. ad Cor. c. 23.

2) Voc. *υἱοὶ* Wott. praepostere hic inseruit, literis quibusdam Msti interlinearibus parum intellectis.

3) Wottonus eodem errore seductus interponit *ἔτι*.

4) Cfr. Isai. 64, 4. I Cor. 2, 9.

Θεοῦ. Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπό τινος[1]*, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· ‚ὅταν ἔσται τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ.‘ Τὰ δύο δὲ ἕν ἐστιν, ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς*[2] *ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή. Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, τοῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ δὲ ἔξ[ω] τὸ σῶμα λέγει. Ὃν τρόπον οὖν σου τὸ σῶμα φαίνεται, οὕτως καὶ ἡ ψυχή σου δήλη*[3] *ἔστω ἐν [τοῖς] καλοῖς ἔργοις. Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ, τοῦτ[ο]*[4] ***************

Cap. XII. 1) *Πυνθανομένης τῆς Σαλώμης* ap. Clem. Alex. Strom. III, 13. p. 553. Quae ad Salomen dicta sunt. in Evangelio secundum Aegyptios haberi, idem Clem. Alex. existimat (l. l. c. 9.)

ipse Dominus, quando venturum esset regnum ipsius, dixit: ‚cum duo erunt unum, et quod foris ut id quod intus, et masculum cum femina, neque mas neque femina. ‚Duo' autem sunt ‚unum,' quando alter ad alterum loquemur veritatem, et in duobus corporibus sincere et absque simulatione fuerit una anima. ‚Et quod foris est, ut quod intus,' hoc ait: animam vocat, ‚quod intus;' et corpus, ‚quod foris.' Quomodo igitur corpus tuum conspicuum est, ita et anima tua manifesta sit in bonis operibus. ‚Et masculum cum femina, neque mas neque femina,' hoc **********

---

2) I. e. ἀλλήλοις. (Cfr. supra c. 4. not. 2.

3) δῆλος Ms.

4) Reliqua (in Codice desiderantur. Huius autem loci supplementum petas ex Clem. Alex. Strom. III. c. 9.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.[1]

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[2]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος[3], *τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει*[4] *Θεοῦ πατρὸς πληρώματι*[5], *τῇ προωρισμένῃ*[6] *πρὸ αἰώνων, εἶναι*[7] *δια παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον, ἡνωμένην*[8] *καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας*[9], *πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι*[10] *χαίρειν.*

---

1) Titulum debes Codici Laurentiano Mediceo), qui quidem *α' τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπιστολαὶ σμυρναίοις* in fronte fert notatum; *τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου σμυρναίοις*: — *α'* inscriptio est Cod. Casanatensis. Titulum enim in utroque Ms. excipit Epistola ad Smyrnaeos. Tria sunt, quae Ignatii Epistolae, si excipias illam ad Romanos datam, praecipue spectant. Idcirco bellum indicunt *τοῖς σαββατίζουσι* = Iudaizantibus in Christi evangelio, monarchiam episcopalem commendant, quia in concordia atque unione cum ecclesiae praesidibus unice salus sit, unde quoque, quicumque *αἱρέσεις* Christi gregi inferre tentent, reiiciendi sint omnes.

2) Ita inscribo c. C L et Holstenii apographo, ubi est *πρὸς ἐφεσίους Ἰγνάτιος*: — Ad oram numerus $\overline{\Gamma}'$. Etiam Cod. Caien. *Ignatius Ephesiis.* Deest nom. *ΙΓΝΑΤΙΟΣ* in versione Armen. et libb. impr. Cum Ignatius Antiochia vinctus Romam perduceretur, Smyrnam appulit, ubi Polycarpus fuit episcopus. Ephesii eo Onesimum episcopum cum diacono Burrho, Croco, Euplo, Frontone miserunt ad eum salutandum. Unde Ignatius occasionem capit caritatis eorum celebrandae (c. 1. 21. 2.). Monet eos deinde, ut omnes uniti in ecclesiae disciplina perseverantes episcopo et presbyterio obediant (c. 3 — 6.), caveantque a fatuis atque pravis doctrinis (c. 7—10.). Sequitur Epistolae pars admonitoria, quae in singularum rerum eo spectantium disquisitione uberius versatur (c. 11—20.). — Prooemium et primum huius Epistolae caput, nonnullis parvi momenti exceptis, Syrus (ap. Cureton) vertit. Ex eo et Armenio (ap. Petermannum), quae maioris ponderis esse videbantur, lectiones adnotavi.

3) Cfr. Wernsdorf, de Ignatio *Θεοφόρῳ*, in eiusdem Memoria C. Timothei Seidelii, Helmst. 1758. 4. Vocabulum *Θεοφόρος* in omnibus epistolis Ignatianis ab alio quodam additum putat Düsterdieck, *de Ignat. epist. authentia.* Gotting. 1843. p. 89. *H.* Düsterdieckii librum me non vidisse doleo. Similem laudem sui ipsius contradicere modestiae atque humilitati (Ep. ad Magn. c. 11. 12 et 14.) facile aliquis crediderit illius, qui pluries (infra c. 8. et alibi) infra c. 3. semet ipsum adeo *περίψημα* affirmet. Illud

SANCTI IGNATII

EPISTOLAE.

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae merito beatae, quae est Ephesi in Asia — benedictae Dei patris magnitudine cum plenitudine, praedestinatae ante secula, ut in permanentem et immutabilem gloriam semper esset unita, et vera passione, per voluntatem Patris et Iesu Christi, Dei nostri, electa — plurimam in Iesu Christo et in gratia perfecta salutem.

AD EPHESIOS.

*Ignatius, qui et Theophorus, benedictae in magnitudine Dei Patris cum plenitudine, praedestinatae ante secula, ut sit semper in gloria durabilis, incommutabilis, unita et electa, in vera passione, in voluntate Dei Patris et Iesu Christi Dei nostri; Ecclesiae merito beatissimae, quae est Ephesi in Asia, plurimam in Iesu Christo et gratia irreprehensibili salutem.

Σαῦλος ὁ καὶ Παῦλος (Act. 13, 9.) parum commode comparatur, cum propter adliterationem, quam dicunt, vix casu effectam, tum ob allegoriam utriusque vocis proprio significatui insitam. *Fuisse* tamen Ignatium *ἐκ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν* unum, nemo certe negabit. Alii quoque longe eo inferiores illud sibi epitheton apud *alios* meruerunt. Cfr. Epiphanii monachi et presbyteri Edita et Inedita cura A. Dressel p. 45. *ἔδοξε κἀμοὶ ποθοῦντι καὶ ζητοῦντι ὧδε κἀκεῖσε, ἐρευνῆσαι καὶ ἐκλέξασθαι παρὰ αὐτοπτῶν καὶ θεοφόρων ἀνδρῶν τὰ περὶ τούτων, ἀπό τε Κλήμεντος Ῥώμης καὶ Εὐαγρίου Σικελοῦ καὶ Ἐπιφανίου τῆς Κύπρου.*

4) Cfr. Eph. 1, 19. I Cor. 2, 5.

5) *Καὶ πληρώματι* Interpolator vulg., Syrus et vet. Int. lat. Exclusimus particulam c. Codd. C L, sicuti c. nostris recens. prolixioris B F O R V et Armenio, id quidem absque sententiarum nexus iniuria. Cfr. Eph. 3, 19.

6) Cfr. Eph. 1, 4. 3, 11.

7) *εἶναι*, a Vossio omissum, ex C L; legitur quoque ap. Interpol. et in versionibus.

8) Cfr. Eph. 4, 3 sqq.

9) Vocc. *τῆς Ἀσίας* ab Armenio transposita, Syrus non leg.

10) *H.* ed. IV. *χαρᾷ*: ‚ita ex interpolatore et versionibus Syr. et Arm. restituendum est.‘

*) Altera versio harum Ign. epistolarum debetur Holstenio. Distinximus ubique praefixa stellula. Praeterea cf. Prolegg.

I. *Laus Ephesiorum ob legationem ipsi missam. Laus Onesimi.*

Ἀποδεξάμενος[11] ἐν Θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα[12], ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ σωτῆρι ἡμῶν. Μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες[13] ἐν αἵματι Θεοῦ[14], τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε. Ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος[15], ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι τοῦ[16] ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος Θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν. Ἐπεὶ[17] οὖν τὴν πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ[18] ἐπισκόπῳ· ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾶν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

II. *Laus reliquorum legatorum. Exhortatio ad obedientiam erga episcopum et presbyterium.*

Περὶ[1] δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούρρου[2], τοῦ κατὰ Θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσιν[3] εὐλογημένου, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ Κρόκος δὲ, ὁ Θεοῦ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέ-

---

11) Vocc. *Ἀποδεξάμενος — ἡμῶν* transeundo inserviunt ex prooemio ad ipsam Epistolam, suntque iungenda cum *χαίρειν* sc. *λέγει*. Cfr. infra ad Smyrn. c. 1. *Λοξάζων* et lectionem Cod. Ottoboniani *δεδυνημένος* p. *δεδύνημαι* in summo c. 1. Hom. I Clementis ad Rom. ed. A. Dressel.

12) I. e. *vestrum nomen* = *vos*. De modo loquendi vid. Gal. 6, 1. Notum quoque est illud *nomen Latinum* = *omnes Romani* in A. Gellii Noct. Attic. I, 2. Sensus: in Onesimo (vid. paulo infra c. 2.) episcopo vestro vosmet ipsos Ephesios suscepi praesentes. ‚Ex interpolatore et versionibus Syr. et Arm. restituendum est *ὑμῶν*.' *H.* ed. IV.

13) Sc. *ὑμᾶς*. Cfr. II Tim. 1, 6. Sed potius sensu intransitivo intelligas, ut Clem. Rom. ad Cor. I, 27. *Ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν* et LXX Gen. 45, 27.

14) I. e. salutifera Christi passione ac morte. In sententiae fine *ἀπηρτίσατε* Vossius ex Interpol., *ἀπαντίσατε* mutatum in *ἀπαντήσατε* C, *ἀπαρτίσατε* L. Graziani: avete perfettamente compita un opera a voi connaturale. Equidem advb. *τελείως* (*ταχέως* legisse videtur Syrus) idem significare dixerim, quod *πρὸς τὸ τέλος*. Tum fortassis legendum ac distinguendum *Μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι Θεοῦ τὸ συγγενικὸν ἔργον, τελείως ἀπηντήσατε.*

15) Heic apodosis *ἰδεῖν ἐσπουδάσατε* ex vet. Int. et Syro inserenda. (Inseruit textui *H.* ed. IV.) Forte scribendum *Ἀκούσαντες γάρ με* (c. Syro) *δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, καὶ ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ..... θυσίαν, ἰδεῖν ἐσπουδάσατε.*

16) *Θεοῦ* Syrus, vocc. sqq. *ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος Θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν* omittens.

17) Coniunctionis *ἐπεὶ* vera vis effugit illos, qui nil nisi particulae *οὖν* significationi eam augmentandae inservire opinentur. Protasi enim, quam inducit, non deest apodosis; incipit quippe vocc. *Πρέπον οὖν ἐστὶν* cap. sq. Deinde *πολυπληθίαν* C, quod unice rectum; *πολυπληρίαν* L Iacobsono minus accurate asserente. Nam ex eodem Ms. Holstenius prius, et post me etiam Th. Heysius transcripsit *πολυπληθίαν*.

18) Interpolator una cum Syro et Armenio vocc. *ἐν σαρκὶ* non leg. Cfr. I Petr. 2, 25.

I. *Laus Ephesiorum ob legationem ipsi missam. Laus Onesimi.*

Suscepi vestrum in Deo valde dilectum nomen, quod vobis comparastis indole proba secundum fidem et charitatem in Iesu Christo, salvatore nostro. Cum imitatores sitis Dei, ad vitam revocati per sanguinem Dei, opus fraternitatis perfecte absolvistis. Postquam enim audistis, me vinctum e Syria pro communi nomine et spe, [videre festinastis] me sperantem, quod vestris precibus consequar, ut Romae adversus bestias pugnem, ut per martyrium adipisci possim discipulus esse illius, qui se ipsum pro nobis obtulit Deo oblationem et hostiam. Suscepi ergo in nomine Dei multitudinem vestram in Onesimo, inenarrabilis charitatis viro, vestro autem in carne episcopo; quem iuxta Iesum Christum a vobis amari, cuique similes vos omnes fieri opto. Benedictus enim, qui gratia sua vos talem episcopum possidere dignatus est.

* I. Suscepi vestrum in Deo exoptatissimum nomen, quod possidetis natura iusta, secundum fidem et caritatem in Iesu Christo Salvatore nostro. Cum imitatores sitis Dei, excitantes in sanguine Christi cognatum opus perfectum et absolutum reddidistis; tum, cum audissetis me ex Syria vinctum pro communi nomine et spe adduci, sperantem vestris precibus me consecuturum, ut Romae ad bestias pugnem, quo per martyrium consequi possim, ut eius sim discipulus, qui semet ipsum pro nobis obtulit Deo oblationem et hostiam. Postquam igitur numerosam vestram multitudinem in nomine Dei excepi in Onesimo, ineffabilis caritatis viro, vestro autem secundum carnem Episcopo, quem vos omnes secundum Iesum Christum diligere, eidemque universos similes esse opto. Benedictus enim, qui vobis pro vestro merito talem habere dedit Episcopum.

II. *Laus reliquorum legatorum. Exhortatio ad obedientiam erga episcopum et presbyterium.*

De conservo autem meo Burrho, secundum Deum diacono vestro, in omnibus benedicto, oro, ut semper vobis et episcopo sit honori. Sed et Crocus, et Deo et vobis dignus, quem exemplar vestrae charitatis accepi, per omnia me recreavit, quomodo et ipsum refrigeret pater Iesu

* II. De Burrho autem conservo nostro, vestro secundum Deum Diacono in omnibus benedicto oro, ut permaneat ad vestrum et Episcopi honorem. Crocus etiam Deo vobisque dignus, quem exemplar vestrae caritatis accepi, per omnia me recreavit: quomodo et ipsum refrigeret

---

Cap. II. 1) In vers. Syriaca haec et sequentia desunt usque ad medium cap. tertium. Hefelio pius ille monachus, qui versionem Syriacam elaboravit, omnia omisisse videtur, quae ipsi et usui suo ascetico minus congrua minusve necessaria putabat. Paraeneticos vero Epistolarum Ignatianarum locos omnesque ad vitam bene instituendam exhortationes sedulo eum collegisse. Casu ea Petermannus excidisse putat, cum extent ap. Armenium. Vix crediderim.

2) Male in Pseudoignatio *Βίῤῥου:* male in veteri versione Borro. Burrhus est nomen Romanum satis vulgare; non autem Birrus, Byrrus, aut Borrus. *Vossius.*

3) *πᾶσιν* C L, *πᾶσι* Voss,

παυσεν[4], ὡς καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναψύξαι[5], ἅμα Ὀνησίμῳ καὶ Βούρρῳ καὶ Εὔπλῳ καὶ Φρόντωνι[6], δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον. Ὀναίμην[7] ὑμῶν διὰ παντὸς, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Πρέπον οὖν ἐστὶν[8], κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ[9] νοΐ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα ὑποτασσόμενοι[10] τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

III. *Sine omni superbia — amore ductus — vos adhortor ad unitatem.*

Οὐ[1] διατάσσομαι ὑμῖν[4] ὡς ὤν τις. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι[2], οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις[3] μου. Ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι[4] πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ[5] τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν[6] ζῆν, τοῦ πατρὸς[7] ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα[8] ὁρισθέντες, ἐν[9] Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

IV. *Presbyterii unitatem cum episcopo imitemini.*

Ὅθεν[1] πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ

---

4) Vox Paulina; I Cor. 16, 18 et 20. *Iac.*

5) Ita C L vet. Int., *ἀναψύξει* Voss., Cott., Smith. c. Interpol. suffragante Armenio. Praestat fut., siquidem vaticinantis est. Cfr. II Tim. 1, 16. Act. 3, 19.

6) *φρόντονι* L C, in hoc quidem correctum in *φρόντωνι*.

7) Phrasin hanc Apostolicam, a D. Pauli Epistola ad Philem. ut videtur desumptam, saepius usurpat Ignatius. *Iac.* *ὠναίμην* scr. C L.

8) *ἐστι* Iac. et qui cum repetierunt, invitis Codd. C L.

9) Vocc. *τῷ αὐτῷ νοΐ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ* a vet. Int. et Armenio omissa, nonnullis male inserta esse videntur ex I Cor. 1, 10. Extant autem in utroque Ms. Neque video, cur iis memoriae suae infixis Ignatius pro simili fine non aeque uti potuerit. Centies nimirum integras N. T. sententias suis consociatas promiscue profert.

10) *ἐπιτασσόμενοι* C L Voss. Iac. *ὑποτασσόμενοι* Interpol. Int. vet. et Armenius. Auctor noster vb. *ὑποτάσσεσθαι* cum gen. coniungit et dat. Cfr. infra c. 5, Ep. ad Trall. c. 2.

Cap. III. 1) E capite tertio Syrus nil nisi unicam sententiam *Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ* in usus suos convertit, eamque cum fine capitis primi male coniunxit. Multo aptius haec sententia cum verbis proxime eam antecedentibus (*vos praeceptores mei estis*) cohaeret. *H.*

2) *τὸ ὄνομα* absolute positum habes infra c. 7 et in Ep. ad Philad. c. 10. *Iac.* Mihi quidem convenienter suppressa videntur vocc. *Ἰησοῦ Χριστοῦ*, quia deinceps casu mutato exprimenda erant.

3) Graziani: e parlo a voi come a miei colleghi nel magistero. Ephesios doctores esse aeque ac semet ipsum dicit, et cum paulo ante disciplina se initiatum affirmasset, iam ut ab ipsis Ephesiis praeceptoribus in fide confirmetur, meritoque desiderat.

4) I. e. *ungi, excitari, instrui, ad certamen praeparari. Pearson.*

5) Iacobsono Ignatius respexisse videtur Ep. ad Philem. v. 8. 9.

6) *ἡμῶν* Voss. c. Int. vet. suffragante Arm. et Ep. ad Trall. c. 1, *ὑμῶν* C L. Cfr. Ioann. 15, 5. Coloss. 3, 4.

Christi, una cum Onesimo et Burrho et Euplo et Frontone, per quos vos omnes quoad charitatem vidi. Fruar vobis perpetuo, si dignus fuero. Decet itaque vos omnibus modis glorificare Iesum Christum, qui glorificavit vos, ut in obedientia una sitis perfecti, eadem mente, eademque sententia, idemque dicatis de eodem omnes, ut subiecti episcopo et presbyterio per omnia sanctificati sitis.

Pater Iesu Christi una cum Onesimo, Burrho, Euplo et Frontone, per quos vos omnes in caritate vidi: ita perpetuo vobis fruar, si meruero. Convenit ergo omnibus modis glorificare Iesum Christum, qui glorificat vos, ut in una obedientia sitis perfecti, eadem mente, eademque sententia, idemque dicatis de eodem omnes, ut subiecti Episcopo et Presbyterio per omnia sitis sanctificati.

III. *Sine omni superbia — amore ductus — vos adhortor ad unitatem.*

Non praecipio vobis, quasi sim aliquis. Quamvis enim vinctus sum propter nomen Christi, nondum tamen perfectus sum in Iesu Christo. Nunc enim incipio discipulus esse, et alloquor vos ut condoctores meos. Nam oportebat me a vobis confirmari fide, admonitione, patientia, aequanimitate. At cum charitas non sinat me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut uniamini in sententia Dei. Etenim Iesus Christus, inseparabilis nostra vita, sententia Patris est, ut et episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Iesu Christi sunt.

* III. Non praecipio vobis, quasi sim aliquis; quamvis enim vinctus sim hoc nomine, nondum tamen perfectus sum in Iesu Christo. Nunc enim incipio discipulus esse, et alloquor vos ut condiscipulos meos. Me enim oportebat a vobis subinstitui fide, admonitione, patientia, longanimitate: sed quandoquidem charitas non sinit me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut concurratis cum voluntate Dei. Nam et Iesus Christus vita vestra Patris est voluntas: sicut et Episcopi suis quique locis constituti in Iesu Christi voluntate sunt.

IV. *Presbyterii unitatem cum episcopo imitemini.*

Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est

* IV. Unde et vos decet accedere sententiae Episcopi, quemadmodum et facitis: nam memorabile illud vestrum Presbyterorum collegium dignum Deo

---

7) Vid. Ioann. 14, 9. Matth. 11, 27.

8) Forsitan *τὴν χάριτα*. Cfr. Ep. ad Magn. c. 2. *Markland.* At si iam Paulus Ap. dicere potuit, in omnem terram exiisse sonum Evangelistarum et in fines orbis terrae, quid mirum, quod Ignatius de Episcopis ubivis constitutis loquitur? Cfr. Hermae Past. Sim. 8, 3. *Hac autem lege Filius Dei praedicatus est in omnibus finibus orbis terrae.* Ign. Ep. ad Rom. c. 2. extr. *εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς.*

9) Ita C L. Magis ex more Auctoris esset c. vet. Int. *γνώμη*, praepositione *ἐν* exclusa.

Cap. IV. 1) In vers. Syr. c. 4. desideratur.

ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ[2]. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα Θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι, ᾄδητε[3] ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρί, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, καὶ ἐπιγινώσκῃ[4], δι' ὧν εὖ πράσσετε, μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Χρήσιμον οὖν ἐστὶν, ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

V. *Laus et utilitas huius unitatis.*

Εἰ[1] γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην[2] οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικὴν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω, τοὺς ἐνκεκραμένους[3] αὐτῷ[4] ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὡς[5] Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ. Μηδεὶς πλανάσθω· ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται[6] τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς[7] ἐκκλησίας; Ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. Γέγραπται γάρ· ‚ὑπερηφάνοις[8] ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται.' Σπουδάσωμεν οὖν μὴ[9] ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεοῦ[10] ὑποτασσόμενοι.

VI. *Respiciatis episcopum ut Christum ipsum. Onesimus hac in re vos laudat.*

Καὶ ὅσον[1] βλέπει τις σιγῶντα[2] ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν[3] φοβείσθω· πάντα[4] γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν,

---

2) Eadem similitudine utitur etiam in Ep. ad Philad. c. 1. de Episcopo ipsorum verba faciens. *Usser.* Frequens acceptumque est veteribus Christianis symbolum citharae chordis intentae, maxime in gemmis. Cfr. Clem. Alex. Paedagog. III, 11. *Αἱ δὲ σφραγῖδες ἡμῖν ἔστων πελειὰς, ἢ ἰχθὺς, ἢ ναῦς οὐρανοδρομοῦσα* (al. *οὐροδρομοῦσα*), *ἢ λύρα μουσικὴ, ἣ κέχρηται Πολυκράτης· ἢ ἄγκυρα ναυτικὴ, ἣν Σέλευκος ἐνεχαράττετο τῇ γλυφῇ κτλ.*

3) *ᾄδετε* C L, ut ad finem sectionis *μετέχετε*, in C quidem man. sec. mutatum in *μετέχητε*. Illud repetiit Voss. Coniunctio *ἵνα* in N. T. quoque cum indicativo occurrit. I Cor. 4, 6 et Gal. 4, 17. Cfr. Winer Gramm. ed. 4ae. p. 266.

4) Salvinio praeeunte scripsi *ἐπιγινώσκῃ* c. vet. Int. et Armenio, quorum ille legebat: *καὶ ἐπιγινώσκῃ, δι' ὃν εὖ πράσσετε.* In utroque Cod. habes *ἐπιγινώσκων.* Subinde *δι' ὧν εὖ πράσσετε* C L, *δι' ὧν ἐπράσσετε* Voss. Advb. *εὖ* suspectum habeo: tautologiam quippe adumbrat.

Cap. V. 1) Syrus interpres quintum quoque caput neglexit.

2) = *σαρκικήν.*

3) *ἐνκεκραμένους* L C, in hoc quidem *γ* sec. man. supra, *ἐγκεκραμένους* edd. praeter Iacobsonianam.

4) Conieceram *αὐτῷ*, quod nunc a Petermanno ex Armenio repositum video; *οὕτως* C L. Interpolator *τοὺς ἀνακεκραμένους αὐτῷ* = qui pendetis ad eum.

5) ὁ auctore Vossio Cotelerius, Cler., Russel., Hornemannus et qui Vossium repetierunt, *ὡς* C; *ὡς ὁ* male protulit Iacobsonus ex L, in quo etiam Tischendorfio mihi asserente exaratum est *ὡς* sine ὁ, sicuti legitur in Holstenii apographo.

6) *ὑστερεῖτε* et sub finem cap. *ἀντιτάσσεσθε* L C, in hoc quidem utrobivis *αι* man. sec. supra notato.

7) *τῆς* C L. Articulum cum Vossio omiserunt editores omnes usque ad Iacobsonum, et post eum Hef. in pr. ed.

8) Cfr. Prov. 3, 34. Iac. 4, 6. I Petr. 5, 5.

9) Vocc. *ἀντιτάσσεται. σπουδάσωμεν οὖν μὴ* in textu Codicis C praetermissa margini adscripsit manus sec.

episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi charitate Iesus Christus canitur. Sed et vos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Iesum Christum Patri; quo et vos audiat, et agnoscat ex iis quae bene operamini, membra esse vos Filii ipsius. Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse, ut et semper participetis Deo.

ita cooptatum est consentitque Episcopo, ut chordae ipsi citharae. Propterea in vestro consensu et concordi charitate Iesus Christus canitur, et singuli quique unum simul chorum constituite, ut communi animorum concentu consono Christi chroma in unitate accipientes canatis una voce per Iesum Christum Patri. Proinde utile est, vos in unione immaculata esse, ut Dei ubique sitis participes.

V. *Laus et utilitas huius unitatis.*

Si enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem contraxi cum episcopo vestro, quae non humana, sed spiritualis est; quanto vos beatiores iudico, coniunctos ei sicuti ecclesia Iesu Christi, et sicuti Iesus Christus Patri; ut omnia per unitatem consentiant. Nemo erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantas vires habet; quanto magis illa, quae episcopi est et totius ecclesiae. Qui igitur in conventum non venit, hic iam superbia elatus est, et seipsum separavit atque iudicavit. Scriptum est enim: ‚superbis Deus resistit.' Studeamus igitur episcopo non resistere, ut Dei simus subiecti.

* V. Si enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem coniunxi cum vestro Episcopo, quae non humana, sed spiritualis est, vos beatiores iudico ita eidem admixtos ex multis, ut Ecclesia Iesu Christo, et ut Iesus Christus Patri, ut omnia in unitate consentiant. Nemo erret; nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei. Si enim unius et alterius oratio tantam vim habet, quanto magis Episcopi et totius Ecclesiae. Qui ergo in unum non convenit, hic iam despicit alios, et se ipsum segregavit. Scriptum est enim: Superbis Deus resistit. Studeamus ergo non restistere Episcopo, ut simus Dei subiecti.

VI. *Respiciatis episcopum ut Christum ipsum. Onesimus hac in re vos laudat.*

Et quamdiu quis episcopum tacentem videt, tanto magis eum revereatur; quemcunque enim paterfamilias mittit ad gubernandam familiam

* VI. Et quo magis tacitum quis videt Episcopum, eo magis eum revereatur. Quemcunque enim mittit paterfamilias ad res suas admini-

---

10) *θεοῦ* C L, *θεῷ* coni. Salvin. Antonius in Melissa lib. II. cap. 3. serm. 173. hunc locum laudat sic: *σπουδάσατε μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ἦτε θεῷ ὑποτασσόμενοι.*

Cap. VI. 1) *ὅσον* C L et Antonius l. c., vet. Int. *quantum*, Arm. *quando*, *ὅσῳ* c. Vossio Cotelerius, et qui eum sequuntur. Caput sextum Syrus non vertit.

2) I. e. silentio suo improbantem.

3) *σαυτὸν* erat in C, *πλειόνωσαυτὸν* scriptum habes in L.

4) Cfr. Matth. 24, 25.

οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν[5] πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δηλονότι[6] ὡς αὐτὸν τὸν κύριον δεῖ προσβλέπειν[7]. Αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες, κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐ δὲ μία[8] αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον, ἤπερ[9] Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

VII. *Cavete ab haereticis; Christus — Θεάνθρωπος — unus medicus est.*

Εἰώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα[1] περιφέρειν, ἄλλα τινὰ[2] πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. Εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται[3]· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους[4]. Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος[5], ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, ἀθάνατος ἐν ζωῇ ἀληθινῇ[6], καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθὴς[7], Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν[8].

VIII. *Ne seducamini. Vos estis magni et spirituales, ego minimus.*

Μὴ[1] οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξαπατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. Ὅταν γὰρ μηδεμία ἐνείρισται ἔρις ἐν ὑμῖν, ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἆρα[2] κατὰ Θεὸν ζῆτε. Περίψημα[3] ὑμῶν, καὶ ἁγνίζωμαι[4] [ὑφ'] ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας, τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά·

---

5) *τὸν* in margine Cod. C additur man. sec.

6) Scripsi *δηλονότι* c. C L, *δῆλον ὅτι* vulg.

7) Ita edd. Voss. In Codd. C L et Holstenii apograph. *προβλέπειν*.

8) *οὐ δὲ μία* C L, *οὐδεμία* editt.

9) *εἴπερ* C L = *ἤπερ*, ut ed. Iac.

Cap. VII. 1) Vid. supra c. 3. Deest capitis septimi versio Syriaca.

2) *ἄλλα τινὰ* Markland., *ἀλλά τινα* Voss. suffragante C, *ἄλλά τινα* L favente Int. vet. Cfr. Ep. ad Smyrn. c. 4.

3) Vossii error *λαθροδήκται* in prima quoque ed. Hef. occurrit.

4) Sensus: In summo periculo atque aeternae salutis suae discrimine sunt. Sed quis eos sanet? Non homines, sed Christus; ipsi sunt relinquendi. Cfr. Rothe, Anf. p. 767. *H.*

5) Ita scripsi monitus scholio man. sec. orae Codicis C apposito: *ἀναγνωστέον ἀγένητος τοῦτ' ἔστι μὴ ποιηθείς*. In utroque Cod. *γεννητὸς καὶ ἀγέννητος*, cui scripturae iam Iacobsonus nostram substituit, cum in pluribus Mss. Athanasii (de Synodis) locum nostrum citantibus ita scriptum fuerit.

6) Edidi *ἀθάνατος ἐν ζωῇ ἀληθινῇ* duce Ms. Casanatensi, quod exhibet *ἐν ἀθανάτῳ* (sine iota subscr.) *ζωῇ ἀληθινῇ*, in L *ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ* absque iota subscr., *ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ* Voss. Vocc. *ἀθάνατος ἐν ζωῇ ἀληθινῇ* praedicatum sunt ad praec. *Θεὸς*. Lectio ex Athanasio, Theodoreto et Gelasio ab editoribus recepta *ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ* sermonis progressum turbat et male diffindit. Holstenius Codd. lectionem retinet vertitque: *Unus est medicus corporalis et spiritualis, genitus et ingenitus, factus in carne, Deus in vera immortali vita et ex Maria et ex Deo.*

7) Cfr. Ep. ad Polyc. c. 3. Christus omnes carnis infirmitates atque affectus post resurrectionem exuerat.

8) Vocc. *Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν* ex Theodoreto, Gelasio et vet. Interprete addi iubet Voss. Favet Armenius.

Cap. VIII. 1) Initium huius capitis: (*Μὴ οὖν ... ὅλοι ὄντες Θεοῦ*) Syrus omisit, et ea, quae sequuntur, immediate cum unica illa sententia, quam e capite tertio mutuatus est, coniunxit; non inepte. Melius vero ea, quae sequitur, exhortatio ad unitatem cum capitibus 4—8 cohaeret. *H.*

2) *ἆρα* C L et edd., quod Iac. in ed. secunda permutavit cum *ἄρα*.

3) Cfr. infra c. 18. et I Cor. 4, 13.

suam, hunc ita accipere debemus, ut illum ipsum qui mittit. Manifestum igitur est, quod episcopum respicere oporteat ut ipsum Dominum. Et ipse quidem Onesimus supra modum laudat vestrum decentem divinumque ordinem, quod omnes secundum veritatem vivatis, et quod inter vos omnino nulla haeresis delitescat; sed neque auditis aliquem amplius, quam Iesum Christum, qui loquitur in veritate.

strandas, eum vos ita suscipere oportet, ut illum ipsum qui mittit. Unde certo apparet, Episcopum ita ut proprium Dominum suscipiendum esse. Proinde ipse Onesimus laudat vestrum in Deo bene compositum ordinem, quod omnes secundum veritatem vivatis, et quod nulla inter vos delitescat haeresis, neque auditis quemquam praeterquam Iesum Christum loquentem in veritate.

VII. *Cavete ab haereticis; Christus — θεάνθρωπος — unus medicus est.*

Solent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre, alia quaedam patrantes, indigna Deo; quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes; quos a vobis vitari oportet, ut morbo difficulter curabili laborantes. Medicus autem unus est, et carnalis et spiritualis, factus et non factus, in homine existens Deus, immortalis in vita vera, et ex Maria et ex Deo, primum passibilis et tunc impassibilis, Iesus Christus, Dominus noster.

* VII. Solent enim nonnulli dolo malo nomen circumferre, sed quaedam indigna Deo perpetrant, quos oportet nos tanquam feras evitare; sunt enim canes rabidi ex improviso mordentes; quos cavere vos oportet, cum remedia illis opponere difficile sit. Unus est medicus corporalis et spiritualis, genitus et ingenitus, factus in carne, Deus in vera immortali vita, ex Maria et ex Deo, primum passibilis, et tum impassibilis.

VIII. *Ne seducamini. Vos estis magni et spirituales, ego minimus.*

Ne quis igitur vos seducat, sicut nec seducimini; toti namque estis Dei. Cum enim nulla lite implicemini, quae vos discruciare possit, profecto secundum Deum vivitis. Purgamentum vestri sum, et lustrandus a vestra Ephesiorum ecclesia, celeberrima in seculis. Carnales spiritualia exercere nequeunt, neque spirituales carnalia; sicut nec fides, quae in-

* VIII. Ne quis igitur vos seducat, sicut nec seducimini, cum toti sitis Dei. Cum enim nulla in vobis est contentio, quae vos torquere possit, utique secundum Deum vivitis. Ego retrimentum vestrum et piacularis victima vestrae Ephesinae Ecclesiae celeberrimae per secula. Carnales spiritualia exercere nequeunt; sicut nec fides ea, quae sunt

---

Syrus vertit, ac si legisset *τέρπομαι* (*τέρψομαι*) *ὑμῶν καὶ δέομαι* (*δεήσομαι*) *ὑπὲρ ὑμῶν*. Simili modo Armenius. Bunsen (Hippolyt. II. p. XIV sqq.) legendum esse coniecit: *περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνισμα ὑμῶν Ἐφεσίων* (*τῆς*) *ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου* = nur Schmutz s. was ihr auswerfet, das ists auch was euch heiliget, denn durch die Ueberwindung desselben werdet ihr reiner und stärker i. e. omne malum proiicientes fortiores et sanctiores efficimini. (*H.* ed. IV.)

4) *ἁγνίζομαι* C, et Tischenderfio post me adnotante L, non *ἁγνίζομαι* ut scri-

ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις[5] τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. Ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε, ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

IX. *Falsis doctoribus non praebuistis aures, vos, templa Dei.*

Ἔγνων[1] δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν[2], ἔχοντας κακὴν διδαχήν· οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ πατρὸς[3], ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ πατρὸς, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς[4] ἐστιν σταυρὸς, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς Θεόν. Ἐστὲ[5] οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, Θεοφόροι καὶ ναοφόροι[6], χριστοφόροι, ἁγιοφόροι[7], κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι, ὅτι ἠξιώθην, δι' ὧν γράφω, προσομιλῆσαι ὑμῖν καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον[8] οὐδὲν ἀγαπᾶτε εἰ μὴ μόνον τὸν Θεόν.

X. *Orate pro aliis, sitis mites, humiles etc.*

Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε[1]. Ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα Θεοῦ τύχωσιν. Ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. Πρὸς[2] τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορρημοσύνας[3] αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι. Μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς, ἀδελφοὶ αὐτῶν

---

bit Iacobsonus. Praepositio [ὑφ'] in utroque Cod. desideratur, sed addendum esse videtur ex Int. vet., nisi admittere velis Vossii coniecturam *περίψημα ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ἅγνισμα ὑμῶν Ἐφεσίων κτλ.*

5) In marg. C man. sec. *fides non potest facere, quae sunt infidelitatis.*

Cap. IX. 1) Ex hoc capite Syrus nil nisi verba *ἡτοιμασμένοι . . . ἀναφέρουσα εἰς Θεόν* in suam versionem transtulit, eaque cum fine capitis octavi coniunxit. Arctius vero *ἡτοιμασμένοι κ. τ. λ.* cum verbis proxime antecedentibus *ὡς ὄντες λίθοι* cohaerent. *H.*

2) Intelligenda videtur Smyrnaeorum civitas, ubi Docetarum secta id temporis multos sequaces habebat: nisi forte obstat *ἐκεῖθεν*, quae quidem vox nec apud Interpol. nec apud Armenium, a quo *ad vos* additur. Fuerunt etiam qui de Epheso dictum putarent, sed cfr. c. 6. *ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ.*

3) *προ* L teste Tischendorfio, non *προς* quomodo adnotavit Iacobsonus.

4) *ὅς* CL, *ὅ* Voss. Utrumque Ignatianum est. Vid. Ep. ad Magn. c. 10 et 15.

5) *Ἐστὲ οὖν κ. τ. λ.* usque ad finem huius capitis apud Syrum desunt, qui hanc sententiam ideo omisisse videtur, quippe quae ipsi minus fuerit perspicua. *H.*

6) Nihil hic est mutandum. Vetus interpres vertit *templiferi.* Intelligendum autem istud non de materiato templo, sed de spirituali, quod in pectoribus nostris erigere debemus. *Voss.*

7) *ἁγιοφόροι* C, *ἁγνοφόροι* Voss. Ast in L extat *ἁγιοφόροι* Heysio mihi affirmante, scriptura quidem ambigua et prompta ad errorem. Unde Hefelius in notis emendandus.

8) Secundam vitam hanc christianam quae alia est a naturali. *Smith.*

Cap. X. 1) *προσεύχεσθαι* C L.

2) Syrus et Armenius hunc locum libere verterunt.

3) *μεγαλορημοσύνας* scr. C L. Ad absolvendam syntaxin Smithius ex Interpol. commendat *ἀντιτάξατε.* Cfr. Coloss. 1, 23.

credulitatis sunt, nec incredulitas, quae fidei. Quae vero et secundum carnem agitis, ea spiritualia sunt; in Iesu Christo enim omnia agitis.

iucredulitatis, nec incredulitas, quae sunt fidei. Quae autem etiam secundum carnem facitis, ea spiritualia sunt; omnia enim in Christo Iesu facitis.

IX. *Falsis doctoribus non praebuistis aures, vos, templa Dei.*

Novi autem, nonnullos illic transiisse, qui habent perversam doctrinam; quos non permisistis seminare inter vos, et obturastis aures, ne reciperetis quae ab ipsis sunt disseminata, ut qui lapides sitis templi Patris, praeparati in Dei Patris aedificium, sublati in alta per machinam Iesu Christi, quae est crux, Spiritu sancto pro func utentes; fides autem vestra vos sursum trahit, charitas vero via deducens ad Deum. Estis igitur et viae comites omnes, Deiferi et Templiferi, Christiferi, Sanctiferi, per omnia ornati praeceptis Iesu Christi; propter quos exulto, quod dignus habitus sim, per ea, quae scribo, colloqui vobiscum, et simul gaudere; quia, ratione alterius vitae habita, nihil diligitis praeter solum Deum.

* IX. Novi autem nonnullos obiter isthic divertentes, qui habent doctrinam perversam. Quam ut inter vos disseminent, nequaquam permittite, obturantes aures, ne ab ipsis disseminata recipiant; quippe qui estis lapides templi Patris praeparati ad aedificationem Dei Patris, sublati in altum per machinam Iesu Christi, quae est crux, pro funiculo utentes spiritu sancto. Fides autem vestra est, quae vos elevat; charitas autem via sursum ad Deum perducens. Estis igitur omnes Deiferi et templiferi Christiferi et sanctiferi, per omnia ornati praeceptis Iesu Christi. Et gaudeo, quod per haec, quae scribo, vos alloqui meruerim, et congaudere, quod in reliqua vita nihil diligitis praeter solum Deum.

X. *Orate pro aliis, sitis mites, humiles etc.*

Sed et pro aliis hominibus indesinenter orate. Est enim ipsis spes poenitentiae, ut Deum nanciscantur. Permittite itaque ipsos, saltem ex operibus, a vobis erudiri. Sitis vos adversus iras eorum mites, adversus magniloquentias eorum humiles, eorum maledictis opponite vos preces, adversus errorem eorum vos firmi permanete in fide, adversus efferos mores illorum vos mansueti sitis. Non ipsos contra imitari

* X. Et pro aliis hominibus indesinenter oratis. Est enim in ipsis spes poenitentiae, quod Deum nanciscentur. Permittatis, rogo, eis, ut etiam ex operibus discipuli vestri fiant. Adversus iras eorum vos mansueti, adversus iactantiam eorum vos humiles estote. Contra blasphemias ipsorum vos orationes opponite; contra errores ipsorum vos stabiles in fide, contra illorum feritatem vos mansueti, nequaquam eos contra imi-

εὑρηθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τοῦ[4] *κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι, κἂν τις πλέον ἀδικηθῇ καὶ ἀποστερηθῇ καὶ ἀθετηθῇ, ἵνα*[5] *μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη*[6] *τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένετε*[7] *ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.*[8]

XI. *Novissima iam sunt tempora; timeamus Dominum; orate pro me.*

Ἔσχατοι καιροί·[1] *λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. Ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν· ἓν τῶν δύο.*[2] *Μόνον*[3] *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ*[4] *τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν*[6] *κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῆνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

XII. *Laus Ephesiorum. Martyrium instans.*

Οἶδα τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. Ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι·[1] *ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. Πάροδός*[2] *ἐστε τῶν εἰς Θεὸν ἀναιρουμένων· Παύλου συμμύσται,*[3] *τοῦ ἡγιασμένου,*[4] *τοῦ*

---

4) Uhlhorn: Das Verhältniss der kürz. griech. Recens. der Ign. Br. zur Syr. Uebers. p. 40. legi vult: *μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτοὺς ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν. τῇ ἐπιεικείᾳ δὲ μιμηταὶ τοῦ.*

5) Ed. princeps: *τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ, ἵνα κτλ.* Cui lectioni nimis languenti Marklandus aliam substituendam censuit, eamque parenthesi segregandam: *εἶναι, (τίς πλέον ἠδικήθη; τίς ἀπεστερήθη; τίς ἠθετήθη;) ἵνα κτλ.* Pearsonus locum ita restituit: *οὗ τίς πλέον ἀδικηθῇ κτλ.* interrogative. Hefelius Marklandi vestigia premens: *εἶναι (τίς πλέον ἀδικηθείς, τίς ἀποστερηθείς, τίς ἀθετηθείς;), ἵνα.* Membrum nullo modo ad Christum spectat (esset enim prorsus *ἀσύνδετον* in sententiarum progressu glossamque redoleret), sed unice ad Christi imitatores est referendum. Codd. C L exhibent: *εἶναι· τίς πλέον ἀδικηθεῖ· τίς ἀποστερηθεῖ· τίς ἀθετηθεῖ·* Retineo hanc lectionem et levi mutatione scribo: *εἶναι, κἂν τις πλέον ἀδικηθῇ καὶ ἀποστερηθῇ καὶ ἀθετηθῇ, ἵνα.* Nihil in utroque Ms. frequentius, quam permutatio diphth. *ει* et *η*. Cfr. I Cor. 6, 7. Vocc. *ἵνα μὴ ..... ὀφθήσονται* sub finem c. 14. Syrus non vertit.

6) Eadem metaphora infra Ep. ad Philadelph. c. 3. et ad Tral. c. 6.

7) Cum utroque Cod. restitui *μένετε* ab Iacobsono sine causa transformatum in *μένητε*. Membrum cum *ἀλλ' ἐν* exordiens pendet a praeced. *ἵνα* non nisi vi retortum.

8) Extrema capitis verba de Eucharistia intelligi vult amanuensis Codicis C.

Cap. XI. 1) Nulla distinctio in Codd. C L. Cum Interpolatore nonnulli interpungunt post *λοιπόν*. Sed Pauli Ap. loquendi usus (I Cor. 7, 29.) suadet, ut interpungendi signum *ante* ponatur.

2) Maiori interpunctione distinxi post *δύο* c C L, ex quo Tischendorfius mihi exscripsit: *ἀγαπήσωμεν· ἓν τῶν δύο· μόνον*, uti est in C. Fugit hocce Vossium et Iacobsonum. Rectius alii editores comma vel punctum post *δύο* posuere. Notat Gall.: In Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis extat fragmentum, quod hunc locum sic exhibet: *ἀγαπήσωμεν ἐν τῷ νῦν βίῳ, μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῶμεν.*

3) Supplendum *ὡς*. Sic infinit. *εὑρεθῆναι* habet, unde pendeat.

4) Lectionem *τῷ* Codd. C L tacite correxit Voss. Scribendum fortasse *τούτῳ*, puncto post *πρεπέτω* posito. Cfr. Polyc. ad Philipp. c. 1.

5) Sic Voss. c. Interpol. et Int. vet., *ἑνὶ* C L et Holstenii apographum. Scribendum fortassis *ἐν ἑνὶ κλήρῳ*.

Cap. XII. 1) *ἠλεημένοι* C L, *ἐλεημένοι* libb. impr. ante Iac. auctore Vossio.

conati, fratres eorum inveniamur per benignitatem, imitatores autem Domini studeamus esse, etiamsi quis plures iniurias passus fuerit, plures rerum suarum iacturas, maiores contemptus, ne herba aliqua diaboli in vobis inveniatur; sed in omni puritate et temperantia maneatis, in Iesu Christo, carnaliter et spiritualiter.

tari studentes. Fratres eorum inveniamur benignitate: imitatores autem Domini esse studeamus (quis plures iniurias, quis rerum suarum iacturam, quis contemtum perferat?), ne quod diaboli germen in vobis inveniatur; sed in omni puritate et temperantia permanete in Iesu Christo et corporaliter et spiritualiter.

XI. *Novissima iam sunt tempora; timeamus Dominum; orate pro me.*

Tempora sunt novissima; ceterum poenitentiae vacantes timeamus Dei longanimitatem, ne in iudicium nobis cedat. Aut enim futuram timeamus iram, aut praesentem gratiam diligamus; unum ex duobus. Modo in Christo Iesu inveniamur ad veram vitam vivendam. Sine ipso nihil vos deceat, in quo vincula circumfero spirituales margaritas, in quibus resurgere mihi contingat oratione vestra, cuius me opto semper fieri participem, ut inveniar in sorte Ephesiorum Christianorum, qui et Apostolis semper consenserunt in virtute Iesu Christi.

*X. Ceterum tempora sunt novissima; revereamur et timeamus Dei longanimitatem, ne nobis fiat in iudicium. Aut enim futuram timebimus iram, aut praesentem gratiam amabimus. Unum dumtaxat ex duobus, ut in Iesu Christo ad veram vitam obtinendam inveniamur. Sine ipso nihil deceat. In quo vincula circumfero spiritales margaritas. In quibus mihi resurgere contingat vestris precibus, quarum mihi semper participem esse liceat, ut inveniar in sorte Ephesinorum Christianorum: qui et iam Apostolis semper praebuerunt assensum in virtute Iesu Christi.

XII. *Laus Ephesiorum. Martyrium instans.*

Scio, quis sim et quibus scribam. Ego condemnatus, vos misericordiam assecuti; ego periculo obnoxius, vos confirmati. Transitus estis eorum, qui ita interficiuntur, ut ad Deum veniant; Pauli symmystae, qui

*XII. Scio quis sum, et quibus scribo. Ego morti addictus, vos misericordiam consecuti: ego periculo obnoxius, vos firmati: Transitus ad Deum [abreptis] patet [per vos,] Pauli Symmystas, qui sanctificatus

2) Ut antea παροδεύσαντας, et in Epist. ad Rom. versus finem, (c. 9.) οὐχ ὡς παροδεύονται. Hesychius: Πάροδος· διάβασις. Ephesum petebant, qui ex Oriente iter versus Romam instituebant. Haec non intellexit Interpolator; itaque reddidit παραδοθείς γε ἐγὼ, ἀλλὰ τῶν διὰ Χριστὸν ἀναιρουμένων [ἐλάχιστος·] sensu plane nullo. In Ms. Anglicano παραδοθείς γε τῶν, et in Msti margine περίοδός ἐστε τῶν. Sed vetus Codex recte exhibet πάροδος, eamque vocem Interpres agnoscit. Sensus est, *Vos in Epheso, per quam transeunt illi, qui in Oriente condemnati Romam mittuntur. Pearson.* Hic locus explicandus est ex Act. Apost. 20, 16. *Markland.* Forsitan Πάρεδροι. *Toup.* Cfr. I Cor. 16, 7. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν.

3) Qui participes facti estis Mysterii S. Pauli, a Domino immediate revelati, et ad Ephesios praecipue explicati, ut ipse explicat Epes. 3, 4. *Pearson.*

4) ἁγιασμένου C L.

μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ[5] ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

XIII. *Convenite saepius ad cultum Dei.*

Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον[1] συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν.[2] Ὅταν[3] γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται[4] ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

XIV. *Teneatis fidem et charitatem, et operibus vos Christianos praebeatis.*

Ὧν[1] οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστον ἔχητε τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος. Ἀρχὴ[2] μὲν πίστις, τέλος[3] δὲ ἀγάπη. Τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἐστίν·[4] τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν. Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. Φανερὸν[5] το δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ· οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι' ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας[6] τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως ἐάν τις εὑρεθῇ εἰς τέλος.

XV. *Non loquentes solum, sed et silentes Dominum profiteamur.*

Ἄμεινόν[1] ἐστιν σιωπᾶν[2] καὶ εἶναι, ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι. Καλὸν[3] τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ. Εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ

---

5) Non in unaquaque, sed in una tota ipsius Epistola.

Cap. XIII. 1) Cfr. ad Polyc. c. 4, ubi *πυκνότερον* Pearsonus de confertis et plenis, non de crebris conventibus exponit. Quae quidem expositio rem ipsam non mutat. In Ep. Clem. Rom. ad Iacobum c. 17. p. 22. ed. Dressel *οὗ εἵνεκεν πειρᾶσθε, κατὰ πάσας συνόδους ἔρχεσθαι.* Amanuensis Cod. C. orae adscripsit: *περὶ τῆς εὐχαριστίας.* Ac mihi quidem sub capitis finem de Agapis quoque sermo esse videtur.

2) Intelligendum fortasse de glorificando Deo gratiarum actione et hymnis canendis (cfr. supra c. 4. Ep. ad Smyrn. c. 7, ad Polyc. c. 4.). Magis tamen placet Rothii coniectura *εἰς δοχὴν*, quae vox ap. LXX Interpretes saepius est convivium.

3) *ὅταν* C, *ὅτ' ἄν* L Voss. et rlqq. editt.

4) *καταργεῖτε* C, in marg. *ται.*

Cap. XIV. 1) Nil nisi finis capitis 14. (*Οὐχ ὅτι ἐπαγγελία τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως εὑρεθῇ τις ἂν εἰς τέλος*) ap. Syrum.

2) Cfr. Rom. 1, 17.

3) Cfr. I Tim. 1, 5.

4) Graziani: Queste due cose poi insieme unite sono *opera* di Dio. Vet. Int. et Arm. leg. *θεός ἐστιν*, quomodo Damasceni Excerpta de fide ac pietate in Deum, ubi totum caput recitatur.

5) Matth. 12, 33. In C ad oram man. sec. *manifesta arbor a fructu.*

6) Praecedens *νῦν* Syr. et Arm. non agnoscunt. Recte Gallicciolli: Perchè il tutto non consiste mica nella professione, ma nella virtù della fede, se uno vi perseveri sino alla fine. Cfr. Iac. 2, 20. 26. Gal. 5, 5.

Cap. XV. 1) Syrus huius cap. sententiam *Ἄμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναί (τι), ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται* interpretatur. Legit sicut Armenius *καὶ εἶναί τι* p. *καὶ εἶναι.* In vers. Syr. sequentia desiderantur usque ad c. 18.

sanctificatus, martyrium consecutus, et digne beatus est, ad cuius vestigia contingat mihi ut inveniar, quando Dei particeps fio, qui tota epistola memor vestri est in Christo Iesu.

et testimonium consecutus est, meritoque beatissimus praedicatur, cuius in vestigiis utinam ego inveniar, cum Deum nactus fuero, qui in omnibus epistolis suis vestrum meminit in Christo Iesu.

XIII. *Convenite saepius ad cultum Dei.*

Date itaque operam, ut crebrius congregemini ad gratias Deo agendas, et ad eum laudandum. Quando enim saepius in eundem locum convenitis, labefactantur vires Satanae, et concordia vestrae fidei solvitur exitium, quod ille infert. Nihil praestantius pace est, qua aboletur omne bellum coelestium et terrenorum.

*XIII. Date itaque operam, ut crebrius congregemini ad Eucharistiam gloriamque Dei. Quando enim frequenter in unum convenitis, labefactantur vires Satanae, et exitium ac pernicies eius vestro in fide consensu dissolvitur. Nihil praestantius est pace, qua omne bellum aboletur coelestium et terrestrium.

XIV. *Teneatis fidem et charitatem, et operibus vos Christianos praebeatis.*

Quorum nihil vos latet, si perfecte habueritis in Iesum Christum fidem et charitatem, quae initium vitae et finis sunt. Principium quidem fides, finis vero charitas. Haec autem duo in unum coeuntia a Deo sunt; omnia vero alia ad probitatem consectanea sunt. Nullus fidem profitens peccat, neque charitatem possidens odit. Manifesta est arbor ex fructu suo; similiter, qui profitentur se Christianos esse, ex iis, quae faciunt, cernentur. Non enim nunc professione opus est, sed si quis in virtute fidei inveniatur usque ad finem.

* XIV. Quorum nihil vos latet, si perfectam in Iesum Christum habetis fidem et caritatem, quae initium vitae est et finis. Initium quidem fides, finis autem caritas; duo autem ista quoties in unum coeunt, Dei sunt, cetera autem omnia ad probitatem consentanea sunt. Nemo fidem professus peccat; nec caritatem possidens odit. Dignoscitur arbor ex fructu suo; sic qui se Christianos esse profitentur, ex iis, quae faciunt, perspiciuntur. Res non iam in professione consistit, sed si quis in virtute fidei inveniatur usque ad finem.

XV. *Non loquentes solum, sed et silentes Dominum profiteamur.*

Melius est, tacere et esse, quam loquentem non esse. Bonum est docere, si, qui dicit, faciat. Unus igitur doctor, qui dixit, et factum

*XV. Praestat tacere et esse, quam loquendo non esse. Pulchrum est docere, si qui dicit, idem faciat. Unus ergo magister, qui dixit,

2) Sententia cohaeret cum extremo c. 14. Idcirco non sensu generali cum Italis intelligenda, sed Smitho monente *esse Christianum sine strepitu verborum* interpretanda.

3) Cfr. Rom. 2, 21.

ἐγένετο· καὶ[4] *ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ πατρός ἐστιν. Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ*[5]*, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Οὐδὲν λανθάνει τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστίν. Πάντα οὖν ποιῶμεν, ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν*[6] *καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν· ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.*

XVI. *Qui fidem falsis doctrinis corrumpunt, in ignem aeternum ibunt.*

Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι[1] *βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον, ἐάν [τις]*[2] *πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; Ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ*[3] *ἀκούων αὐτοῦ.*

XVII. *Cavete a falsis haereticorum doctrinis.*

Διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ[1] *ὁ κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. Διὰ τί δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα, λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; Τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοοῦντες το χάρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ κύριος;*

XVIII. *Gloria crucis. Christi nativitas et baptismus.*

Περίψημα[1] *τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστιν σκάνδαλον*[2] *τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἡμῖν*[3] *δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ποῦ σοφός;*[4]

---

4) Partic. *καὶ* Iacobsonus restituit ex L. Agnoscunt eam Cod. C Int. vet. et Arm. Smithus: Christus sui ipsius gloriae per universam vitam, etiam quando maxime mira et divina missione prorsus digna praestitisset, non velificatus est, utpote ab omni ostentatione vacuus.

5) Ita ed. Vossius, *λαλῇ πράσσει* C L.

6) Cfr. I Ioann. 3, 2.

Cap. XVI. 1) Et Vedelius vertit *familiarum corruptores*. Contra Hilgenfeldii opinionem (d. apostol. Väter p. 192.), agi h. l. de fatuarum doctrinarum propagatoribus, quorum opera Dei domus pessumdetur, totus clamat sententiarum nexus. Ii potius ab Ignatio denotantur, in quos scriptum est in Hermae Pastore (Sim. 5, 7.): ‚Et corpus hoc tuum custodi mundum atque purum, ut spiritus ille, qui inhabitaverit in eo, testimonium referat illi, et tecum fuisse iudicetur. Atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi, interire corpus hoc, et abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore et Spiritum sanctum; et si maculaveris Spiritum sanctum, non vives.' Cfr. I Cor. 6, 9. 10.

2) [τις] ex Int. vet. inserendum esse iam monuit Cot., deest in C L.

3) ὁ art. ab editoribus praetermissum inseruit Iac. ex L, suffragante C.

Cap. XVII. 1) *αὐτοῦ* Hef., *αὐτοῦ* C L et rlqq. editt. Cfr. Ioann. 12, 7.

Cap. XVIII. 1) Syrus, qui hanc sententiam reddidit, haec habet: Adorat spiritus meus crucem hanc, quae est scandalum iis, qui non credunt, vobis vero in salutem et in vitam aeternitatis. Reliqua huius capitis in hac vers. desiderantur, sed supplentur ex alia versione, cuius fragmentum dedit Cureton l. l. pp. 44. 45. *Petermann.* Bunsen l. l. pro *περίψημα* legi vult *προσκύνημα*, ut explicetur *προσκυνεῖ τὸ ἐμὸν πνεῦμα τὸν σταυρόν*. Assentientem habet Nolte l. l. p. 231.

2) Cfr. I Cor. 1, 18.

3) *ὑμῖν* vertit Armenius c. Syro.

4) Cfr. I Cor. 1, 20.

est; sed et quae silens fecit, digna Patre sunt. Qui verbum Iesu possidet, vere potest et silentium ipsius audire, ut perfectus sit, ut per ea, quae loquitur, operetur, et per silentium suum cognoscatur. Nihil latet Dominum, sed et arcana nostra prope ipsum sunt. Omnia itaque faciamus, quasi ipso in nobis habitante; ut illius simus templa, et ipse sit in nobis Deus noster; quomodo et est et apparebit ante faciem nostram; ideo iuste diligimus ipsum.

et facta sunt. Et quae tacendo fecit, digna sunt Patre. Qui sermonem Iesu possidet, revera potest etiam silentium eius audire, ut perfectus sit, ut per ea, quae loquitur, agat, et interim, dum silet, cognoscatur. Nihil latet Dominum, cum et arcana nostra ipsi vicina patent. Omnia igitur quasi ipso in nobis habitante faciamus, ut nos illius templa simus, et ipse sit in nobis Deus noster; quemadmodum et est, et apparebit ante faciem nostram; unde et iure ipsum amamus.

XVI. *Qui fidem falsis doctrinis corrumpunt, in ignem aeternum ibunt.*

Ne erretis, fratres mei. Familiarum perturbatores regnum Dei non hereditabunt. Si autem ii, qui secundum carnem haec operati sunt, morte sunt affecti; quanto magis, si quis fidem Dei prava doctrina corrumpat, pro qua Iesus Christus crucifixus est? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit; similiter et qui audit ipsum.

*XVI. Ne erretis, fratres mei. Corruptores familiarum regnum Dei non haereditabunt. Si igitur secundum carnem haec facientes mortui sunt, quanto magis si quis fidem Dei mala doctrina corrumpat, pro qua Iesus Christus crucifixus est: eiusmodi homo sordibus contaminatus in ignem inextinguibilem ibit; similiter et is, qui ipsum audit.

XVI. *Cavete a falsis haereticorum doctrinis.*

Ob id Dominus in capite suo accepit unguentum, ut ecclesiae spiret incorruptionem. Ne ungamini tetro odore doctrinae principis huius seculi; ne captivos vos abducat a proposita vita. Cur vero non omnes prudentes sumus, accepta Dei cognitione, quod est Iesus Christus? Quid fatue perimus, non agnoscentes donum, quod vere misit Dominus?

*XVII. Ideo unguentum in capite suo accepit, ut Ecclesiae incorruptionem aspiraret. Non ungamini tetro odore doctrinae principis huius seculi. Ne vos captivet, ut ex eius proposito vivatis. Verum cur non omnes sumus prudentes, cum acceperimus cogitationem Dei, qui est Iesus Christus? Quid stulte perimus, ignorantes donum, quod revera Dominus misit?

XVIII. *Gloria crucis. Christi nativitas et baptismus.*

Purgamentum meus spiritus est crucis, quae incredulis scandalum, nobis vero salus est et vita aeterna. Ubi sapiens? Ubi disputator? Ubi

*XVIII. Spiritus meus retrimentum est crucis, quae incredulis scandalum est, nobis autem salus et vita aeterna. Ubi sapiens? Ubi con-

Ποῦ συζητητής; Ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ'[5] *οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου· ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη,*[6] *ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.*

XIX. *Tria mysteria clamoris.*

Καὶ[1] *ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς,*[2] *ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Πῶς*[3] *οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ*[4] *πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς*[5] *ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς*[6] *δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς. Ὅθεν*[7] *ἐλύετο πᾶσα μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας· ἄγνοια καθῃρεῖτο,*[8] *παλαιὰ βασιλεία διεφθείρετο, Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ*[9] *παρὰ Θεῷ ἀπηρτισμένον.*[10] *Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο,*[11] *διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτου κατάλυσιν.*

XX. *Iterum vobis scribam.*

Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν, καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν, ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν,[1] *ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ*

5) Loquitur ex more Pauli Ap. Vid. Coloss. 1, 25. I Tim. 1, 4.

6) C ad oram *βάπτισμα.*

Cap. XIX. 1) Exordium c. 19. Syrus vertit, mutans tamen et abbrevians. Locus citatus ab Orig. Hom. 6. in Lucam (Opp. Tom. V. p. 104. ed. Lommatzsch.), a Basilio Hom. 25. de sancta Christi nativitate (Opp. I. p. 507. D. ed. Morel.), Hieronymo ad Matth. cap. 1. (Opp. VII. p. 12. ed. Vallars.), Iovio Monacho *ἐν οἰκονομικῇ πραγματείᾳ* lib. VII. cap. 31. apud Photium, Biblioth. Cod. 222., apud Eusebium ad Stephanum, Quaest. I. a Maio editum (in Scriptorum Vet. Nov. Collect. tom. I. p. 3.), nec non apud Andream Hierosolymitanum, Cretensium Archiepiscopum, in nativitatem B. Virginis Hom. 2., quae inter Codd. Graecos Mss. Oxoniensis Acad. Biblioth. publ. a D. Henr. Savilio donatos habetur.

2) Graziani: tre misteri strepitosi. Cfr. supra c. 15.

3) Haec et sequentia, quae S. Ignatius de stella Magorum profert, a Syro abbreviata, et ita cum antecedentibus *Θεοῦ ἐπράχθη* coniuncta sunt, ut nil habeat nisi hoc: *per stellam. H.*

4) Similia leguntur in Protevangelio Iacobi §. 21. *Iac.*

5) *χωρὸς* C, sine litura etiam L teste Tischendorfio. Corrige Iac. in notis.

6) Vocc. *αὐτὸς . . . . ἀνόμοιος αὐτοῖς* Syrus non legit.

7) Syrus legisse videtur *ὅθεν τοῦ υἱοῦ φανερουμένου ἠφανίζετο μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς καθῃρεῖτο, καὶ παλαιὰ βασιλεία καὶ ἄγνοια κακίας διεφθείρετο*, omissis vocibus *εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς.*

8) *καθῃρῆτο* C L.

9) I. e. Verbum caro factum est.

10) Versio Syriaca huius Epistolae desinit in vbb. *παρὰ Θεῷ ἀπηρτισμένον.*

11) H. e. in regno Satanae, eo quod mali Spiritus sibi metuere inceperint; quod iam Christus, carne assumpta, mortem ipsam vel moriendo dissolvere esset propositurus. *Smith.*

Cap. XX. 1) I. e. oeconomiam seu dispensationem salutis ad Iesum Christum spectantem, de qua in prima hac Epistola agere coepi, pluribus in altera vobis patefaciam.

gloriatio eorum, qui dicuntur prudentes? Deus enim noster Iesus Christus in utero gestatus est a Maria, iuxta dispensationem Dei, ex semine quidem Davidis, Spiritu autem sancto; qui natus est, et baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

quisitor? Ubi gloriatio eorum, qui dicuntur intelligentes? Deus enim noster Iesus Christus in utero gestatus est a Maria iuxta dispensationem Dei, ex semine quidem David, de spiritu autem sancto. Qui natus est et baptizatus, ut sufferendo aquam mundaret.

XIX. *Tria mysteria clamoris.*

Et principem huius mundi latuit Mariae virginitas et partus ipsius, similiter et mors Domini; tria mysteria clamoris, quae in silentio Dei patrata sunt. Quomodo igitur manifestatus est seculis? Stella in coelo fulsit, splendore exsuperans omnes stellas, et lux illius ineffabilis erat, et stuporem incussit ipsius novitas. Omnia autem reliqua astra, una cum sole et luna, chorus fuere stellae; ipsa vero lumen suum extendebat super omnia. Et perturbatio erat, unde prodiret novitas illis dissimilis. Quare soluta est omnis magia, et omne vinculum malitiae est abolitum; ignorantia destructa est, vetus regnum est labefactatum, Deo humanitus manifestato, in novitatem vitae aeternae. Initium vero nunc sumsit, quod ab initio apud Deum paratum erat. Inde omnia commovebantur, quia ille mortis abolitionem meditabatur.

* XIX. Et latuit principem huius mundi Mariae virginitas et partus ipsius, similiter et Mors Domini. Tria mysteria clamoris, quae in silentio Dei patrata sunt. Quomodo igitur manifestata sunt seculis? Stella in coelo fulsit super omnes stellas, et lumen eius erat ineffabile, et stuporem incutiebat eius novitas. Omnia autem reliqua astra una cum sole et luna chorum agebant huic stellae: ipsa autem luce superabat omnes eratque perturbatio, unde haec dissimilis novitas ipsis prodiret. Unde dissolvebatur omnis magia et omne vinculum malitiae evanuit. Ignorantia destructa est, vetus regnum abolitum, ubi Deus humano more manifestatus est ad novitatem vitae aeternae. Principium vero accepit perfectum illud et absolutum Dei opus: unde omnia commovebantur, eo quod meditaretur mortis abolitionem.

XX. *Iterum vobis scribam.*

Si me dignatus fuerit Iesus Christus propter orationem vestram, et voluntas sit, in secundo libello, quem scripturus sum vobis, declarabo vobis, quam inceperam formationem in novum hominem Iesum Christum, per fidem in eum et per ipsius dilectionem, per passionem et resur-

* XX. Si me dignabitur Iesus Christus per orationem vestram et voluntas eius sit, in secundo libello quem vobis scripturus sum, hoc etiam praedicabo vobis, quam coeperim dispensationem in novum hominem Iesum Christum, in fide eius, et in eius caritate, in passione eius

καὶ ἀναστάσει· μάλιστα[2] ἐὰν ὁ κύριός μοι ἀποκαλύψῃ, ὅτι[3] οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ,[4] τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου καὶ υἱῷ Θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες,[5] ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.

XXI. *Orate pro me et valete.*

Ἀντίψυχον[1] ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ὃν[2] ἐπέμψατε εἰς Θεοῦ τιμὴν εἰς Σμύρναν, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ[3] ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου, ὡς καὶ ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Συρίᾳ, ὅθεν δεδεμένος εἰς Ῥώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, ὥσπερ[4] ἠξιώθην εἰς τιμὴν Θεοῦ εὑρεθῆναι. Ἐρρῶσθε[5] ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.[6]

---

2) Nolte cum eoque *Hef.* ed. IV. *προδηλώσω.*

3) Scribam vobis, praesertim si Deo favente nuntius mihi contigerit, vos perseverare in unitate cum episcopo. Alii (e. g. Wocherus in versione Epistolarum S. Ignatii germanica) post *ἀποκαλύψῃ punctum* ponunt, et apodosin ad *ὅτι* etc. initio capitis sequentis quaerunt = *quia vos uniti estis, et ea re me recreatis, — ideo et ego vos recreem. H.* Post *ἀποκαλύψῃ* in C L et apogr. Holstenii distinctio omnino nulla. Rectius certe ex more scriptoris membrum *ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα* ad antecedentia trahitur. Bunsen post *ἀποκαλύψῃ* colon ponens novam quandam revelationem a scriptore exspectatam putat. Contra dixit Uhlhorn l. l. p. 51.

4) In C orae adscriptum ‚*παράνει* (?) *ταύτην τὴν μαρτυρίαν ὁ Θεοδώρητος.*' Praeter Theodoreti Dial. 1. extat in Gelasii lib. de Duabus Naturis, ex quo locum mancum Vossius ita restitui vult: *κοινῇ οὖν πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ κατὰ σάρκα κτλ.* Sed non opus hac emendatione erat, si Voss. Codicem L accuratius excussisset, quippe qui sicuti C exaratum habeat, ut impressum est. Ille autem ed. *συντρέχεσθε* p. *συνέρχεσθε*, vocc. *ἐν μιᾷ πίστει καὶ* praetermissis.

5) Graziani: che ognuno di voi e tutti in comune caritatevolmente vi riunite per nome in una medesima fede, e nel solo Gesu Cristo. Cfr. Ep. ad Polyc. c. 4. et ad Smyrn. c. 13.

6) *κλῶντες* Voss., *κλῶντος* L C, in cuius marg. *περὶ εὐχαριστίας.*

Cap. XXI. 1) Mire variant viri docti in hac voce interpretanda. Recte Holstenius *Vos mea mihi anima cariores habeo.*

2) *ὧν* vel *οὕς* coniecit Cotelerius; sed nil mutes: = *καὶ αὐτοῦ*, *ὅν* i. e.

rectionem ipsius; maxime, si Dominus mihi revelaverit, quod vos ad unum omnes nominatim per gratiam convenitis in una fide et in uno Iesu Christo — qui, secundum carnem ex genere David, filius est hominis et filius Dei — ut obediatis episcopo et presbyterio mente indivulsa, frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis est, antidotum, ne moriamur, sed vivamus semper in Iesu Christo.

et resurrectione. Praesertim si Dominus mihi revelaverit, quod omnes viritim ac nominatim in communi gratia congregamini in una fide et in Iesu Christo, oriundo secundum carnem ex genere David, filio hominis et filio Dei, ut obediatis vos Episcopo et Presbyterorum collegio, mente indivulsa unum panem frangentes, qui est medicamentum immortalitatis, antidotum, ne moriamur, sed ut perpetuo vivamus in Iesu Christo.

XXI. *Orate pro me et valete.*

Vos mea mihi anima cariores habeo, ut et illum, quem ad honorem Dei misistis Smyrnam, unde et scribo vobis, gratias agens Domino, diligens Polycarpum, ut et vos. Memineritis mei, sicut et vestri Iesus Christus. Orate pro ecclesia, quae est in Syria, unde vinctus Romam abducor, novissimus fidelium eorum qui ibi sunt, cum dignus sim habitus inveniri ad honorem Dei. Valete in Deo patre et in Iesu Christo, communi spe nostra.

*XXI. Vos mea mihi anima cariores habeo, ut et illum, quem ad honorem Dei misistis Smyrnam, unde et scribo vobis, gratias agens Domino, et diligens Polycarpum, sicut et vos. Memores estote mei, sicut et vestri Iesus Christus. Orate pro Ecclesia, quae est in Syria, unde vinctus Romam abducor, novissimus fidelium, qui ibi sunt, qualis ad honorem Dei inveniri merui. Valete in Deo Patre et Iesu Christo, communi spe nostra.

Onesimum episcopum, in quo tota Ephesiorum ecclesia quodam modo apud Ignatium praesens aderat.

3) *καὶ* praetermisit Hef. invitis Codd.

4) *ὅσπερ* Interpol., *qualis ad honorem Dei inveniri merui* Holsten., *siccome* Graziani. Semper, ut monet Hef., coniungendum erit cum antecedente *δεδεμένος*.

5) *ἐῤῥώσθην* C.

6) In ed. Vossiana subscribitur *ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ*. Nil tale quid in Codd. CL.

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι Θεοῦ πατρὸς, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ[2] *σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ,*[3] *καὶ εὔχομαι ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.*

I. *Causa epistolae et pia vota.*

Γνοὺς ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην[4] *ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι ὑμῖν. Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος*[5] *θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν*[6] *ζῆν, πίστεώς τε*[7] *καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ πατρός· ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.*[8]

II. *Gaudeo legatis vestris.*

Ἐπεὶ[1] *οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δάμα τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου,*[2] *καὶ τοῦ*

---

1) *ΙΓΝΑΤΙΟΣ* Iacobsonus adscripsit ex L; C quoque nomen agnoscit, a Vossio et rlqq. editt. neglectum. At opus eo est in fronte cuiuslibet Epistolae ita inscriptae, utpote quae huc illucve missa fuerit non absque mittentis nomine. Syrus hancce Epistolam non interpretatus est. Adeas tamen Curetonum (pp. 29. 47.) de locis a scriptoribus Syr. ex ea passim laudatis. Extat eius versio Armen. integra. — Ephesiorum exemplo Magnesiae prope Maeandrum in Ionia sitae cives Christiani Smyrnam delegarunt Damam episcopum cum presbyteris Basso et Apollonio ac Sotione diacono ad Ignatium visendum consolandumque (c. 2. 15). Idcirco charitas eorum laudatur per episcopum cognita, cuius ne quis contemnat iuventutem admonet (c. 1. 3—7). Provide fugiendi, qui legem Mosaicam simul cum Christi evangelio observant (c. 8—11). Sequitur Epistolae pars exhortatoria (c. 12—15). Praeclara heic scriptoris eduntur documenta humilitatis: sed Magnesii quoque, quamvis sint *χριστοφόροι* et *θεοῦ* gemant (c. 14.), ne inflentur arrogantia caveant, humilitati studeant ac in precibus memores sint Ignatii et Syriae ecclesiae.

2) *τῷ* art. C L tuentur contra Vossium.

3) *πρὸς μεάνδρῳ* C, *προσμεάνδρωι* (sic) scr. L.

4) Graziani: vi ho prevenuto in ragionar con voi nella fede di Gesù Cristo. Quae explicatio vix sustineri potest. Melius: *elegi vos, quibus litteras mitterem.*

5) Faber Stapulensis putat, nomen hoc esse Christianum; alii *Martyris* aut *Confessoris*. Mihi videtur esse nomen, quod illi ab omnibus tributum est, sc. *Θεοφόρος*. *Confessoris* nomen adeo antiquum esse minime videtur; *Martyrem* autem nunquam se appellat Ignatius. Et omnino illa *ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς*, potius sequentibus *ᾄδω τὰς Ἐκκλησίας* adiungenda videntur. *Pearson.* Interpol. *ἀξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θείου καὶ ποθεινοῦ*. Wocherus *dignitatem* intelligit, quo sensu *ὄνομα* exponunt in Ep. ad Phil. 2, 9. *Iac.*

6) *ἡμῶν* L teste quoque Tischendorfio, *ὑμῶν* C.

7) *τε* om. Voss. et rlqq. editt. ante

AD MAGNESIOS.

Ignatius, qui et Theophorus, benedictae gratia Dei patris in Iesu Christo salvatore nostro, in quo saluto ecclesiam, quae Magnesiae est ad Maeandrum, optoque in Deo patre et in Iesu Christo plurimam salutem.

IGNATIUS MAGNESIIS.

*Ignatius, qui et Theophorus, benedictae per gratiam Dei Patris in Iesu Christo, Salvatore nostro, in quo saluto Ecclesiam, quae est Magnesiae ad Maeandrum, optoque in Deo Patre et in Iesu Christo plurimum gaudere.

I. *Causa epistolae et pia vota.*

Cum charitatem vestram religiosam perbene ordinatam cognovissem, exsultans vos in fide Iesu Christi alloqui decrevi. Ornatus enim honorificentissimo nomine Dei, in vinculis, quae circumfero, laudo ecclesias, quibus unionem opto cum carne et spiritu Iesu Christi, qui sempiterna est vita nostra, et unionem in fide et charitate, cui nihil praeferendum; maxime vero unionem cum Iesu et Patre, in quo, omnem principis huius seculi vim sustinentes et evadentes, Deo potiemur.

*I. Cum cognoverim caritatem vestram secundum Deum optime ordinatam, exultans animo proposui, in fide Iesu Christi vos alloqui. Cum enim nomen augustissimum divina dignatione meruerim in his vinculis, quae circumfero, laudibus effero Ecclesias, in quibus opto, semper vivere unionem carnis et spiritus Iesu Christi Salvatoris nostri, fidei quoque et caritatis, qua nihil praestantius, et quod maius est, Iesu et Patris, in quo sustinentes omnes insultus violentos huius seculi et effugientes, Deum consequemur.

II. *Gaudeo legatis vestris.*

Cum itaque dignus sim habitus, videre vos per Damam episcopum vestrum Deo dignum, et per dignos presbyteros Bassum et Apollonium,

*II. Quoniam ergo dignus fui, videre vos per Damam, sanctum Episcopum vestrum, dignosque Presbyteros Bassum et Apollonium et

---

Smithium; adest in Codd. C L. Lectionis τε vestigium Pearsonus recognovit in vet. Int., qui leg. τό.

8) Fugit Vossii aciem lectio τευξόμεθα in L, cum imprimendum curaverit φευξόμεθα, illud quidem de coniectura notis adscribens. Cum libro Laurentiano Codex C quoque exhibet τευξόμεθα.

Cap. II. 1) Protasin hinc inchoatam scriptor iterum inducit c. 6, ibique absolvit. Cfr. Ep. ad Eph. c. 1. Ἐπεὶ οὖν κτλ.

2) ἀπολονίου C L.

συνδούλου μου διακόνου Σωτίωνος,[3] *οὗ ἐγὼ ὀναίμην,*[4] *ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι Θεοῦ,*[5] *καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

III. *Honorate iuvenilem episcopum vestrum.*

Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι[1] *τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν*[2] *Θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας*[3] *τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν,*[4] *ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ· οὐκ αὐτῷ δέ, ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος,*[5] *ἡμᾶς πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ' ὅτι*[6] *τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται. Τὸ δὲ τοιοῦτον*[7] *οὐ πρὸς σάρκα*[8] *ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεόν, τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.*

IV. *Male nonnulli sine episcopo agunt.*

Πρέπον οὖν ἐστὶν, μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν,[1] *χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως*[2] *κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.*[3]

V. *Talibus proposita est mors, quia characterem Christianorum, τὴν ἀγάπην, non habent, et cupiditatibus suis non moriuntur.*

Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, καὶ[1] *ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον*[2] *μέλλει χω-*

---

3) *ζωτίωνος* C L.

4) Vid. ad Eph. c. 2.

5) I. e. *favori et benignitati divinae* illum in ista excelsa dignitate constituenti; vel fortasse *χάρις* hic ponitur vice *τοῦ χάρισμα*. Aliter legebat Interpolator iunctim *χάριτι Θεοῦ ἐν νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. *Smith.*

Cap. III. 1) *Couti* vet. Int., *καταχρᾶσθαι abuti* Iunius et Holstenius. Vertit Graziani: Ma eziandio a voi conviene, che non profittiate dell' età giovanile del Vescovo.

2) Gallicciolli explicat: *summa vi a Deo vobis insita.* Forte: *considerantes in eo facultatem divinam.*

3) Ita C L, *προειληφότας* substituit Iunius, *ἀφορῶντας=respicientes* Interpol.

4) Ita Mss. Notat Hefelius: Germanice: sichtliche Jugendlichkeit. Alia monet Rothe, Anf. p. 436—441, cui *φαινομένη νεωτερικὴ τάξις = ordo episcopalis,* ut male videtur, *nuper demum institutus.* Cfr. I. Andr. Bosii Exercit. ad locum Ignatii, quo viri docti quidam putarunt, Episcopi unius supra Presbyteros eminentiam vocari *νεωτερικὴν τάξιν*, Bosii Opusc. hist. p. 477.

5) I. e. qui nos amat. *H.* Vertas *qui ita* vel *eum voluit*, commate distinguens post *θελήσαντος*. Petermannus c. Cot., Smith., Armenio, Interpol. legere maluit *θελήσαντος ὑμᾶς πρέπον*, licet hi interpretes vocem *ὑμᾶς* non ad *θελήσαντος*, sed ad *πρέπον* referant.

6) Cfr. Herm. ad Vig. p. 790. n. 253. *H.*

7) *τοιοῦτον* C L, *τοιοῦτο H.*

8) Gallicciolli: Una cosa tale non è conto, che debba rendersi agli uomini.

Cap. IV. 1) I. e. iusta auctoritate constitutum fatentur; illo tamen inconsulto omnia agunt. *Smith.*

2) I. e. quod non *firma* fide, neque *stabili* ordine, iuxta *praeceptum* Christi et Apostolorum ad sacros coetus se conferant. *Smith.* Ut in Ep. Barnabae c. 6, sic heic quoque *ἐντολὴν* absolute ponitur p. *ἐντολὴν Χριστοῦ*.

3) Ita C L; *συναθροίσεσθαι* Vossii ed. pr. (1646.), *συναθροίσασθαι* ed. altera.

Cap. V. 1) *καὶ* tuentur C L vet. Int., *καὶ πρόκειται* Interpol.

2) Sic de Iuda, Act. 1, 25. Cfr. Clem. Rom. I. ad Cor. c. 5. Polyc. ad Philipp. c. 9.

et per conservum meum Sotionem diaconum, quo utinam fruar, quia subditus est episcopo ut benignitati Dei, et presbyterio ut legi Iesu Christi.

conservum meum Sotionem Diaconum, ex quo mihi bene sit, quia obedit Episcopo ut gratiae Dei et Presbyterio tanquam legi Iesu Christi.

III. *Honorate iuvenilem episcopum vestrum.*

Sed et vos decet, non familiarius uti aetate episcopi, sed respectu potentiae Dei patris omnem impertiri illi reverentiam, quemadmodum cognovi sanctos facere presbyteros, qui non excipiunt adversus conspicuam illius conditionem iuvenilem, sed ut prudentes in Deo ei cedunt; non ei autem, sed patri Iesu Christi, omnium episcopo. In honorem igitur illius, qui eum voluit, nos decet obedire sine ulla hypocrisi; quia non solum episcopum hunc visibilem quis fallit, sed invisibilem decipere conatur. Tale facinus non ad carnem referendum est, sed ad Deum, qui abscondita cognoscit.

* III. Vos autem non abuti decet aetate Episcopi, sed secundum virtutem Dei Patris omnem reverentiam eidem exhibere: quod et sanctos Presbyteros facere novi, non excipientes, quod recentior ille ordo videatur, sed ut prudentes in Deo eundem admittentes; sed non tam ipsum, quam Patrem Iesu Christi universorum Episcopum. Quocirca ad honorem illius, qui ita voluit, decet nos obedire sine ulla simulatione, quandoquidem non visibilem hunc Episcopum quis fallit, sed invisibilem decipit. Ratio autem eiusmodi rei non ad carnem spectat, sed ad Deum, qui abscondita novit.

IV. *Male nonnulli sine episcopo agunt.*

Decet itaque non modo vocari Christianos, sed etiam esse; quemadmodum nonnulli episcopum quidem nominant, sed omnia sine eo faciunt. Tales vero non bona conscientia mihi praediti esse videntur, quia non firmiter secundum praeceptum congregantur.

* IV. Convenit ergo, nos Christianos non tantum vocari, sed et esse. Sicuti enim nonnulli nomine quidem Episcopi utuntur, sed sine eo omnia faciunt. Tales autem haudquaquam bona conscientia mihi praediti videntur, quia non solida firmitate secundum praeceptum congregantur.

V. *Talibus proposita est mors, quia characterem Christianorum, τὴν ἀγάπην, non habent, cupiditatibus suis non moriuntur.*

Quia autem res finem habent, etiam duo haec simul instant, mors et vita, et unusquisque in proprium locum iturus est. Quemadmodum

* V. Quandoquidem igitur res finem habent, etiam duo haec simul imminent, mors et vita, et unusquisque in proprium locum abiturus est.

ρεῖν. Ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, ὃ μὲν Θεοῦ, ὃ δὲ[3] κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει· οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως ἔχωμεν[4] τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

VI. *Tenete concordiam.*

Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ,[1] παραινῶ, ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε[2] πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων, τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων, πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ πατρὶ ἦν, καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. Πάντες οὖν, ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἐντρέπεσθε ἀλλήλοις,[3] καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω[4] τὸ πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν, ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ[5] καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον[6] καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

VII. *Agite nihil sine episcopo et presbyteris; sitis unum templum Dei.*

Ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν,[1] ἡνωμένος ὢν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διὰ τῶν ἀποστόλων· οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε.[2] Μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι[3] ἰδίᾳ[4] ὑμῖν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς, ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ· Εἷς[5] ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ ἄμεινον οὐθέν[6] ἐστιν. Πάν-

3) Ita scribendum duce Cod. L iam vidit Iacobsonus. Praebent autem C L ὁ μὲν — ὁ δὲ, quod Vossius tacite mutavit in τὸ μὲν — τὸ δὲ, idque rlqq. editt., excepto Aldrichio, repetierunt. Hefelius Codicis Med. lectionem ex Iacobsono minus accurate in notis descripsit. Articulus autem non solum in N. T. (Rom. 9, 21. Matth. 21, 35. Act. 27, 44. I Cor. 11, 21.), sed etiam a scriptoribus optimae notae pro relativo ponitur. Cfr. Thucyd. 3, 66, οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε κτλ.

4) Ita L, ἔχομεν C Voss. Tum ἐπιθανεῖν ex typothetae, opinor, incuria ap. Voss.

Cap. VI. 1) Ita coniecit Vossius, ἠγάπησα C L et Interpolator in Codd. B F, sicut in editionibus Pacaei et Vedelii; ἠγάπησα scr. O V. Ceteroquin Vossius et Hefelius Ms. Med. ἀγάπησα praebere parum recte asserunt. Sensus: fidem et charitatem totius fidelis Magnesiorum populi in illis praesentem contemplatus sum. Nolte l. l. p. 231. legendum esse suspicatus est ἀγάπῃ, ὑμᾶς παραινῶ.

2) In C pr. man. σπουδάζεται, man. sec. ε supra.

3) Bunsen: Die 3 ächten etc. mavult ἀλλήλους.

4) Ita C L. Vossius in contextu κλεπτέτω, in notis Codd. scriptionem tamquam coniecturam proponens. Subinde est in Codd. C L τῷ πλησίον, unde dedi τὸ πλησίον. Cfr. Ep. Barnabae c. 19. Interpolator τὸν πλησίον.

5) In C man. sec. orae monitorium adscripsit: ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ.

6) τόπον exhibere Vossium parum accurate scribunt Iacobsonus et Petermannus, notulam illius et contextum permiscentes.

Cap. VII. 1) ἐποίησε Voss. invitis Mss.

2) πράσσεται C.

3) φαίνεσθε C, αι supra.

4) I. e. extra communionem Episcopi et Presbyterorum, in conventiculis. *Smith.*

5) Pro Εἷς interpr. vetus ὃς legit probante Bunsenio l. l. p. 132.

6) οὐδὲν scr. C L.

enim sunt numismata duo, alterum quidem Dei, alterum autem mundi, et unumquodque proprium characterem habet impositum; ita infideles mundi huius, fideles autem in charitate characterem Dei Patris per Iesum Christum habent, per quem nisi propensa nobis est voluntas mori iuxta ipsius passionem, nec vita ipsius in nobis est.

Sunt enim velut duo nummi, alter Dei, alter mundi, quorum uterque propriam notam impressam habet: infideles huius mundi, fideles autem in charitate figuram Dei Patris per Iesum Christum, per quem nisi sponte mori velimus in passionem eius, vita eius non est in nobis.

VI. *Tenete concordiam.*

Cum itaque in personis supra dictis omnem multitudinem in fide et charitate conspexissem, hortor ut in concordia omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei, et presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis, mihi suavissimis, concreditum habentibus ministerium Iesu Christi, qui ante secula apud patrem erat, et in fine apparuit. Omnes igitur, acceptis iisdem divinis moribus, vos mutuo revereamini, et nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Iesu Christo vos invicem semper diligatis. Nihil sit in vobis, quod possit vos dirimere, sed uniamini episcopo et praesidentibus, in typum et demonstrationem immortalitatis.

* VI. Quandoquidem itaque in personis supracommemoratis totam multitudinem vidi in fide et dilexi; hortor ut in concordia Dei omnia agere studeatis, Episcopo praesidente loco Dei, et Presbyteris loco collegii Apostolici, et Diaconis mihi suavissimis, quibus concreditum est ministerium Iesu Christi, qui ante secula erat apud Patrem, et in fine apparuit. Omnes ergo concordiam Dei accipientes reveremini vos invicem, et nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Iesu Christo vos invicem semper diligite. Nihil sit in vobis, quod vos dividere possit: sed unamini Episcopo et iis, qui ad formam et doctrinam incorruptibilitatis vobis praesident.

VII. *Agite nihil sine episcopo et presbyteris; sitis unum templum Dei.*

Quemadmodum igitur Dominus sine Patre, ipsi unitus, nihil fecit, neque per se ipsum, neque per apostolos; ita neque vos sine episcopo et presbyteris quidquam peragatis. Neque aggrediamini, ut quidquam a vobis separatim factum decens appareat. Sed in unum convenientibus una sit oratio, una precatio, una mens, una spes, in charitate, in gaudio sancto. Unus est Iesus Christus, quo nihil praestantius est. Omnes

* VII. Quemadmodum ergo Dominus sine Patre nihil neque per se, neque per Apostolos faciebat, quia ipsi unitus erat, ita nec vos sine Episcopo et Presbyteris quicquid agite; nec tentate ut privatim quid rectum vobis videatur; sed in commune una oratio, una supplicatio, una mens, una spes in charitate, in gaudio inculpato; sicut unus est Iesus Christus, quo nihil praestantius est. Omnes igitur ad instar

τες οὖν ὡς εἰς [ἕνα][7] ναὸν συντρέχετε[8] Θεοῦ, ὡς ἐπὶ[9] ἓν θυσιαστήριον, ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθόντα, καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα.[10]

VIII. *Cavete a falsis doctrinis Iudaizantium.*

Μὴ πλανᾶσθε[1] *ταῖς ἑτεροδοξίαις*[2] *μηδὲ μυθεύμασιν*[3] *τοῖς παλαιοῖς, ἀνωφελέσιν οὖσιν. Εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ [νόμον]*[4] *Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν.*[5] *Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐνπνεόμενοι*[6] *ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν, ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ Λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ Σιγῆς*[7] *προελθὼν, ὃς κατὰ πάντα εὐηρέστησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.*

IX. *Vivamus cum Christo.*

Εἰ οὖν οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμασιν[1] *ἀναστραφέντες εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλθον,*[2] *μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζῶντες,*[3]

---

7) Ita locum sanare volunt Vossius, Toupius et Iacobsonus ex vet. Int., cui favet Arm. Deest [ἕνα] in C L. Maluerim: *Πάντες οὖν ὡς εἷς ἐπὶ ναὸν συντρέχετε Θεοῦ*, ut vertit Holstenius: *omnes igitur ad instar unius in templum Dei concurrite.* Id sibi vult Interpolator.

7) Ita Voss. c. L, approbante nunc etiam C; *συνέρχεθε* Salvinius, qui ad oram reponit *συνέρχεσθε*. Bene. Cfr. Ep. ad Eph. c. 3. et 13.

9) *ἐπεὶ* C, idem Heysio videbatur extare in L; *ἐπὶ* apographum Holstenii.

10) *χωρήσαντα* L, *χωρίσαντα* C. I. e. simul cum eo versantem et consistentem. Cfr. Hermae Past. nunc primum a nobis editum Sim. 5, 6. Bunsenii coniectura est *καὶ εἰς ἕνα ἀναχωρήσαντα.*

Cap. VIII. 1) *πλανᾶσθαι* C L.

2) Haec est secunda huius Epistolae pars, qua eos maxime praemunit contra Haereticos, eos praecipue, qui Iudaismum introducere conabantur, contra quos clare et expresse disputat. Erant autem ea tempestate ii, qui Divinam Christi naturam negabant, ut Ebionitae, Cerinthiani, Nazaraei, et Helxaitae. Vid. Vindicias Ignat. p. 55. (P. 2.) *Pearson.* Cfr. Düsterdieck, de Ignatianarum Epist. authentia p. 55. sqq.

3) Cfr. I Tim. 1, 4. 4, 7. Tit. 1, 14.

4) Legit Interpres *κατὰ Ἰουδαϊσμόν*. Et certe haec lectio ferri potest. Quod si *τὸ νόμον* abiicere nolis, legendum esset, *Ἰουδαϊκὸν*, vel potius *κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμοῦ ζῶμεν.* Sed non puto. Omnino verum est Ignatium scripsisse *κατὰ νόμον ζῶμεν. Νόμος* specialiter in veterum Christianorum libris accipitur pro lege Mosis. Quod cum nescirent isti magistri, qui Ignatium depravarunt, alterum pro Glossa addidere. *Vossius.* Cfr. infra c. 10, ubi est *κατὰ χριστιανισμὸν ζῆν.* In utroque Ms. *κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν.*

5) Ad oram Codicis C man. sec. *κατὰ χριστὸν οἱ προφῆται ἔζησαν.*

6) *ἐνπνεόμενοι* scr. C L. Edd. *ἐμπν.*

7) Ignatiano - mastiges contendunt, fieri hic mentionem *Σιγῆς* Valentini Gnostici, et inde apparere, epistolam nostram non ab Ignatio esse exaratam. Respondent *Cotel.* (ad h. l.) *Pearsonus* (Vindic. P. II. c. 4. sqq.) et *Rothe* (Anf. p. 726.) Ignatium dixisse: Christus est verbum Dei aeternum quod non instar humani sermonis post *silentium* s. e *silentio* progreditur, non *iunius* est silentium, sed *aeternum.* Simili modo iam Interpol. hunc locum explicuit. Sed in famoso libro Hippolyti nuper detecto, quod false Origenis Philosophumena inscribitur (Oxon. 1851.), fragmentum ex *τῇ Ἀποφάσει μεγάλῃ* Simonis Magi servatum est (p. 173.) e quo luce clarius perspicimus Simonem in systemate suo gnostico primum locum dedisse *τῇ Σιγῇ*, quae cum *Βύθῳ* Valentini comparanda est. Legimus ibi p. 173. *λέγει γὰρ Σίμων διαῤῥήδην περὶ τούτου ἐν τῃ*

itaque velut in unum templum Dei concurrite, velut ad unum altare, velut ad unum Iesum Christum, qui ab uno patre procedit, et ad unum reversus est, et cum uno perseverat.

unius in templum Dei concurrite, ut ad unum altare, ut ad unum Iesum Christum, ab uno Patre procedentem et existentem in uno, et redeuntem ad unum.

VIII. *Cavete a falsis doctrinis Iudaizantium.*

Ne seducamini alienis doctrinis, neque veteribus fabulis, quae sunt inutiles. Si enim adhuc iuxta [legem] Iudaismum vivimus, confitemur, nos gratiam non accepisse. Divinissimi namque prophetae iuxta Iesum Christum vixerunt. Ob hoc et persecutionem passi sunt, gratia ipsius inspirati, ut, qui erant increduli, certi redderentur quod unus sit Deus, qui seipsum manifestaverit per Iesum Christum filium suum, qui est Verbum eius aeternum, non e Sige progrediens, quique in omnibus ei, qui ipsum miserat, complacuit.

* VIII. Ne seducamini falsis opinionibus, neque fabulis antiquis, quae nulli bona sunt. Si enim adhuc iuxta legem Iudaico more vivimus, fatemur nos non accepisse gratiam. Etenim divinissimi Prophetae secundum Christum Iesum vixerunt, ideoque persecutionem passi sunt, gratia eius inspirati, ut non credentes plena fide crederent, quod unus Deus est, qui manifestavit semetipsum per Iesum Christum filium suum, qui est verbum ipsius aeternum, non ex silentio procedens, qui per omnia bene placuit ei, qui misit ipsum.

IX. *Vivamus cum Christo.*

Si igitur, qui in veteri rerum ordine degerunt, ad novam spem pervenerunt, non amplius sabbatum colentes, sed iuxta dominicam viven-

* IX. Si ergo ii, qui in vetustis rebus versabantur, ad novitatem spei pervenerunt, non amplius sabbata colentes, sed per diem domini-

---

Ἀποφάσει οὕτως· Ὑμῖν οὖν λέγω ἃ λέγω, καὶ γράφω ἃ γράφω. τὸ γράμμα τοῦτο· δύο εἰσὶ παραφυάδες τῶν ὅλων αἰώνων, μήτε ἀρχὴν μήτε πέρας ἔχουσαι, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ἥτις ἐστὶ δύναμις, σιγή, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, . . . ἥτις ἐστὶ μεγάλη δύναμις. Ignatium in loco isto ad hanc Simonis *Σιγὴν* respicere contenderunt *Denzinger* (Tübing. theol. Quartalschr. 1852. p. 442 sqq. et Bunsen (Hippol. I. p. 44 sq.) quamvis hic epist. nostram spuriam putet. Contradicit Hilgenfeld: die apost. Vät. p. 232. Simonis Magi fragmentum istud Uhlhorno l. l. p. 299. ignotum erat, quo factum ut Pearsonii sententiae accederet et Denzingeri priorem libellum (Die Aechtheit des bisherigen Textes der ign. Briefe 1849.) iniuste vituperaret. *H.* ed. IV. In C manus recens orae adscripsit: *Ἐν ἀντιγράφῳ τετυπωμένῳ· ὃς ἐστιν αὐτοῦ λόγος οὐ ῥητὸς ἀλλ' οὐσιώδης. οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φάνημα ἀλλ' ἐνεργείας θεικῆς οὐσία γεννητή. ὃς πάντα.*

Cap. IX. 1) Forsitan *δόγμασιν. Markland.* Interpolator *γράμμασιν.* Usserius Iudaeos ad Christianismum conversos intelligit. Pearsonus confert Epiphanium contra Ebionem disputantem, *ὅτι οὐ χρὴ βαπτισμοῖς χρῆσθαι καὶ ἔθεσιν ἀνωφελέσιν.* Haer. XXX. c. 21. Opp. 1. p. 145. ed. Petav. *Iac.*

2) *ἦλθον* C L, *ἤλυθον* Voss.

3) *κυριακὴν ζωὴν ζῶντες* C L. Praeeunte Petermanno exclusi *ζωὴν* c. vet. Int. et Arm.

ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δι' αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ — ὃν τινες[4] ἀρνοῦνται, δι' οὗ μυστηρίου ἐλάβομεν τὸ πιστεύειν, καὶ διὰ τοῦτο ὑπομένομεν,[5] ἵνα εὑρεθῶμεν μαθηταὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου διδασκάλου ἡμῶν — πῶς ἡμεῖς δυνησόμεθα ζῆσαι χωρὶς αὐτοῦ, οὗ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκουν; Καὶ διὰ τοῦτο, ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν[6] ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν.

X. *Nolite iudaizare.*

Μὴ οὖν ἀναισθητῶμεν τῆς χρηστότητος[1] αὐτοῦ. Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσηται,[2] καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν. Διὰ τοῦτο, μαθηταὶ αὐτοῦ γενόμενοι, μάθωμεν κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν. Ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου,[3] οὐκ ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Ὑπέρθεσθε[4] οὖν τὴν κακὴν ζύμην, τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἐνοξίσασαν, καὶ μεταβάλεσθε εἰς νέαν ζύμην, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε.[5] Ἄτοπόν ἐστιν, Χριστὸν Ἰησοῦν λαλεῖν,[6] καὶ Ἰουδαΐζειν. Ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς οὐκ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν, ἀλλ'[7] Ἰουδαϊσμὸς εἰς Χριστιανισμόν, ὡς[8] πᾶσα γλῶσσα πιστεύσασα εἰς Θεὸν συνήχθη.[9]

XI. *Non castigans, sed vos praemuniens haec scribo.*

Ταῦτα δὲ, ἀγαπητοί μου, οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν οὕτως ἔχοντας,[1] ἀλλ' ὡς μικρότερος ὑμῶν θέλω προφυλάσσεσθαι[2] ὑμᾶς, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ἄγκιστρα τῆς κενοδοξίας, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι[3] ἐν τῇ γεννήσει καὶ τῷ πάθει καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς

---

4) ὅν τινες Voss., οἵτινες C L.

5) ὑπομένωμεν C L. Qua lectione recepta puncto post πιστεύειν distinguas.

6) παρ' ὧν C, παρ' ὢν (sic, et primitus quidem) L. Matth. 27, 52.

Cap. X. 1) χριστότητος C L. Respicere videtur v. 4. c. 2. D. Pauli Ep. ad Rom.

2) μιμήσηται cum Augustano a Pacaeo edito et nostris (recensionis prolix.) B O V, μιμήσεται L, μιμήσθαι C, τιμήσεται coni. Voss. et alii. Tum πράσσωμεν C L Voss, πράσσομεν Interpol. et Int. vet. Cfr. Ps. 130, 3.

3) In C vocc. ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου man. sec. ad oram repetuntur. Graziani: Giacchè chiunque con altro nome chiamasi, fuor di questo, non è di Dio.

4) Ὑπέρθεσθε C L, et ita c. Augustano et Anglicano nostri Codd. B F O V recens. prolixioris; ἀπόθεσθε Interpolator vulg., Int. vet. (*deponite*) et Arm. Cfr. I Cor. 5, 7.

5) Metaphoram Auctor persequitur, ut solet; nam ex putredine malus odor, *Pearson.* Cod. Mstus exhibet ὁρμῆς. Certissimam Vossii correctionem post Usser., Pearson. et Smith. in textum admisi. Cfr. Ep. ad Eph. c. 17. δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας. ἐλεγχθήσεσθε quoque Vossius ut emendationem profert; sed ita revera legit Codex Mediceus, non ἐλεγχθήσετε. *Iac.* Cod. C quoque ὁρμῆς ἐλεγχθήσεσθε.

6) λαλεῖν C L, non καλεῖν ut Vossio auctore ed. Cot.

7) Ita scripsi c. C L, ἀλλὰ Voss. et rlqq. editt.

8) Pro ὡς Bunsenio l. l. p. 132. scribendum videbatur ᾧ, idque recepit *H.* ed. IV.

9) Cfr. Ioann. 10, 16. Coniectaverim συνηχηθῇ (συνηχέω) sensu medii intr. Cfr. Soph. Oedp. Col. 1500.

Cap. XI. 1) I. e. non quod cognoverim aliquos vestrum Iudaismum sectari. *Iac.*

2) προφυλάσσεσθε C L.

3) πεπληροφορεῖσθαι C, et Heysio notante etiam L.

tes, in qua et vita nostra exorta est per ipsum et mortem ipsius (quam quidam negant, per quod mysterium fidem accepimus, et propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Iesu Christi, solius doctoris nostri), quomodo nos poterimus vivere sine ipso, quem etiam prophetae, cum essent spiritu discipuli eius, ut doctorem exspectabant? Et propter hoc is, quem iuste praestolabantur, adveniens suscitavit ipsos ex mortuis.

cam vitam viventes, in qua et vita nostra per ipsum mortemque eius exorta est; quem nonnulli negant: per quem mysterium credendi accepimus, ideoque sustinemus, ut inveniamur discipuli Iesu Christi, unici magistri nostri: quomodo nos poterimus vivere sine ipso, cuius etiam Prophetae discipuli cum essent spiritu, ut magistrum eum expectabant? Ideoque quem iuste expectarunt, ille praesens excitavit eos a mortuis.

X. *Nolite iudaizare.*

Absit ergo a nobis, non moveri benignitate eius. Si enim nos imitetur secundum ea quae facimus, iam periimus. Proptera, discipuli eius effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur praeter hoc, non est Dei. Abiicite igitur malum fermentum, inveteratum et acimum, et transmutamini in novum fermentum, quod est Iesus Christus. Saliamini in ipso, ut non corrumpatur aliquis e vobis, quoniam ab odore redarguemini. Absurdum est, Christum Iesum profari, et iudaizare. Christianismus enim non in Iudaismum credidit, sed Iudaismus in Christianismum, ut omnis lingua credens ad Deum congregaretur.

* X. Non ergo stupido animo negligamus benignitatem eius. Si enim nostro nos exemplo castigaverit secundum quod agimus, non amplius subsistimus. Quocirca discipuli eius effecti discamus Christiano ritu vivere. Qui enim alio nomine vocatur praeterquam hoc, ille non est Dei. Abiicite ergo malum hoc fermentum, obsoletum et acidum, et transmutemini in novum fermentum, quod est Iesus Christus. Sale conspergimini in ipso, ne quis computrescat in vobis, quia fervoris impetus vos arguet. Absurdum est Christum Iesum vocare, et iudaizare. Neque enim Christianismus in Iudaismum credidit, sed Iudaismus in Christianismum: sicut omnis lingua credens in Deum adunata est.

XI. *Non castigans, sed vos praemuniens haec scribo.*

Haec autem scribo, dilecti mei, non quod cognoverim, aliquos vestrum hoc animo affectos esse, sed, minor vobis, cautum vobis cupio, ne incidatis in hamos inanis doctrinae, sed ut plene certi reddamini de nativitate et passione et resurrectione, quae contigit tempore praefecturae

* XI. Haec autem scribo, dilecti mei, non quod sciam, aliquos vestrum sic affectos esse, sed ut minor vestrum cupio praeservare vos, ne incidatis in hamos inanium opinionum, sed ut plenam fiduciam habeatis in nativitate, et passione, et resurrectione, quae contigit tem-

ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου· πραχθέντα[4] ἀληθῶς καὶ βεβαίως ὑπο Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἧς ἐκτραπῆναι μηδενὶ ὑμῶν γένοιτο.

XII. *Vos enim meliores me estis.*

Ὀναίμην ὑμῶν κατὰ πάντα, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι, πρὸς ἕνα τῶν λελυμένων ὑμῶν οὔκ εἰμι. Οἶδα ὅτι οὐ φυσιοῦσθε· Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. Καὶ μᾶλλον, ὅταν[1] ἐπαινῶ ὑμᾶς, οἶδα ὅτι ἐντρέπεσθε, ὡς γέγραπται, ὅτι[2] ‚ὁ δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος.'

XIII. *Confirmemini in fide et unione.*

Σπουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα πάντα, ὅσα ποιῆτε, κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἐν[1] υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἐν πνεύματι, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν, καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν, καὶ[2] τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων. Ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ κατὰ σάρκα,[3] καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι· ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκική τε καὶ πνευματική.[4]

XIV. *Orate pro me et pro ecclesia Syriae.*

Εἰδὼς ὅτι Θεοῦ γέμετε,[1] συντόμως παρεκέλευσα ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἵνα Θεοῦ ἐπιτύχω, καὶ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας — ὅθεν οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι·[2] ἐπιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν Θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης — εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι.

---

4) Quasi ἃ ἐπράχθησαν, vel coniunge cum praecedentibus. *Cotel.* Praepone ἅ εἰσι, propter Grammaticae rationem; uti habet Vet. Int. *quae facta sunt. Smith.* Supra Ep. ad Eph. c. 9. ἅτινα ἐπράχθη. *Iac.*

Cap. XII. 1) ὅταν C, ὅτ' ἂν L Voss., Iac.
2) Prov. 18, 17.

Cap. XIII. 1) Ignatius Filium ante Patrem nominat (ut Apostolus II Cor. 13, 13.), quod Remy Ceillier (histoire générale T. I. p. 622.) vetustissimae antiquitatis signum putat. Cfr. Düsterdieck l. c. p. 27. *H.*
2) καὶ deest in C.
3) Christus homo (κατὰ σάρκα), non Christus ὁ λόγος Deo Patri subditus ab Ignatio dicitur.
4) Cfr. Eph. 4, 4. ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα = concordia et unitas extra ecclesiam sicuti in ea ipsa.

Cap. XIV. 1) Heic et plus in recens. longiori imitatur Paul. Ap. ad Rom. 15, 14.
2) In C fuit καλεῖσθαι, quod mutatum est in καλεῖσθε, supra iterum αι.

Pontii Pilati; quae vere et indubitanter gesta sunt a Iesu Christo, spe nostra, a qua averti nemini vestrum accidat.

pore praesidatus Pontii Pilati, quae vere firmiterque facta sunt a Christo Iesu, spe nostra, a qua exorbitare quemquam vestrum ne sinat Deus.

XII. *Vos enim meliores me estis.*

Fruar vobis in omnibus, siquidem dignus sum. Etsi enim ligatus sum pro Christo, comparandus tamen non sum uni vestrum, qui ligati non estis. Novi, quod hac laude non superbitis; Iesum enim Christum habetis in vobis. Et magis, cum laudo vos, scio quod erubescitis, sicut scriptum est: ‚iustus sui est accusator.'

* XII. Utinam fruar vobis per omnia, modo dignus sim. Ego enim licet vinctus, nulli vestrum solutorum comparandus sum. Scio, quod non inflemini; nam Iesum Christum habetis in vobismetipsis. Quin potius cum laudo vos, scio vos rubore suffundi, sicut scriptum est: ‚iustus sui accusator est.'

XIII. *Confirmemini in fide et unione.*

Studete igitur confirmari in doctrinis Domini et Apostolorum, ut omnia, quae facitis, prospere vobis succedant, carne et spiritu, fide et caritate, in Filio et Patre et Spiritu, in principio et in fine, cum dignissimo episcopo vestro, et digne contexta spirituali corona presbyterii vestri, et cum diaconis, Deo placentibus. Subiecti estote episcopo et vobis mutuo, ut Iesus Christus Patri secundum carnem, et Apostoli Christo et Patri et Spiritui; ut unio sit et carnalis et spiritualis.

* XIII. Date ergo operam ut confirmemini in dogmatibus Domini et Apostolorum, ut omnia, quae facitis, recta procedant via, carne spirituque, fide et caritate, in filio et Patre et in spiritu, in principio et in fine; cum dignissimo Episcopo vestro, et cum bene contexta spiritali corona Presbyterio vestro, et Dei ministris Diaconis. Subiecti estote Episcopo et vobis mutuo, sicut Iesus Christus Patri, secundum carnem, et Apostoli Christo et Patri et spiritui, ut unio sit carnalis simul et spiritalis.

XIV. *Orate pro me et pro ecclesia Syriae.*

Cum sciam vos Deo plenos esse, brevibus vos cohortatus sum. Memores estote mei in orationibus vestris, ut Deum assequar, et ecclesiae, quae in Syria est — unde non sum dignus vocari, indigeo enim unita vestra in Deo oratione et charitate — ut ecclesia, quae in Syria est, mereatur per ecclesiam vestram irrorari.

* XIV. Cum sciam, vos Dei plenos esse, breviter vos cohortatus sum. Memores estote mei in orationibus vestris, ut Deum consequar, et Ecclesiae, quae in Syria est (cuius ego membrum vocari non sum dignus; opus enim mihi est unita in Deo oratione vestra et caritate), ut Ecclesia Syriae mereatur per vestram Ecclesiam refrigerari.

XV. *Salutant vos Ephesii et ceterae ecclesiae.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἐφέσιοι[1] *ἀπὸ Σμύρνης, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, παρόντες εἰς δόξαν Θεοῦ, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν, ἅμα Πολυκάρπῳ, ἐπισκόπῳ Σμυρναίων. Καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν τιμῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσπάζονται ὑμᾶς. Ἔρρωσθε ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ, κεκτημένοι ἀδιάκριτον*[2] *πνεῦμα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.*

ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ Θεῷ, πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν[2] *τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ καὶ ἀξιοθέῳ, εἰρηνευούσῃ ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι [καὶ]*[3] *τῷ πάθει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν ἐν τῇ εἰς αὐτὸν ἀναστάσει· ἣν καὶ*[4] *ἀσπάζομαι ἐν τῷ πληρώματι,*[5] *ἐν ἀποστολικῷ*[6] *χαρακτῆρι, καὶ εὔχομαι πλεῖστα χαίρειν.*

I. *Laus vestra per Polybium mihi innotuit.*

Ἄμωμον διάνοιαν καὶ ἀδιάκριτον[7] *ἐν ὑπομονῇ ἔγνων ὑμᾶς ἔχοντας, οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν,*[8] *καθὼς ἐδήλωσέν μοι Πολύβιος, ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν, ὃς παρεγένετο θελήματι Θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Σμύρνῃ, καὶ οὕτως μοι συνεχάρη δεδεμένῳ ἐν Ἰησοῦ*

Cap. XV. 1) Non Ephesii, qui negociandi causa Smyrnae degebant, sed illi, qui cum Onesimo episcopo Epheso Ignatium eo venerant salutatum.

2) Ita c. Interpol. Vossius, in cuius textu *διάκριτον*, ut exh. C L. Cfr. ad Eph. c. 3, ad Trall. c. 1.

1) Sic inscribunt C L. — Aequa ac aliarum civitatum charitate impulsi, qui Tralles inhabitabant, fratres Polybium episcopum Smyrnam delegaverunt (c. 1. 12.), ut Ignatio ob vincula congratulentur. Is naturali Trallianorum mentis candore atque fide ex ipso episcopo cognita, laude eos celebrat, ob obedientiam erga ipsum, presbyteros et diaconos adque mutuum amorem atque unitatem, ut assolet, cohortatur (c. 2. 3.). Humilitate sibi opus esse (c. 4.); quamvis coelestia tradere posset praecepta, discipulum se esse affirmat (c. 5.). Ab erroneis doctrinis custodite vos, praesertim a Docetis, id quidem mansuetudine, fide et charitate colenda (c. 6—11.). Saluto vos una cum legatis ecclesiarum Smyrnae praesentibus; manete in fide et charitate, et in orationibus vestris mei et Syriae ecclesiae memores estote (c. 12. 13.).

Versio Syriaca a Curetono edita Epistolae ad Trallianos cap. 4. et 5. ita exhibet, ut ea annectat illis, quae ex Ep. ad Romanos desumpta profert ultima. Argumentum sane utriusque capitis ob indolem et hic et illic locum habere potest, quamquam eum facilius tuetur in Ignatio graeco. Curetonus vero utrumque cap. Epistolae ad Rom. adiudicat, eam ad Trallianos denotans suspectam. Armenii interpretationem ap. Petermannum evolvas.

2) *ἐν τράλεσιν* C L.

3) [*καὶ*] ex Int. vet. inseri vult Voss.; deest in C L. Mihi quidem abundare videtur, quia *τῷ πάθει* appositio est praecedentium. Versio Arm. a textu gr. vel maxime discrepat.

4) *καὶ* particulam a Vossio praetermissam praebent C L.

5) I. e. cuius ecclesiae omnia saluto membra. *Smith.*

6) Uti hic sibi (episcopo), ita infra c. 2. presbyteris quoque Ecclesiae Trallianae auctoritatem quandam apostolicam tribuit Ignatius. *Iac.* Smithius salutandi formam, qua Apostoli utebantur, intelligit. Holstenius: *Apostolico more.* Gra-

XV. *Salutant vos Ephesii et ceterae ecclesiae.*

Salutant vos Ephesii e Smyrna, unde haec scribo vobis, qui praesentes adsunt in Dei gloriam, ut et vos, qui me una cum Polycarpo episcopo Smyrnaeorum in omnibus recrearunt. Et ceterae ecclesiae in honorem Iesu Christi vos salutant. Valete, Deo uniti, spiritum possidentes inseparabilem, qui est Iesus Christus.

* XV. Salutant vos Ephesii ex Smyrna, unde et scribo vobis, ubi praesentes adsunt ad gloriam Dei, sicut et vos, qui per omnia me refocillarunt una cum Polycarpo Smyrnensium Episcopo. Ceterae quoque Ecclesiae in honore Iesu Christi vos salutant. Valete in concordia Dei, indivulsum possidentes spiritum, qui est Iesus Christus.

AD TRALLIANOS.

Ignatius, qui et Theophorus, dilectae a Deo, patre Iesu Christi, ecclesiae sanctae, quae est Trallibus Asiae, electae et Deo dignae, pacem habenti in carne et sanguine et passione Iesu Christi, spei nostrae, quando resurgemus ad eum; quam et saluto in plenitudine, in apostolico charactere, cuique plurimam opto salutem.

*IGNATIUS TRALLIANIS.

* Ignatius, qui et Theophorus, dilectae Deo Patri Iesu Christo Ecclesiae sanctae, quae est Trallibus Asiae, electae et Deo dignae, pacem habenti in carne et sanguine per passionem Iesu Christi, spei nostrae, et resurrectionem in ipsum, quam in plenitudine Apostolico more saluto, et plurimum salvere opto.

I. *Laus vestra per Polybium mihi innotuit.*

Constanter inculpatam et inseparabilem in sustinentia mentem cognovi vos habere, non usu solum, sed indole, quemadmodum id mihi episcopus vester Polybius indicavit, qui Smyrnae adfuit per voluntatem Dei et Iesu Christi, quique mihi vincto in Iesu Christo ita congratulatus est, ut omnem

* I. Inculpatam et non fictam mentem in patientia vos habere cognovi, idque non usu, sed naturae beneficio, quemadmodum significavit mihi Polybius Episcopus vester, qui Smyrnae adfuit per voluntatem Dei et Iesu Christi, mihique vincto in Iesu Christo ita congratulatus est,

---

ziani versioni italicae *καὶ* inserit: la quale io saluto eziandio nella pienezza, e nell' apostolico carattere.

7) Cfr. supra Ep. ad Eph. c. 3.

8) Trallianorum fidem et constantiam non posse tantum cognosci ex quotidianis eorum exercitiis et bonis operibus; sed etiam ex naturali eorum bonitate. Ita enim accipienda haec Ignatii verba, atque si scripsisset *οὐ κατὰ χρῆσιν μόνον, ἀλλὰ κατὰ φύσιν*, idque satis trito loquendi genere.

Χριστῷ, ὥστε με τὸ πᾶν πλῆθος ὑμῶν ἐν αὐτῷ θεωρεῖσθαι.[9] *Ἀποδεξάμενος οὖν τὴν κατὰ Θεὸν εὔνοιαν δι' αὐτοῦ, ἔδοξα εὑρεῖν*[10] *ὑμᾶς, ὡς ἔγνων,*[11] *μιμητὰς ὄντας Θεοῦ.*

II. *Estote subiecti episcopo, presbyteris et diaconis.*

Ὅταν[1] *γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσησθε*[2] *ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ ἄνθρωπον*[3] *ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δι' ἡμᾶς*[4] *ἀποθανόντα, ἵνα πιστεύσαντες εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, τὸ ἀποθανεῖν ἐκφύγητε. Ἀναγκαῖον οὖν ἐστὶν, ὥσπερ ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς· ἀλλ' ὑποτάσσεσθε*[5] *καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες εὑρεθησώμεθα.*[6] *Δεῖ*[7] *δὲ καὶ τοὺς διακόνους, ὄντας μυστηρίου*[8] *Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν. Οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας Θεοῦ ὑπηρέται. Δέον οὖν αὐτοὺς φυλάσσεσθαι*[9] *τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ.*

III. *Honorate diaconos, episcopum et presbyteros.*

Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους ὡς ἐντολὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν, ὄντα υἱὸν τοῦ πατρὸς,[1] *τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ὡς συνέδριον Θεοῦ, καὶ ὡς σύνδεσμον*[2] *ἀποστόλων. Χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται. Περὶ ὧν πέπεισμαι ὑμᾶς οὕτως ἔχειν. Τὸ γὰρ ἐξεμπλάριον τῆς ἀγάπης ὑμῶν ἔλαβον, καὶ ἔχω μεθ' ἑαυτοῦ*[3] *ἐν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν, οὗ αὐτὸ τὸ κατάστημα*

---

9) Ita utriusque Cod. lectio *θεωρῆσθε* explicari, et sensu medii intelligi potest; *θεωρῆσαι* ex Interpolatore et vet. Int. Vossius, quem seq. editt. excepto Iacobsono et qui eum repetierunt. Sensus profecto activi modi praestat.

10) *ἐδόξα εὑρὼν* C L et Interpol.; *εὑρεῖν* p. *εὑρὼν* proposuit Voss. Interpres vet. et Arm. leg. *ἐδόξασα εὑρών*.

11) *ἔγνω* C, man. pr. lit. *ν* postea adscripta.

Cap. II. 1) *ὅταν* C, *ὁτ' ἂν* L Voss. Iac.

1) Dedi *ὑποτάσσησθε* c. C L. Nam in hoc quoque Cod. Tischendorfius ita scriptum esse certiorem me fecit contra Iacobsonum, qui *ὑποτάσσεσθε* ut Vossius et libb. impr.

3) Ita C L, quod in *ἀνθρώπινον* pervertit Vossius, *κατὰ τὸ ἀνθρώπινον* sine necessitate proponens in notis. Utriusque nostri Codicis lectio occurrit ap. Interpol. Cfr. I Cor. 15, 32. Gal. 3, 15.

4) Int. vet. *vos*.

5) *ὑποτάσσεσθε* scripsi c. C L et Armenio. Vossius quoque eam lectionem retinendam censet in notis, etsi ipse evulgavit *ὑποτάσσεσθαι* c. vet. Int., Antioch. serm. 124. et aliis, quos sqq. Smith. et Iac.

6) *εὑρεθησώμεθα* C Holstenii apographum et Voss., *inveniamur* vet. Interpres. In L et ap. Interpolatorem *εὑρεθησόμεθα*, alio prorsus sensu.

7) Dicit, non debere esse quemquam, cui non placeant omnibus modis diaconi. *Voss.*

8) Recepi e marg. Codicis C lectionem *μυστηρίου* docta manu adscriptam; in textu est *μυστήριον*, ut scr. L; *μυστηρίων* Int. vet. et Paraphrastes. Ultimam lectionem commendat Vossius, haec addens: Sensum non percepere interpretes, qui tamen satis est clarus. Dicit enim, non debere esse quemquam, cui non placeant omnibus modis diaconi. Illos enim non esse ministros esculentorum et poculentorum; sed ministros mysteriorum Dei, sive Sacramentorum. Ait itaque, diaconos quidem immunes esse debere ab omni peccato; et ut ipsos decet, vitare crimina, tamquam ignem: alios vero debere tales debita reverentia prosequi. Miror autem Antiochum, qui Sermone 124. haec Ignatii citat, ita illa mutasse, ut id, quod de diaconis hic dicitur, presbyteris adtribuat: modo apud illum locus sit integer, nec aliqua exciderint verba. — Armenius legisse videtur *συμμύστας*.

9) *φυλάσσεσθε* L, *φυλάσσεσθε* C *αι* supra.

multitudinem vestram in eo contemplatus sim. Excipiens enim per ipsum vestram, quae secundum Deum est, benevolentiam, vos ipsos, quos cognovi imitatores Dei, invenisse videbar.

ut universam multitudinem vestram in eo contemplatus sim. Accipiens ergo probansque istam secundum Dei benevolentiam, visus sum mihi per ipsum deprehendisse vos imitatores esse Dei.

II. *Estote subiecti episcopo, presbyteris et diaconis.*

Cum enim episcopo subiecti sitis ut Iesu Christo, videmini mihi, non secundum hominem, sed secundum Iesum Christum vivere, qui propter nos mortuus est, ut credentes in mortem ipsius mortem effugiatis. Necessarium itaque est, quemadmodum facitis, ut sine episcopo nihil agatis, sed et presbyterio subditi sitis, ut Apostolis Iesu Christi, spei nostrae, in quo conversantes inveniamur. Oportet autem et diaconos, qui sunt ministri mysterii Iesu Christi, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum et potuum ministri sunt, sed ecclesiae Dei ministri. Oportet igitur, ut sibi caveant a criminibus tanquam ab igne.

* II. Quando enim Episcopo subiecti estis ut Iesu Christo, videmini mihi non secundum hominem vivere, sed secundum Iesum Christum, qui propter nos mortuus est, ut credentes in mortem eius, mortem effugiatis. Necesse itaque est, quemadmodum facitis, nihil vos sine Episcopo agere. Sed et Presbyterio subiecti estote, ut Apostolis Iesu Christi, qui spes nostra est, in quo viventes inveniamur. Oportet et Diaconos, mysteriorum Christi ministros, omni modo cunctis placere: neque enim ciborum et potuum ministri sunt, sed Ecclesiae Dei subserviunt. Decet ergo eos sibi cavere a criminibus tanquam ab igne.

III. *Honorate diaconos, episcopum et presbyteros.*

Cuncti similiter revereantur diaconos ut mandatum Iesu Christi, et episcopum ut Iesum Christum, filium patris, et presbyteros ut senatum Dei et concilium Apostolorum. Sine his ecclesia non vocatur. De his vos ita sentire persuasum habeo. Exemplar enim charitatis vestrae accepi et mecum habeo in episcopo vestro; cuius ipse habitus magna disciplina

* III. Similiter quoque omnes revereantur Diaconos ut Iesum Christum, sicut et Episcopum qui Patris typum gerit, Presbyteros autem ut consessum Dei et collegium Apostolorum. Sine his non vocatur Ecclesia. De quibus et vos ita sentire, persuasum habeo. Exemplar enim caritatis vestrae accepi et mecum habeo in Episcopo vestro, cuius ipsa

---

Cap. III. 1) Ita Smithius restituit ex Int. vet. In Mss. C L *τοὺς διακόνους, ὡς Ἰησοῦν χριστὸν. ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὄντα υἱὸν τοῦ πατρὸς.* Cfr. infra c. 13. Ep. ad Smyrn. c. 8.

2) *σύνδεσμον* reponendum monuit Voss., *σύνδεσμος* C L.

3) *μεθ' ἑαυτοῦ* C L, quod Voss. tacite mutavit in *μετ' ἐμαυτοῦ* c. Interpolatore. Notus est graecismus ille, quo *ἑαυτοῦ* in omnibus casibus permutari potest cum *ἐμαυτοῦ* et *σεαυτοῦ*. Vid. Buttmann Gram. ed. undecimae pag. 361. Not. 5. Ioann. Franzius tamen Codd. scripturae non confidendum esse putabat.

μεγάλη μαθητεία, ἡ δὲ πραότης αὐτοῦ δύναμις· ὃν[4] *λογίζομαι καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέπεσθαι, ἀγαπῶντας, ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ. Πότερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου εἰς τοῦτο ᾠήθην, ἵνα ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι;*[5]

IV. *Humilitate et mansuetudine mihi opus est.*

Πολλὰ φρονῶ ἐν Θεῷ· ἀλλ' ἐμαυτὸν μετρῶ,[1] *ἵνα μὴ ἐν καυχήσει ἀπόλωμαι. Νῦν γάρ με δεῖ πλέον φοβεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με. Οἱ γὰρ λέγοντές*[2] *μοι μαστιγοῦσίν με. Ἀγαπῶ μὲν γὰρ τὸ παθεῖν· ἀλλ' οὐκ οἶδα, εἰ ἄξιός εἰμι. Τὸ*[3] *γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ. Χρῄζω οὖν πραότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου.*

V. *Non sublimes doctrinas vobis tradam.*

Μὴ οὐ δύναμαι[1] *τὰ ἐπουράνια γράψαι; Ἀλλὰ*[2] *φοβοῦμαι, μὴ νηπίοις οὖσιν ὑμῖν βλάβην παραθῶ.*[3] *Καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι, μήποτε, οὐ δυνηθέντες χωρῆσαι, στραγγαλωθῆτε.*[4] *Καὶ γὰρ ἐγὼ, οὐ καθ' ὅ,τι*[5] *δέδεμαι, καὶ δυνάμενος [νοεῖν]*[6] *τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰς τοποθεσίας*[7] *τὰς ἀγγελικὰς, καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχοντικὰς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα. Παρὰ τοῦτο ἤδη*[8] *καὶ μαθητὴς εἰμι· πολλὰ*[9] *γὰρ ἡμῖν*[10] *λείπει, ἵνα Θεοῦ μὴ λειπώμεθα.*[11]

VI. *Abstinete a veneno haereticorum.*

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ ἀγάπη Ἰησοῦ Χριστοῦ, μόνῃ τῇ χριστιανῇ τροφῇ χρῆσθαι, ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης[1] *ἀπέχεσθαι,*

---

4) Huius loci corruptelam alius alio modo sanari vult. Equidem legerim: *ὃν λογίζομαι καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέπεσθαι, [οὐ μόνον ὑμᾶς, οὓς ἀγαπῶ,] ἀγαπῶντας, ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ. Πότερον δυνάμενος κτλ.* Cfr. Ep. ad Philadelph. c. 5. initium. In Mss. C L *ἑαυτὸν* p. *ἑαυτοῦ*. Hefelius in verbo *ᾠήθην* reddendo Pearsonum secutus vertit: *Num, quum hac de re scribere mihi licuerit, in tantam mei existimationem deveni, ut quamvis condemnatus, velut Apostolus vobis praeciperem?*

5) *διατάσσομαι* C L.

Cap. IV. 1) *μετρῷ* cum iota subscr. C. Sententiarum nexus: non tanti me esse opinor, ut vobis constituam, sicuti Apostolus. Multum quidem in Deo sentio; sed metior me ipse, ne peream gloriando.

2) Nolte mavult *οἱ καλὰ λέγοντες*.

3) *τὸ* C L, *ὁ* tacite ed. Voss., et cum eo rlqq. usque ad Iacobsonum. Cfr. Clem. Rom. I. Ep. ad Cor. c. 4. Dicit autem martyrii desiderium, sibimet ipsi plus, quam aliis cognitum.

Cap. V. 1) Interpol., vet. Int., Syrus et Armenius inserunt pron. *ὑμῖν*. Sequens membrum id superfluum reddit.

2) Cfr. I Cor. 3, 1. 2.

3) Nolte cum Interpol. legi vult *παραθῶμαι*.

4) Ita ex Interpol. Vossius, *στράγγαλον θῆτε* scr. C L.

5) *καθ' ὅ, τι* scripsi c. C, *καθ' ὅτι* absque spiritu I. Heysio mihi notante, *καθότι* libb. impr.

6) Ita monente Vossio supplendum ex Int. vet. et Interpolatore. Favent vers. Syr. et Arm.

7) I. e. *officia et dignitates*, ut ad Smyrn. c. 6.: *τόπος μηδένα φυσιούτω*. Cfr. etiam ad Polyc. c. 1. *Pearson.*

8) *εἴ δη* C L.

9) Cfr. I Cor. 13, 9. Syrus et Armenius h. l. paulo liberius verterunt. Fragmentum tamen Syr. Severi Antiocheni (Cfr. Cureton. l. c. pp. 40. 100.) gr. textui ad amussim respondet.

10) *ἡμῖν* C L, quod in textu Vossiano perversum est in *ὑμῖν*. Genuinam vero lectionem Voss. in notis indicat.

11) Gallicciolli: In quanto a questo

est, mansuetudo vero eius potentia; quem, ut existimo, et impii ipsi reverentur, quibus etiam placet quod ego mihi non parcam. Num, cum hac de re scribere mihi licuerit, in tantam mei existimationem deveni, ut, quamvis condemnatus, velut Apostolus vobis praeciperem?

animi vultusque aequalitas magnum documentum; cuius mansuetudo virtutem praefert, ut ipsos quoque impios eum revereri existimem. Non contineo me, quia diligo vos, quamvis acrius hac de re scribere possem: ideo scilicet, quia iam addictus tanquam Apostolus vobis praecipio.

IV. *Humilitate et mansuetudine mihi opus est.*

Multa sapio in Deo; sed mihi ipsi modum adhibeo, ne gloriando peream. Nunc enim plus mihi timendum est, nec aures illis sunt praebendae, qui me inflant. Qui enim me laudant, flagellant me. Nam diligo quidem pati; sed nescio an dignus sim. Vehementia enim mea multis quidem non apparet, me vero acrius impugnat. Opus itaque mihi mansuetudine, qua princeps seculi huius destruitur.

* IV. Magna sentio in Deo; sed me ipsum metior, ne gloriando peream. Nunc enim magis mihi timendum est, nec attendi, qui me inflant. Laudantes enim me flagellant. Nam cupio quidem pati; sed nescio utrum dignus sim. Nam aemulatio (inimici) multis quidem non apparet, sed me vehementius oppugnat. Quocirca mansuetudine mihi opus est, qua evertitur princeps huius seculi.

V. *Non sublimes doctrinas vobis tradam.*

Nonne possem coelestia scribere? At, ne parvulis vobis damnum inferam, metuo. Ac mihi ignoscite; ne, ista capere non valentes, strangulemini. Nam et ego, non ideo quod vinctus sum, et coelestia intelligere possum, et locos angelorum, et coetus constitutionesque principatuum, visibilia et invisibilia. Respectu harum rerum adhuc discipulus sum; multa enim nobis desunt, ne a Deo absimus.

* V. Nonne possem de rebus coelestibus scribere? Sed vereor, ne vobis adhuc parvulis obsim, et ignoscite mihi, ne, cum capere haud possitis, strangulemini. Etenim ego, non quia vinctus sum, et res coelestes, seriesque Angelorum et ordines principatuum, visibilia etiam et invisibilia intelligere possum, ideo iam discipulus quoque sum: multa enim desunt nobis, ne a Deo destituamur.

VI. *Abstinete a veneno haereticorum.*

Obsecro itaque vos, non ego, sed charitas Iesu Christi, solo christiano alimento uti, ab aliena autem herba abstinere, quae est haeresis.

* VI. Quocirca obsecro vos, non quidem ego, sed caritas Iesu Christi, ut solo Christiano nutrimento utamini, abstineatis autem ab herba

---

sono ancora discepolo: imperciocchè molte cose ci mancano, acciochè Dio non ci manchi (Cioè, siamo ancora indietro assai nella cognizione delle cose divine, per poter dire, che esse non ci mancano).

Cap. VI. 1) Cfr. ad Philad. c. 3.; ad Ephes. c. 10.

ἥτις ἐστὶν αἵρεσις. Οἱ καὶ ἰοῖς παρεμπλέκουσιν[2] Ἰησοῦν Χριστὸν, καταξιοπιστευόμενοι[3] ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον διδόντες μετὰ οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν ἡδέως λαμβάνει, ἐν ἡδονῇ κακῇ[4] τὸ ἀποθανεῖν.

VII. *Custodite vos ab haereticis.*

Φυλάττεσθε οὖν τοὺς τοιούτους.[1] Τοῦτο δὲ ἔσται ἡμῖν μὴ φυσιουμένοις, καὶ οὖσιν ἀχωρίστοις Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων. Ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν· [ὁ δὲ ἐκτὸς ὢν οὐ καθαρός ἐστιν][2] τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνου[3] πράσσων τι,[4] οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν τῇ συνειδήσει.

VIII. *Contra diaboli insidias muniamini mansuetudine, fide et charitate.*

Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ προφυλάσσω ὑμᾶς ὄντας μου ἀγαπητοὺς, προορῶν[1] τὰς ἐνέδρας τοῦ διαβόλου. Ὑμεῖς οὖν τὴν πραϋπάθειαν[2] ἀναλαβόντες ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, ὅ[3] ἐστιν σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ[4] ἐν ἀγάπῃ, ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίου[5] ἐχέτω. Μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἄφρονας τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος βλασφημῆται.[6] ‚Οὐαὶ[7] γὰρ, δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπί τινων βλασφημεῖται.'

---

2) Sic ex vet. Interprete et ex Interpolatore restituit Vossius. Ms. *οἱ καιροὶ παρεμπλ.*; male. *Οἱ καὶ ὑπαροῖς* Cot. *Οἱ μιαροὶ* Smith. *Οἱ καὶ αἱρετικοὶ* Pears. Simpliciter *καὶ παρεμπλέκουσιν* legit Ioannes Damasc. *H. οἱ καιροὶ παρεμπλέκουσιν* C c. L. Armenius legisse videtur aut *οἳ καὶ ἑαυτοὺς παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦ Χριστῷ*, aut *οἳ καὶ ἑαυτοῖς παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστόν*.

3) Ms. *κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι*. Sed ex Io. Damasceno restituto *καταξιοπιστευόμενοι*. Est autem teste *Scapula καταξιοπιστεύομαι* apud Suidam = *dico adversus aliquem, quae fide indigna sunt*. Lectionem Msti Cotelerius interpretatur: *ratione dignitatis* (loci) *quam obtinent, fidem adepti*. Wocherus: *iure quodam iis creditur, quippe qui fabulis suis vera quaedam et egregia, christianas nempe doctrinas admisceant. H. κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι* in C quoque exaratum est.

4) *κακῇ* c. Int. vet. et Io. Damasc. *κἀκεῖ* C L diphthongo *ει* et vocali *η* ut saepius permutatis.

Cap. VII. 1) Ita Interpolator, *τοῖς τοιούτοις* C L invita Grammatica, quae accusativum requirit.

2) Haec addenda sunt ex vet. Int. et Interpolatore. *Voss.* Videndum, an non praestet interpretatio Armenii, qui legisse videtur *ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν, ὁ δὲ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου πράσσων τι κτλ.*

3) *H.* ed. IV. cum Interpol. legit *διακόνων*.

4) In C pr. man. *πράσσοντι*, man. sec. *ω* supra.

Cap. VIII. 1) *πρὸ ὁρῶν* scr. C L.

2) Ita C et L, in quo quidem *τὴν* art. pr. man. suprascriptus apparet. In ed. Vossiana excusum: *ὑμεῖς ουν πραεῖαν εὐπάθειαν*, quem typographi errorem, ab ipso Vossio in commentariolo notatum, male repetiit Smithius. Nolte l. l. p. 232. coniecit *πνεύματος εὐπάθειαν*.

3) Pro utriusque Cod. lect. *ὅς* tacite Vossius impressit *ὅ*, a Cot. et a plerisque aliis repetitum; *ἥ* coni. Salvinius.

4) *καὶ* ex L C, in quo *ἐν* praep.

Isti etiam venenis suis Iesum Christum miscent, loquentes, quae fide sunt indigna; similis iis, qui mortiferum pharmacum cum vino mulso dant, quod qui ignorat, libenter, in voluptate noxia mortem, accipit.

aliena, quae est haeresis. De occasione obiter implicant Iesum Christum, quibus dignitas fidem conciliat, quasi letale venenum dantes cum mulso, quod ignarus libens laetusque accipit, atque hic mors subest.

VII. *Custodite vos ab haereticis.*

A talibus igitur vos custodite. Hoc autem fiet, si nec inflati nec avulsi fueritis a Deo Iesu Christo et episcopo et praeceptis Apostolorum. Qui intra altare est, mundus est [qui vero extra est, non est mundus]; hoc est, qui sine episcopo et presbyterio et diaconis quidpiam agit, is non est mundus in conscientia.

* VII. Cavete igitur tales. Quod quidem facietis, si non inflemini, et inseparabiliter adhaereatis Deo Iesu Christo et Episcopo et praeceptis Apostolorum. Qui intra altare est, mundus est, hoc est, qui sine Episcopo et Presbyterio et Diacono aliquid facit, hic nequaquam purus est conscientia.

VIII. *Contra diaboli insidias muniamini mansuetudine, fide et charitate.*

Non quod noverim tale quid inter vos, haec scribo; sed praemunire volo vos, ut filios meos charissimos, prospiciens insidias diaboli. Vos itaque, mansuetudinem assumentes, regenerate vosmet ipsos in fide, quae est caro Domini, et in charitate, quae est sanguis Iesu Christi. Nemo vestrum adversus proximum quidquam habeat. Ne ansam detis gentibus, ne propter paucos insipientes multitudo, quae est in Deo, blasphemetur. ‚Vae enim ei, per quem in vanitate nomen meum apud aliquos blasphematur.‘

*VIII. Non quod agnorim tale quid in vobis, sed ut praeservem vos mihi dilectos, praevidens insidias diaboli. Vos itaque mansuetudinem assumentes, reficite vosmetipsos in fide, quae est caro Domini, et in dilectione, quae est sanguis Iesu Christi. Nemo vestrum contra proximum quidquam habeat. Nolite occasiones dare gentibus, ut propter paucos insipientes multitudo in Deo coniuncta blasphemetur. ‚Vae enim illi, per quem propter vanitatem nomen meum ab aliquibus blasphematur.‘

---

man. sec. suprascripta apparet. Deest *καὶ* in ed. principe; addendum id esse (ex Interpol.) iam monet Cot. in marg. Cfr. ad Eph. c. 14.; ad Smyrn. c. 6.

5) Restitui *πλησίου* c. C, Vossio et rlqq. editt. usque ad Iacobsonum, qui scripsit *πλησίον*. Sic teste quoque Tischendorfio in Ms. Mediceo exaratum est. Cfr. Matth. 5, 23. Subinde *τι* additur in Parall. Damasc. Rupef.

6) *βλασφημεῖται* C L.

7) Isai. 52, 5.

IX. *Nolite audire eos, qui sine Christo loquuntur. Historia Christi.*

Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς[1] *ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων καὶ*[2] *ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων· ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς*[3] *καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, οὕτως ἐγερεῖ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὗ*[4] *χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.*

X. *Si Christus non vere passus est, frustra ego vincula fero.*

Εἰ δὲ, ὥσπερ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσιν, τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ ὄντες τὸ δοκεῖν, ἐγὼ τί δέδεμαι, τί δὲ εὔχομαι θηριομαχῆσαι; Δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω· ἄρα[1] *οὐ καταψεύδομαι τοῦ κυρίου;*

XI. *Fugite mortiferas Docetarum plantationes.*

Φεύγετε οὖν τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον, οὗ ἐάν γεύσηταί[1] *τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. Οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσιν φυτεία*[2] *πατρός. Εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄφθαρτος· δι' οὗ ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ προσκαλεῖται ὑμᾶς, ὄντας μέλη αὐτοῦ. Οὐ δύναται οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν, τοῦ Θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου, ὅς*[3] *ἐστιν αὐτός.*

Cap. IX. 1) *ὡς* C; ex L Heysius mihi retulit *ὃς* cum *o* subambiguo. Locus laudatus a Theodoret. Dial. I. p. 51. Cfr. Ep. ad Smyrn. c. 1.

2) *καὶ* Iac. add. ex L, nunc approbante C.

3) Ita coniecit Smithius duce vet. Interprete; *κατὰ τὸ ὁμοίωμα· ὃς καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας* C L. Apud Voss. habes *ὡς* p. *ὃς* cum eodem verbb. ordine. Ego cum Marklando expungenda puto verba *ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, et loco pronominis mutato cum Petermanno scribendum: *ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως ἐγερεῖ, οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.* Cfr. I Cor. 15, 49. Bunsenio scribendum videbatur *ὃς καὶ – – οὕτως ἐγερεῖ [ὁ πατὴρ αὐτοῦ] ἐν Χριστῷ.*

4) Cfr. Ioann. 3, 36. 5, 40. 14, 6. 20, 31.

Cap. X. 1) Ita C L, *Ἆρα* Hef., qui membrum antecedens interrogative sumit. — Vossius levi mutatione emendat (*ἀρὰ οὖν*). Sed Lectio Codicis Medicei, quam vetus Interpres sequitur, retinenda videtur: et merito quidem, si verba interrogative accipiantur: *Nonne*, si Christus, ut ipsi blasphemant, putative solum *passus sit*, ipse *moriendo Dominum* Christum splendido hoc *mendacio traducam? Smith.* Interpolator habet *Δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω· ἄρα καταψεύδομαι τοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου.* Aldrichius, quem sequitur Hornemannus, punctum interrogationis ad *ἀποθνήσκω* positum mavult: *certe de Domino mendacium non fingo.* Ruchatus vertit: C'est donc inutilement que je meurs. Je mens donc en faveur du Seigneur. Wocherus: Also sterbe ich vergeblich? Also rede ich sogar vom Herrn lügenhaft? Chevallier Wakium secutus: Then do I die in vain. Verely I lie not against the Lord. *Iac.* Imitatur Paulum Ap. de Christi *resurrectione* disserentem.

Cap. XI. 1) *γεύσηταί* C, *γεύσητε* supra *αι* pr. man. L., *γεύσεται* Voss.

IX. *Nolite audire eos, qui sine Christo loquuntur. Historia Christi.*

Obturate igitur aures vestras, cum vobis quispiam loquitur sine Iesu Christo, qui ex genere Davidis, qui ex Maria, qui vere natus est, edit et bibit, vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus et mortuus est, videntibus coelestibus et terrestribus et subterraneis; qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum patre ipsius, quemadmodum ad eius similitudinem et nos, ei credentes, pater eius ita resuscitabit in Iesu Christo, sine quo veram vitam non habemus.

* IX. Obsurdescite igitur, cum quis vobis sine Iesu Christo loquitur, qui de genere David ex Maria vere natus est, et manducavit ac bibit, qui vere persecutionem passus sub Pontio Pilato, vere crucifixus et mortuus est, videntibus coelestibus et terrestribus et inferis; qui etiam vere resuscitatus est a mortuis, excitante illum Patre eius iuxta similitudinem, quod et nos credentes ipsi eodem modo excitabit Pater eius in Christo Iesu, sine quo veram vitam non habemus.

X. *Si Christus non vere passus est, frustra ego vincula fero.*

Si vero, ut quidam athei, hoc est infideles, aiunt, eum secundum apparentiam esse passum, ipsi secundum apparentiam tantum existentes, ad quid ego vinctus sum, cur opto cum bestiis depugnare? Frustra itaque morior. Nonne ego falsa de Domino loquor?

* X. Sin autem, ut quidam athei, hoc est increduli, aiunt, ipse opinione tantum passus est, cum ipsi mera sint opinio, ego quid vinctus sum? Quid opto, feris obiici? Frustra igitur morior? Falso igitur Dominum praedico.

XI. *Fugite mortiferas Docetarum plantationes.*

Fugite ergo malas propagines, quae gignunt mortiferum fructum, quem si quis gustarit, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris. Si enim essent, apparerent utique rami crucis, et esset utique fructus illorum incorruptibilis. Per hanc crucem Christus in passione sua invitat vos, qui estis membra eius. Non potest igitur caput seorsum nasci sine membris, unionem promittente Deo, qui est ipse.

* XI. Fugite ergo malos stolones, qui fructum gignunt letiferum: quem si quis gustaverit, statim morietur. Hi enim non sunt plantatio Patris. Nam si essent, apparerent utique rami crucis, essetque fructus eorum incorruptibilis. Quocirca in passione sua incitat vos, membra sua. Non potest utique caput seorsim nasci sine membris, cum Deus unionem promittat, qui est ipse.

---

2) Cfr. Matth. 15, 13.

3) Ita Ms., testimonium doctrinae de divinitate Christi exhibens. Vet. Interpres: *quod*; sed non est, quod cum Vossio mutemus ὅ, vel cum Aldrichio ἤ. *H.* Etiam in Codice C ὅς, idque ob attractionem. Non de divina Christi natura agitur, sed de unione Dei ab ipso non discrepante. Fortasse: ὡς. Cfr. Eph. 5, 30. I Cor. 6, 15.

XII. *Manete in unitate et charitate.*

Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης, ἅμα ταῖς συμπαρούσαις μοι[1] *ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, οἵ*[2] *κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν σαρκί τε καὶ πνεύματι. Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ*[3] *ἔνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιφέρω, αἰτούμενος Θεοῦ ἐπιτυγχεῖν· διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ*[4] *τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν πατρὸς, Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων. Εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον*[5] *ὦ*[6] *ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρῄζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναί με τοῦ κλήρου, οὗ περίκειμαι*[7] *ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ.*[8]

XIII. *Valete, orate pro ecclesia Syriae, etc.*

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων καὶ Ἐφεσίων. Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας· ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. Ἐρρῶσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ[1] *πρεσβυτερίῳ. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλήλους ἀγαπᾶτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Ἁγνίζεται*[2] *[ὑφ'] ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅταν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν· ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι.*

Cap. XII. 1) Ita recte Interpolator et Int. vet., *μου* C L Voss.

2) Si quis ad Grammatices canonas restringere ista velit, legendum fuerit *αἳ κατὰ πάντα*. Sed retinenda est haec lectio, quam etiam Vetus Interpres agnoscit. *Ecclesia* enim pro illis, qui *Ecclesiae* erant *membra*. Non adfirmarem haec, nisi toties viderem in Ignatio istam loquendi formulam occurrere. *Vossius*. Interpolator maioris explicationis causa, ut constructio inde salva fieret, et quidem non inficete, *ὧν οἱ ἡγούμενοι*. *Smith*.

3) Cfr. Eph. 6, 20. Coloss. 4, 3.

4) *καὶ ἐξαιρέτως* inverti vult Iac.

5) Cfr. ad Philad. c. 6.

6) In C *ὧν*, litera *ν* postea erasa.

7) Ita Ms. Nonnulli mutarunt. Vedelius legit *παράκειμαι*, i. e. *propinquus sum = quam propediem consequar*; Smithius: *ὑπόκειμαι, cui subiaceo. Iac.* In C quoque *περίκειμαι*.

8) *εὑρεθῶ* C, *εὑρεθῶ*: (sic) L duobus punctis; nescit Heysius, quo casu.

Cap. XIII. 1) In C fuit *τὸ*, quod man. sec. mutavit in *τῷ*. Cfr. supra c. 3.; ad Magn. c. 2.

2) Dedi *ἁγνίζεται* ex C, in quo quidem diphthongo *αι* erasa man. sec. scripsit *ἁγνίζετε*. Prior lectio unice quadrat ad vbb. *οὐ μόνον νῦν κτλ.* Vossius (coni. *ἅγνισμα*) ed. *ἁγνίζετε* ex L, quod repetiit Iacobsonus, *ἁγνίζηται* proposuerunt Cot. et alii. Subinde adiunxi [*ὑφ'*] hortante Franzio. Cfr. Ep. ad Eph. c. 8.

XII. *Manete in unitate et charitate.*

Saluto vos e Smyrna, una cum ecclesiis Dei, quae mecum sunt, quae in omnibus me recrearunt quoad corpus et spiritum. Vincula mea, quae propter Iesum Christum fero, vos obsecrant: permanete in concordia vestra et oratione mutua. Decet enim singulos vestrum, et praecipue presbyteros, recreare episcopum in honorem Patris, Iesu Christi et Apostolorum. Opto ut in charitate me audiatis, ne haec scribens in testimonium contra vos sim. Sed et orate pro me, qui in Dei misericordia charitate vestra indigeo, ut dignus fiam qui assequar sortem mihi instantem, ne reprobus inveniar.

* XII. Saluto vos e Smyrna una cum Ecclesiis Dei, quae mecum sunt, qui per omnia me refocillant et carne et spiritu. Obsecrant vos vincula mea, quae propter Iesum Christum circumfero, orans ut Dei compos fiam. Permanete in mutua concordia, et in coniuncta oratione. Decet enim vos singulos, et praecipue Presbyteros, refrigerare Episcopum in honorem Patris Iesu Christi et Apostolorum. Rogo vos, ut in caritate me audiatis, ne in testimonium vobis sim, qui haec scribo. Orate etiam pro me, qui caritate vestra indigeo in misericordia Dei, ut eius dignatione sortem illam adipisci merear, quam assequi contendo, ne reprobus inveniar.

XIII. *Valete, orate pro ecclesia Syriae, etc.*

Salutat vos charitas Smyrnaeorum et Ephesiorum. Memores estote in omnibus orationibus vestris ecclesiae, quae est in Syria; de qua et non sum dignus, qui dicar, qui sim eorum ultimus. Valete in Iesu Christo, subiecti episcopo ut Dei praecepto, et similiter presbyterio. Ac singillatim omnes alter alterum diligite corde indivulso. Lustratur a vobis spiritus meus, non solum nunc, sed et quando Deum nactus fuero. Adhuc enim in periculo versor; sed fidelis est Pater in Iesu Christo, ut impleat petitionem meam et vestram; in quo opto ut inveniamini sine macula.

* XIII. Salutat vos caritas Smyrnaeorum et Ephesiorum. Memores estote in orationibus vestris Ecclesiae, quae est in Syria, cuius ego membrum vocari non sum dignus, cum sim ultimus ipsorum. Valete in Iesu Christo subiecti Episcopo, tanquam praecepto, similiter et Presbyterio. Et singillatim vos invicem diligite indivulso corde. Purificate vos meum spiritum non modo nunc, sed etiam cum Deum nactus fuero; etenim adhuc in periculo versor; sed fidelis est Pater in Iesu Christo adimplere petitionem meam et vestram, in quo sine macula inveniamini.

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου καὶ[2] Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἃ ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ[3] χωρίου Ῥωμαίων, ἀξιόθεος,[4] ἀξιοπρεπὴς, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιεπίτευκτος, ἁξίαγνος καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης,[5] χριστώνυμος,[6] πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ πατρός· κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένοις[7] ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἀμώμως[8] χαίρειν.

I. *Spero vos vinctus videre.*

Ἐπευξάμενος[9] Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ἠτούμην λαβεῖν· δεδεμένος [γὰρ][10] ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάν περ θέλημα τοῦ Θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάν[11] περ χάριτος ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ. Ὑμῖν γὰρ εὐχερές[12] ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστι τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς φείσησθέ[13] μου.

1) Epistolam ad Romanos, qualis heic legitur, cum ipsius martyrio debemus Ruinarto, qui ex Cod. Colbertino 1451 (prius 460) a. 1689 utrumque edidit. In Codd. Casanatensi et Laurentiano ea desideratur. Duplex versionis Syriacae et Armeniacae huius Epistolae recensio extat. Syriacas habes ap. Curetonum p. 16 sqq. et p. 68 sqq., hanc quidem mancam; Armeniacarum autem alteram reperies in ed. Epp. Const. p. 85 sqq., alteram in martyrio Ignatii, quod exhibetur in vitis Sanctorum (Venet. 1810—14 XII. Voll. 8.) tom. X. p. 95 sqq. — In sequentibus eas, quae seorsim editae sunt, versiones Syr. et Arm. numero 1., illas vero, quae in Actis S. Ignatii leguntur, numero 2. praeeunte Petermanno designabuntur.

Priusquam relinqueret Smyrnam, Ignatius fratribus in Urbe degentibus scribendum duxit, non quidem in episcopo vel legatis praesentibus, sed caritatis vinculo atque spiritus unitate arcte sibi coniunctis. Literas idcirco mittit per Ephesios, qui Romam eum praecesserunt (c. 10). Fratres quidem in oratione sibi iam apparuisse; sed fore sperat, ut ipsos in Urbe salutaret (c. 1). Veritus tamen, ne ob nimium hominis amorem intercedant ac martyrii coronam sibi intercipiant, iterum iterumque eos obtestatur rogatque, ut patiendi desiderio incensum omnino adiuvent, quo Christi fiat (c.2—9).

2) Ex membro *καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ . . . . . τοῦ Θεοῦ ἡμῶν* Syrus 1. solummodo vocem *ἐκκλησίᾳ* vertit.

3) Intelligo Urbem et agrum Romanum ei proximum. Nam inter omnes constat, villas cum longis ambulacris splendidaque aedificia ruralia inde a collibus Tusculanis usque ad Tiberis insulam sacram haud procul ab Ostiorum civitate terram Romae adiacentem spisse id temporis occupasse. Inibi etiam christianos sive liberos sive servili conditione degisse, quis neget? Errat autem, qui veteribus novam miscens h. l. vestigia episcopatuum suburbicariorum inveniat, quos Romani Pontifices sequiori tempore Tusculi, Albani, Velitris, Ostiae etc. instituerunt.

4) Ac fuit quidem, cum hunc locum foede corruptum putarem ob nimia epitheta certatim congesta. Sed iam aliter me credere faciunt versiones Syr. et Arm. fere eadem exhibentes.

5) Pulchra *ἀντανάκλασις*, et a nostro

AD ROMANOS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae misericordiam consecutae in magnificentia Patris altissimi et Iesu Christi, filii eius unici; ecclesiae dilectae et illuminatae voluntate eius, qui vult omnia, quae sunt secundum charitatem Iesu Christi, Dei nostri; quae etiam praesidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quae beata praedicetur, digna laude, digna quae voti compos fiat, digne casta, universo coetui charitatis praesidens, Christi et Patris nomine insignita, quam et saluto in nomine Iesu Christi, filii Patris; iis, qui secundum carnem et spiritum cuivis ipsius praecepto sunt adunati, gratia Dei inseparabiliter repleti et ab omni alieno colore sunt expurgati, plurimam in Iesu Christo, Deo nostro, et intaminatam opto salutem.

I. *Spero vos vinctus videre.*

Deum precatus impetravi, ut Deo dignos vultus vestros cernerem, et plus, quam petebam, acciperem; vinctus enim in Iesu Christo vos salutare spero, siquidem voluntas Dei sit, ut dignus habear, qui ad finem perveniam. Recte enim dispositum est principium, si gratiam consequar, sortem meam sine impedimento accipiendi. Timeo enim vestram charitatem, ne ea mihi noceat. Vobis enim facile est, quod vultis facere; mihi vero difficile est, Deo potiri, si vos mihi parcere studetis.

---

saepius usurpata. Dixerat, *ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ, quae in loco* maxime *praesidebat;* nunc eandem *in charitate* etiam *praeeminere* Ecclesiam ostendit; et inter reliqua epitheta sane praeclara has etiam laudes inserit, quod inter reliquas Ecclesias Romana in operibus misericordiae et charitatis eminebat. Id vero nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in Epist. ad Romanos, 55. post hanc anno scripta, apud Euseb. H. E. IV. 23. Vide ibi plura. *Pearson.*

6) Vossius et post eum Smithius commendant *χριστόνομος* c. vet. Int.= *Christi habens legem.* Ac ita verterunt Syr. et Arm. interpretes, sequentia vero mutantes atque abbreviantes.

7) Int. noster *abstractis* reddidit; Vetus vulgatus *ablutis;* Morelius magis proprie *expurgatis* ac *defaecatis* exposuit. Notum enim est ex Matth. 23, 24. quid sit *διυλίζειν τὴν κώνωπα. Usser.* Cfr. ad Philad. c. 3.

8) Syrus 1. ap. Cureton. post *ἀμώμως* commate interpungit.

9) Ita uterque vet. Int. et varii Codd. Symeonis Metaph., idem coniecit Vossius; *ἐπεὶ εὐξάμενος* Ms., cumque Interpolatore nostri Codd. B F O V, Syrus 2. et uterque Arm. Syrus 1. *πάλαι,* vel *πρῶτον* vel tale quid p. *ἐπεὶ* legisse videtur, vocc. *ὡς καὶ πλέον ἠτούμην λαβεῖν* omissis.

10) [*γὰρ*] ex utraque versione vet. latina et Interpolatore addendum esse, iam vidit Vossius. Adest quoque in Codd. B O V et ap. Arm. 2.; *καὶ νῦν δεδεμένος* Arm. 1., *νῦν δὲ δεδεμένος* Syr. 1.; discrepat Syr. 2.

11) Curetono Syr. 1. legisse videtur *ἐάνπερ ἐπιτύχω τὸν κλῆρόν μου εἰς πέρας ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν.* Eum vertisse *πέρατος* loco *χάριτος* putat Petermannus.

12) Martyrii desiderio flagrans B. Ignatius verebatur, ne Romani vel precibus ad Deum et homines, vel pecunia, aut per vim eum a supplicio eximerent. Mos quippe erat Christianorum, tantum quantum poterant niti, ut fratres propter fidem captos et damnatos liberarent: quod discimus ex Const. Apost. IV. §. 9. V. §§. 1, 2. ex Luciani Peregrino (§. 12.) et ex Eusebio H. E. VI. 40. Quamvis autem id a Romanis effici nequiverit, amoris est nihilo minus omnia tuta timere. *Cotel.* Symeon Metaph. habet *ποιῆσαι ὃ θέλετε.*

13) Interpolator, vet. lat. interpretes, Syr. 1. et Arm. 1. *ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ φείσησθέ μου,* quae lectio sensum non mutat.

II. *Nolite me martyrio eripere.*

Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς[1] *ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον Θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγράφῆναι. Ἐὰν γὰρ*[2] *σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ·*[3] *ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων.*[4] *Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι*[5] *Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν· ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι*[6] *τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος.*[7] *Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεόν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.*

III. *Rogate potius Deum, ut ad martyrium mihi vires suppeditet.*

Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδένα· ἄλλους ἐδιδάξατε.[1] *Ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε.*[2] *Μόνον μοι δύναμιν αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι χριστιανός, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. Ἐὰν γὰρ εὑρεθῶ,*[3] *καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Οὐδὲν φαινόμενον ἀγαθόν.*[4] *‚Τὰ γὰρ βλεπόμενα*[5] *πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.' Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται.*[6] *Οὐ σιωπῆς μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός.*[7]

IV. *Sinite me ferarum dentibus moli, ut panis Christi inveniar.*

Ἐγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς,

---

Cap. II. 1) *ὑμᾶς* c. Mss. B F (in quo *ὑμᾶς ἀνθρωποπαρεσκῆσαι*) O V, Interpol., vet. Int., Syr. 2., Arm. 1. et 2.; *ὑμῖν* Colb. Vocc. *Οὐ γὰρ θέλω .... ἀρέσκετε* ap. Syr. 1. desiderantur.

2) *οὖν* reperio in Cod. Angelico (A.). Graziani: Imperocchè se voi terrete silenzio intorno a me, (Gallicciolli: se per me tacete) io diverrò di Dio.

3) Syr. 1. legisse videtur *ἐγὼ γενήσομαι λόγος Θεοῦ*. Similiter Syr. 2., nec non verss. Arm.

4) *φωνὴ* proposuit Vossius c. vet. Int. Ita Syr. 1. et 2., qui reliqua huius Epistolae non vertit. Apud Arm. 1. *τρέχων*, Arm. 2. *φωνή*. Cfr. tamen I Cor. 9, 24. Ad Polyc. c. 7. Sensus: iterum mihi currendum erit de certaminis praemio obtinendo; iterum ero lontanus a meta.

5) Cfr. II Tim. 4, 6. Philipp. 2, 17.

6) Syr. 1. legisse videtur *ὅτι τὸν ἐπίσκοπον κατηξίωσεν εἶναι (εὑρεθῆναι) Θεοῦ, ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν αὐτὸν καλῶν.*

7) Postquam ex Oriente cum evocavit vel arcessivit. Cfr. Xenoph. Anab. I, 1. *Κῦρον δὲ μεταπέμπεται.*

Cap. III. 1) Hanc gloriam moriendi pro Christo nemini adhuc invidistis: vos, inquam, qui alios exemplo et hortatibus ad martyrium pro nomine Christi subeundum animare soliti fuistis. *Smith.*

2) Membrum *Ἐγὼ .... ἐντέλλεσθε* ap. Syr. 1. et Arm. 1. non occurrit, salvoque sensu deesse potest.

3) *καὶ εὑρεθῶ* Ms. Exclusi *καὶ* particulam c. vet. Int., Interpol. (deest etiam in Codd. B F O V), Syr. 1., Arm. 1 et 2.

4) Ita vet. Int., fragmentum Syr. Timothei Alex. ap. Cureton. p. 42. una cum Syr. 1., Arm. 1 et 2.; *αἰώνιον* Ms. Colbert. et Interpol. (etiam Codd. B F O V).

II. *Nolite me martyrio eripere.*

Nolo enim vos hominibus placere, sed placere Deo, quemadmodum et vos ei placetis. Nec enim ego unquam tale tempus Deo potiendi attingam; nec vos, si silueritis, meliori operi inscribi poteritis. Si enim de me silueritis, ego Dei fiam; si autem carnem meam amaveritis, denuo mihi erit currendum. Nolite plus mihi praebere, quam ut immoler Deo, dum adhuc altare paratum est; ut in charitate chorus effecti canatis Patri in Christo Iesu, quod Deus episcopum Syriae inveniri dignatus est, ab Oriente in Occidentem eum arcessens. Bonum est, a mundo occidere ad Deum, ut in ipso oriar.

III. *Rogate potius Deum, ut ad martyrium mihi vires suppeditet.*

Nulli unquam invidistis; alios docuistis. Ego vero illa quoque firma esse volo, quae docetis et praecipitis. Vires tantum mihi et internas et externas petite, ut non solum loquar, sed et velim; ut non solum dicar Christianus, sed et inveniar. Si enim inventus fuero, etiam dici potero Christianus, et tunc fidelis esse valebo, cum mundo amplius non apparebo. Nihil, quod apparet, bonum est. ‚Quae enim videntur, temporalia sunt; quae vero non videntur, aeterna sunt.' Namque ipse Deus noster Iesus Christus iterum in patre existens magis manifestatur. Non silentii tantum, sed magnitudinis opus est Christianismus.

IV. *Sinite me ferarum dentibus moli, ut panis Christi inveniar.*

Ego ecclesiis scribo, omnibusque mando, quod lubens pro Deo moriar, siquidem vos me non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam

---

5) Locus ex II Cor. 4, 18. translatus deest ap. vet. Int., Syrum 1., in fragm. Syr., Arm. 1 et 2. *H.* ed. IV. uncinis inclusit.

6) Christus ex quo ad patrem rediit, novae creaturae spiritu suo manifestior fit, glorioseque apparet operando.

7) Ita Cod. Colb. cuius, si Clericum audias, sententia est, Christianam religionem non esse quae timido silentio premi debeat, sed quam *μεγαληγορία* (quod vult Ignatius voce *μεγέθους*) comitetur necesse est, qualem in antecedentibus et sequentibus verbis animadvertere est. Msti lectionem cum Vossio ita refingunt Smithus et Ruchatus ex Int. vet.: *Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου.* Symeon Metaphr. habet: *Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός· ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου, φιλεῖται παρὰ Θεοῦ.* Nimis audacter nec tamen feliciter emendat Toupius, qui ad marginem exemplaris sui: ‚Lego *οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς*, ut respexerit Bacchylid. et Int. Vet. forsitan *sessionis.*' Quam quidem locutionem laudatam habes a Dionysio Halic. in libro *Περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων*: p. 234. ed. Upton., nec non ab Athenaeo XIV. 30. V. 289. Schweigh. Mire Wakius: A Christian is not a work of opinion, but of greatness of mind, (especially when he is hated by the world.) Wocherus praestat: Nicht blos in Stilleseyn bestehet das Christenthum, sondern in der (geistigen) Grösse. *Iac.* Interpolator *οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός.* Metaphrastes hanc sententiam in nostris quidem Codd. AEN omisit. Interpres vet., Syr. 1. et Arm. 2. leg. videntur *Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμὸς, ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου.* In Timothei libro contra concil. Chalced. (cfr. Cureton l. l. p. 42.) vertitur: *Non est opus hoc persuasionis, sed magnitudinis est Christianus, quando odio habetur a mundo.*

μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἄφετέ με θηρίων εἶναι βορὰν, δι ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός[1] εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθωμαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον[2] κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων[3] θυσία εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος[4] διατάσσομαι ὑμῖν. Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι,[5] ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος[6] Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν.[7]

V. *Mori cupio.*

Ἀπὸ Συρίας[1] μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ,[2] διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις,[3] ὅ ἐστι στρατιωτῶν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι[4] χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι, ἀλλ'[5] οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι.' Ὀναίμην[6] τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι.[7] Συγγνώμην μοι ἔχετε·[8] τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι.[9] Μηδέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις,[10] σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

Cap. IV. 1) Praeclarae sententiae ab Ignatio scripturae nunc et in agone postea ore editae varias lectiones, absque sensus diversitate, colliges ex Interpolatore, Interpretibus, Actis Ignatii, ac Menaeo Graecorum, nec non ex Irenaeo V. 28. Eusebio, H. E. III, 36. Rufino ibidem. Hieronymus: ‚Cumque iam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.' (De Vir. Illust. c. 16. Opp. 2. p. 843. ed. Vallars.) *Cotel.*

2) μᾶλλον δὲ Cod. Angelicus. (A).

3) Gallicciolli: per tali mezzi. Graziani: per mezzo di questi stromenti.

4) Ignatius Petri et Pauli idcirco meminit, quod inter omnes Christi discipulos et sectatores ipsi evangelio praedicando et docendo eminebant, ideoque auctoritate quadam insigniti reliquis praestabant. Unde miror, quod Iacobsonus eorum Ignatium meminisse scribit, quippe qui ex sanctis Apostolis solis Christianis Romanis interfuerint.

5) I. e. saeculi infirmitatum vinculis expediti.

6) Cfr. I Cor. 7, 22.

7) ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον Ms. Colbert. et Interpol. (etiam Codd. BFOV). Vocc. κοσμικὸν ἢ μάταιον excludenda videbantur c. vet. Int., Syr. 1., Arm. 1 et 2. Rectum iam vidit Vossius p. 300.

Cap. V. 1) Citatur integra haec sectio ab Eusebio, H. E. III, 36. et Hieronymo in Script. Eccl. Catalogo: ex cuius translatione Latina novam Graecam concinnavit interpres ipsius Sophronius. Producuntur ista a Gilda quoque, in Epistola qua castigat Clerum Britanniae, sed ex Rufiniana Eusebii versione. *Usser.* Imitatus est hunc locum auctor in exordio illius Epistolae, qualis sub Ignatii nomine ad Tarsenses scripta circumfertur.

mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei, et per ferarum dentes molar, ut purus panis Christi inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi sepulchrum fiant, nihilque mei corporis relinquant; ne, postquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc vere Christi discipulus ero, cum neque corpus meum mundus videbit. Christum pro me supplicate, ut per haec instrumenta hostia inveniar. Non ut Petrus et Paulus vobis praecipio. Illi apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar, libertus Iesu ero, et in ipso resurgam liber. Nunc vinctus disco nil concupiscere.

V. *Mori cupio.*

A Syria Romam usque cum bestiis pugno, terra marique, noctu et interdiu, alligatus ad decem leopardos, quae est militum turma; qui etiam beneficio accepto peiores sunt. Illorum autem iniuriis magis erudior, ‚sed propter hoc non iustificatus sum.' Utinam fruar bestiis mihi praeparatis, quas et opto mihi promtas inveniri; quibus et blandiar ut cito me devorent, non ut quosdam veritae non tetigerunt. Si autem illae repugnantes noluerint, ego eas vi impellam. Veniam mihi date; quid mihi prosit, ego novi. Nunc incipio discipulus esse. Nemo visibilium et invisibilium mihi invideat, ut Iesum Christum assequar. Ignis et crux, ferarum catervae, lacerationes, distractiones, disiunctiones ossium, concisio membrorum, totius corporis contusiones, dira diaboli tormenta in me veniant; solummodo ut Iesum Christum consequar.

---

2) Cfr. I Cor. 15, 32, ubi quoque *ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ* de certatione cum hominibus belluinis explicandum est. *Iac.*

3) Voce *λεόπαρδος* offenderunt Basnagius, Baurius et alii, vocabulum illud ante Constantini aetatem obtinuisse negantes. Sed iam Pearsonus (Vindiciae Ignatianae II. p. 92.) clare demonstravit, ante Constantini tempora hoc vocabulum non solum apud Latinos, sed etiam apud Graecos in usu fuisse. Arctior provinciarum Romani imperii nexus effecit, ut multa vocabula latina a Graecis reciperentur. Cfr. Ignat. ad Polyc. c. 6. Huther, die wichtigsten Bedenken gegen die Aechtheit der Ignatian. Briefe in Illgenii: Zeitschrift für histor. Theol. T. XI. P. IV. p. 54 sqq. et Düsterdieck l. c. p. 66. Cfr. Steph. thes. l. gr. ed. Hase s. v. *λεόπαρδος. II.* Plura h. l. congessit Cotelerius ad vocem illam Ignatio vindicandam.

4) Intelligenda sunt, si Wocherum audias, beneficia militibus collata a Christianis, qui eos mansuetiores erga Ignatium per munera reddere sperarent. *Iac.*

5) Respiciunt haec ad I Cor. 4, 4.

6) Chrysostomus in Ignatii nostri Encomio (c. 5. Op. II. p. 599. ed. Ben.): *Ἄκούσας ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην, ἔλεγεν.* Hieronymus in vita eiusdem: ‚Utinam fruar bestiis.' *Usser.* Aliter Pearsonus: potiar feris *potius quam* his leopardis.

7) Non displicet *παραβήσομαι*, quod invenio in Cod. E.

8) Vocc. *Συγγνώμην μοι ἔχετε* om. Arm. 1.

9) Vocc. *Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι* Syrus non leg.

10) Vocc. *ἀνατομαὶ, διαιρέσεις* ap. Eusebium et Hieronymum hunc locum laudantes non extant, neque a Syro 1. vertuntur, nec a vet. Int. lat. Praebent ea omnes nostri Codd. recens. prolixioris, Arm. 2.; *διαίρεσις* Arm. 1. sine praec. *ἀνατομαί.*

VI. *Morte mea veram vitam assequar.*

Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ πέρατα[1] τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. Μᾶλλόν[2] μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Τί[3] γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω, τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. Ὁ δὲ τοκετός[4] μοι ἐπίκειται. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ με[5] ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι, κόσμῳ μὴ χαρίσησθε.[6] Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

VII. *Mori desidero, nam amor meus crucifixus est.*

Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου[1] διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε,[2] τουτέστιν τοῦ Θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω. Μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν [γὰρ][3] γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. Ὁ ἐμὸς ἔρως[4] ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον·[5] ὕδωρ[6] δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγον· δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον[7] Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεοῦ[8] θέλω, τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέννaος ζωή.

Cap. VI. 1) Ita c. Interpol., vet. Int., Arm. 1 et 2.; *τερπνὰ* Cod. Colbert. et Metaph. Cfr. ad Eph. c. 3. Syrus 1. ex hoc capite nil nisi vocc. *ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται* vertit, annectitque illis perpulchris *ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται κτλ.* cap. sq.

2) Erat antea *καλὸν*, et in versione *bonum*, quod est loquendi genus ex Hebraica lingua desumptum, nec infrequens. Sed Graeca sequuti sumus, et *μᾶλλον* rem maioris momenti interpretamur. *Cler.* Favet Arm. 2. Attamen cum versione vet. latina, omnibus nostris Codd. recens. interpolatae, Metaph., fragmento ap. Timotheum Alex., quod haec et proxime sequentia usque ad capitis finem Syriace exhibet, et Arm. 1. praeferendum videtur *καλόν*.

3) Hic locus ex Ev. Matth. 16, 26. transcriptus neque ap. vet. Int., nec in fragm. Timothei, nec in vers. Arm. legitur.

4) Cfr. Phil. 1, 21. Saepissime *τοκετὸς* pro *lucro* sumitur. Toupio et Wochero est *τοκετὸς* = *partus*. Iac. Gallicciolli: Questo è l'interesse, che mi preme. Graziani: Questa è l'usura che mi attende.

5) *μοι* Cod. Colbertinus, quam lectionem Iac. repetiit. Iam Voss. et Cot. c. vet. Int., Interpol. et Metaph. dederunt *με*.

6) *χαρίσησθε* omnes nostri Codd. Interpolatoris. Scriptura Ms. Colb. *χαρήσησθε* idem valet ob Itacismum. Favent verss. Syr. et Arm. In vetere int. lat. et Arm. 2. sequitur additamentum: *neque per materiam seducatis.*

Cap. VII. 1) Cfr. Ev. Ioann. 16, 11.

2) Forte excidit *βοηθοί*. *Cler.* Simplicius Gallicciolli: Piutosto siate miei: voglio dire di Dio.

3) [*γὰρ*] ex vet. Int. addendum monet

VI. *Morte mea veram vitam assequar.*

Nihil mihi proderunt termini mundi, neque huius seculi regna. Praestat mihi, in Iesu Christo mori, quam finibus terrae imperare. ‚Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?' Illum quaero, qui pro nobis mortuus est; illum volo, qui propter nos resurrexit. Hoc mihi lucrum impendet. Ignoscite mihi, fratres! Ne me vivere impediatis; ne velitis me mori; me Dei esse cupientem mundo ne tradatis. Sinite me purum lumen percipere; ubi illuc advenero, homo Dei ero. Concedite mihi imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis illum in seipso habet, intelligat quid velim, et commisereatur mei, sciens quae me coarctent.

VII. *Mori desidero, nam amor meus crucifixus est.*

Princeps huius seculi rapere me vult, meamque erga Deum voluntatem corrumpere. Nemo ergo vestrum, qui adestis, illum adiuvet; mei potius, id est Dei, efficiamini. Non loquimini Iesum Christum, mundum concupiscentes. Invidia in vobis ne habitet. Neque, si ego praesens vos orarem, credatis mihi; his potius, quae vobis scribo, credatis. Vivens enim scribo vobis, mori desiderans. Amor meus crucifixus est, nec est in me ignis materiae amans; sed vivens et loquens aqua in me est, mihi interius dicens: veni ad Patrem. Non delector alimento corruptibili, neque voluptatibus huius mundi. Panem Dei volo, panem coelestem, panem vitae, qui est caro Iesu Christi, filii Dei, qui posteriori tempore ex semine David et Abraham factus est; et potum Dei volo, sanguinem ipsius, qui est charitas incorruptibilis et vita perennis.

Smithius. Particulam tuentur etiam Codd. B F O V recens. interpolatae.

4) Exhibent hunc locum Syr. 1., nec non fragmentum Syr. Dionysii Areopagitae de divinis nominibus Lib. III. c. 4. ap. Cureton. Laudatur quoque ab Origene in Cant. Canticorum Prolog. Tom. XIV. P. I. p. 302, ed. Lommatzsch.

5) Ita habet codex Colbertinus cum Symeone Metaphrasta et Menaeis graecis. Interpolator exhibet *φιλοῦν τι*, cui respondet vetus interpretatio latina: *non est in me ignis amans aliquam aquam* (*Aquam* autem pertinet ad sequentia). His ducibus Pearsonus, Smithius et Iacobsonus legendum esse suadent: *φιλοῦντι = ἐρῶντι, in me amante non est ignis, sed aqua* etc. Syrus vertit: *nec est in me ignis in alio amore;* quo fit, ut Curetonus (p. 99. n. 34.) eum quoque *φιλοῦντι* legisse putet. *H.* Margo Cod. Ottob. *φιλόϋλον.*

6) Frommannus in Prolusione ad hunc locum conscripta (Coburgi 1758) et cum eo Sprengerus (Thesaur. Rei Patrist. 1, 470.) Ignatium ad Christi verba in Ev. Ioann. 7, 38. respexisse putant. Intelligunt autem *ὕδωρ λαλοῦν* de Spiritu Sancto monitore, qui Ignatio mortem martyrio subeundam revelaverit.

7) Hunc locum Grabius et Wocherus de Sacramento Eucharistiae explicant; de ipsius Dei fruitione in coelo, seu de aeterna visionis Dei beatitudine, Usserius et Halloixius. *Iac.* Cfr. Ioann. 6, 32. 45. 51. Syrus legit: *ἄρτον Θεοῦ θέλω, ὅς ἐστιν σὰρξ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ. Πόμα θέλω, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος.* Aliis igitur Syrus usus est signis interpunctionis, nec non omisit *ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς*, et *τοῦ υἱοῦ — Ἀβραάμ. Π.*

8) *Θεοῦ* non agnoscitur ab Interpol. vet. Int., Syro 1. Arm. 1 et 2. Desunt quoque vocc. *καὶ ἀέννεος ζωὴ* in versione vet. lat. et Syr.

VIII. *Faveatis mihi.*

Οὐκέτι[1] *θέλω κατα ἀνθρώπους ζῆν.*[2] *Τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε.*[3] *Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων*[4] *αἰτοῦμαι ὑμᾶς· πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει*[5]*, ὅτι ἀληθῶς λέγω· τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. Ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ,*[6] *ἐμισήσατε.*

IX. *Orate pro ecclesia Syriae. Salutatio.*

Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται.[1] *Μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι, ὢν*[2] *ἔσχατος αὐτῶν καὶ ἔκτρωμα. Ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται*[3] *ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ*[4] *ὡς παροδεύοντα. Καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί*[5] *μοι τῇ ὁδῷ, τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.*

X. *Conclusio.*

Γράφω[1] *δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. Ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος,*[2] *τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ δηλώσατε ἐγγύς με ὄντα. Πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν· οὓς πρέπον ὑμῖν ἐστὶν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. Ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίων [τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ].*[3] *Ἐρρῶσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.*[4]

Cap. VIII. 1) Cap. octavum et maiorem noni partem Syrus non vertit.

2) Loquendi modus Paulo Apostolo perfamiliaris. Cfr. Rom. 3, 5. I Cor. 9, 8. Gal. 3, 15.

3) Vetus lat. Int., Metaph., Codd. B F O V recens. interpolatae *θέλητε*. Solummodo in marg. Ottoboniani *θελήσηται*, mutatum in *θελήσητε. θελήσατε οὖν ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆθε.*

4) Cfr. Gal. 6, 11. Ep. ad Polyc. c. 7. Pro subsequente *αἰτοῦμαι* Ignatium procul dubio *παρακαλῶ* scripsisse censet Vossius.

5) Cod. A *φανερώσει* supra *οι*. Optandi modus praestat.

6) *Si reprobus efficiar, si repudier*, Marc. 8, 31. *Pearson.* Si a morte liberabor, quasi reiectaneus, et hoc honore quem tanto animi cum fervore ambio prorsum indignus. *Smith.*

Cap. IX. 1) I. e. Christo: ut ex immediate sequentibus clarissime liquet. Male ergo habet Interpolator: *τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐπόντι, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Hac enim superflua explicatione enervat testimonium, quod ubique in his Epistolis ingerit S. Ignatius, de Divinitate Christi. *Smith.* Vertit Graziani: Vi sovvegna nella vostra preghiera della chiesa, che è nella Siria, la quale *ora* ha in mia vece Iddio per pastore.

2) Phrasis Paulina. Cfr. I Cor. 15, 8. 9.

3) Hinc versio Syrica 1. denuo incipit extenditurque usque ad capitis finem.

4) I. e. *non tanquam advenam ecclesias illas in itinere festino praetergredientem, sed tanto cum amore et zelo,*

VIII. *Faveatis mihi.*

Nolo amplius secundum homines vivere. Id autem fiet, si vos volueritis. Velitis precor, ut et vos benevolentiam inveniatis. Paucis litteris peto a vobis: credite mihi. Iesus Christus vobis haec patefaciet, quod vera loquar; ipse os verax, in quo Pater vere locutus est. Petite pro me, ut consequar. Non secundum carnem, sed secundum mentem Dei vobis scripsi. Si patiar, bene mihi voluistis; sin reiiciar, odistis.

IX. *Orate pro ecclesia Syriae. Salutatio.*

Memores estote in precibus vestris ecclesiae Syriae, quae mei loco Deo pastore utitur. Solus Iesus Christus illam vice episcopi reget, atque vestra charitas. Ego autem erubesco, ex eorum numero dici; non enim sum dignus, utpote qui sim ultimus eorum et abortivus. Verum misericordiam consecutus sum, ut essem aliquis, si Deum consequar. Salutat vos meus spiritus et charitas ecclesiarum, quae me exceperunt in nomine Iesu Christi, non ut transeuntem. Etenim ecclesiae, quae nihil ad me pertinebant in via, quae secundum carnem est, me per civitates comitabantur.

X. *Conclusio.*

Scribo autem haec vobis e Smyrna per Ephesios dignissimos, qui beati praedicentur. Mecum etiam est cum aliis multis Crocus, desideratum mihi nomen. De his, qui me e Syria Romam usque praecesserunt ad gloriam Dei, credo, vos eos cognovisse; annuntiate quoque iis, me prope esse. Omnes enim Deo et vobis digni sunt, et eos in omnibus recreare vos decet. Haec scripsi vobis ante diem IX Calendas Septembris [hoc est vicesima tertia Augusti]. Valete, fortes usque in finem, sustinentes pro Iesu Christo. Amen.

---

ac si essem illarum episcopus. Smith. Vocc. *Οὐχ ὡς παροδεύοντα* Syrus 1. non vertit; leguntur in Arm. 1 et 2.

5) Pearsonus ecclesias ab Ignatii iurisdictione pendentes intelligit. Gallicciolli quoque vertit: le quali a me non appartengono in via carnale. Rectius locus explicatur de ecclesiis a via, per quam proficiscebantur, remotis. Id Graziani exprimit: Mentre quelle, che non erano contigue a me nella via, che io faceva secondo la carne, mi accompagnarono di cittade in cittade. Voces *τῇ κατὰ σάρκα* librarii additamentum esse cum Ruchato non crediderim. Oppositioni potius inserviunt *viae secundum Deum* seu *spirituali*, sicuti *τὰ βλεπόμενα* et *τὰ ἀόρατα* se invicem opponuntur. Tuentur eas Syr. 1. et Arm. 2. Saepius *προάγειν* = *προπέμπειν*, ut est in Ep. ad Tit. 3, 13.

Cap. X. 1) Syrum cap. quartum et quintum Epistolae ad Trallianos antecedentis nono ad Romanos annexisse, suo loco diximus. Post ea Syriaca versio cum ultima decimi cap. sententia ita finit: *ἔῤῥωσθε εἰς τέλος ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ [τοῦ Θεοῦ ὑμῶν].*

2) Christiani Epheso obviam Crocum miserant Ignatio salutando, cum eorum finibus adpropinquaret. Cfr. ad Eph. c. 2.

3) [*τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ*] nec a vet. Int. nec ab Interpol. agnoscitur. Est autem glossa expellenda. Eiusmodi interpretamento ad Romanos scribenti vix opus erat. Reperitur quidem ap. Arm. 1. (22 Aug.) et Arm. 2. (24 Aug.).

4) Vox *Ἀμὴν* ex Ignatii calamo certe non exiit: nullius recens. brevioris Epistolae fini appositum reperitur. Quare alienae manus additamentum esse dixerim.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας,[2] ἠλεημένῃ καὶ ἡδρασμένῃ[3] ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ, καὶ ἀγαλλιωμένῃ ἐν τῷ πάθει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀδιακρίτως,[4] καὶ[5] ἐν τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ πεπληροφορημένῃ ἐν παντὶ ἐλέει· ἣν ἀσπάζομαι ἐν αἵματι[6] Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἥτις ἐστὶν χαρὰ αἰώνιος καὶ παράμονος, μάλιστα ἐὰν ἐν ἑνὶ ὦσιν σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ἀποδεδειγμένοις ἐν γνώμῃ[7] Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὓς κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα ἐστήριξεν ἐν βεβαιωσύνῃ, τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι.

I. *Laus episcopi.*

Ὃν[8] ἐπίσκοπον ἔγνων, οὐκ[9] ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων κεκτῆσθαι τὴν διακονίαν, τὴν εἰς τὸ[10] κοινὸν ἀνήκουσαν, οὐδὲ κατὰ κενοδοξίαν, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗ καταπέπληγμαι τὴν ἐπιείκειαν, ὃς σιγῶν[11] πλείονα δύναται τῶν μάταια λαλούντων. Συνευρύθμισται[12] γὰρ ταῖς ἐντολαῖς, ὡς χορδαῖς κιθάρα. Διὸ μακαρίζει μου ἡ ψυχὴ τὴν εἰς Θεὸν αὐτοῦ γνώμην, ἐπιγνοὺς ἐνάρετον καὶ τέλειον[13] οὖσαν, τὸ ἀκίνητον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀόργητον αὐτοῦ ἐν πάσῃ ἐπιεικείᾳ Θεοῦ ζῶντος.

---

1) Nomen *ΙΓΝΑΤΙΟΣ* in Codd. CL praevium. Uterque autem signat *μαγνησιεῦσιν φιλαδελφεῦσιν. Ἰγνάτιος:* — Cuius inscriptionis primam partem epigraphen esse Epistolae praecedentis, nemo non vidit. — Relicta Smyrna Ignatius Troadem appulit, unde scripsit Philadelphensibus Mysiae, quorum oppidum in itinere peragraverat (c. 11. 3. 6. 7). Laudibus extollitur eorum episcopus, cui nusquam non obediendum, itidemque dissidia evitanda (c. 1—3). Poenitentes recipiendi, unitas Dei cultu observanda, Iudaismus evangelio non permiscendus, cum unus summus Pontifex sit Iesus Christus (c. 3—9). Rogat Philadelphenses, ut legatum Antiochiam mittant, pro nonnullis nominatim iis gratias agens (c. 10. 11).

2) I. e. Lydiae. Eiusdem ecclesiae mentio fit Apoc. 1, 11. 3, 7.

3) *ἠλεημένῃ καὶ ἡδρασμένῃ* (c. sp. leni) C, et Heysio contra Iacobsonum asserente etiam L absque tamen iota subscripto, *ἐλεημένῃ καὶ ἑδρασμένῃ* Voss.

4) Cfr. supra ad Eph. c. 3. Magn. c. 15. Trall. c. 1. Rom. in inscript. Gallicciolli: senza contenzioni. Graziani: e che esulta nella passione del Signor nostro inseparabilmente.

5) Iac. ex L adiunxit *καὶ*, approbante C.

6) I. e. in Christo, qui passione sua ac morte nos redemit, redemptos caritatis vinculo colligavit.

7) Cfr. supra ad Magn. c. 15. *ἐν τιμῇ*. Armenius: *voluntate;* Holstenius: *iuxta mentem;* Graziani: col parere.

8) *ὃν* C et apogr. Holstenii; Iacobsono olim in mentem venerat *ἝΩΝ* asserenti: „Neque spiritum neque accentum habet haec vox in Msto, ubi vocales *o* et *ω* saepissime permutantur.“ Ast Petrus del Furia *ὃν* in L destincte extare contra Iacobsonum mihi testis est. Nihil igitur mutandum. Respicit episcopum paulo ante indicatum. Inscriptionis a primo capite separatio nimirum in autographo erat nulla.

AD PHILADELPHENSES.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae Dei Patris et Domini Iesu Christi, quae est Philadelphiae in Asia, misericordiam consecutae, et firmatae in concordia cum Deo, et exultanti passione Domini nostri inseparabiliter, ac per resurrectionem eius plene instructae de omni misericordia; quam saluto in sanguine Iesu Christi; quae ecclesia est gaudium meum sempiternum et stabile, maxime, si uniti sunt cum episcopo et presbyteris eius et diaconis, iuxta sententiam Christi designatis, quos secundum propriam voluntatem suam firmavit in stabilitate, per sanctum suum Spiritum.

*IGNTAII EPISTOLA AD PHILADELPHENSES.

Ignatius, qui et Theophorus, Ecclesiae Dei Patris et Domini Iesu Christi, quae est Philadelphiae in Asia, misericordiam consecutae et firmatae in concordia Dei, et exultanti in passione Domini nostri sine haesitatione, et in resurrectione eiusdem firmiter credenti in omni misericordia; quam saluto in sanguine Iesu Christi, quod est gaudium sempiternum et stabile, maxime si unum sint cum Episcopo et adiunctis ipsi Presbyteris et Diaconis designatis iuxta mentem Iesu Christi, quos secundum propriam voluntatem firmant in stabilitate sancto suo spiritu.

I. *Laus episcopi.*

Hunc episcopum cognovi, non a seipso, neque per homines, neque ob inanem gloriam, sed charitate Patris et Domini Iesu Christi obtinuisse ministerium regendi coetum. Valde admiratus sum eius modestiam, qui silendo potentior est, quam qui vana loquuntur. Consonus enim est mandatis, ut cithara chordis. Quapropter beatum praedico mentem eius piam, eam virtutibus ornatam et perfectam sciens, et immobilitatem eius ac lenitatem instar mansuetudinis Dei vivi.

*I. Quem Episcopum cognovi non a semetipso neque per homines adeptum esse hoc in commune pertinens ministerium, neque per vanam gloriam, sed in caritate Dei Patris et Domini Iesu Christi. Cuius obstupui modestiam; qui tacitus plus potest, quam alii vana loquentes. Est enim instructus mandatis divinis, ut cithara fidibus. Quapropter ex animo beatum eum dico ob istam in Deum sententiam, quam virtutibus deditam perfectamque novi, ut et immobilitatem et lenitatem eius, qui vivit in omni mansuetudine Dei.

---

9) Cfr. Gal. 1, 1.

10) Ita c. Interpol., Voss. et rlqq. editt., *τὸν* C L.

11) Cfr. supra ad Ephes. c. 6 et 15. Hic illius episcopi modestiam laudat et admiratur S. Ignatius, qui se mitem ac mansuetum erga immorigeros gessit, et tacuisse visus est, isthoc tamen silentio potentior, potestate episcopali commodo maiori cum fructu usurus. *Smith.*

12) Cfr. supra ad Eph. c. 4.

13) *τέλειον* C L, *τελείαν* editt. ante Iac.

II. *Tenete unionem cum episcopo, et fugite pravas doctrinas.*

Τέκνα οὖν φωτὸς καὶ[1] *ἀληθείας, φεύγετε τὸν μερισμὸν καὶ*[2] *τας κακοδιδασκαλίας· ὅπου μὲν*[3] *ὁ ποιμήν ἐστιν, ἐκεῖ ὡς πρόβατα ἀκολουθεῖτε. Πολλοὶ γὰρ λύκοι*[4] *ἀξιόπιστοι*[5] *ἡδονῇ κακῇ αἰχμαλωτίζουσιν*[6] *τοὺς θεοδρόμους·*[7] *ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι ὑμῶν οὐχ ἕξουσιν τόπον.*

III. *Fugite schismaticos.*

Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν βοτανῶν,[1] *ἅστινας οὐ γεωργεῖ Ἰησοῦς Χριστὸς, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς*[2] *φυτείαν πατρός. Οὐχ ὅτι παρ' ὑμῖν μερισμὸν εὗρον,*[3] *ἀλλ' ἀποδιϋλισμόν.*[4] *Ὅσοι γὰρ Θεοῦ εἰσὶν καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτοι μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσίν· καὶ ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, καὶ*[5] *οὗτοι Θεοῦ ἔσονται, ἵνα ὦσιν κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ζῶντες. Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου· εἴ τις σχίζοντι ἀκολουθεῖ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομεῖ· εἴ τις ἐν ἀλλοτρίᾳ*[6] *γνώμῃ περιπατεῖ, οὗτος τῷ πάθει οὐ συγκατατίθεται.*[7]

IV. *Utamini una Eucharistia.*

Σπουδάσατε[1] *οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ*[2] *χρῆσθαι· μία γὰρ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος, ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, τοῖς συνδούλοις μου· ἵνα, ὃ ἐὰν πράσσητε, κατὰ Θεὸν πράσσητε.*

Cap. II. 1) Ante *τέκνα* Noltio l. l. p. 234. videbatur *ὡς* inserendum, praeeunte Interpolatore. *καὶ* inserendum ex vet. Interprete, lat. et Arm. Cfr. Ioann. 12, 36. I Thess. 5, 5.

2) *καὶ* excidit ed. Vossianae.

3) Scripsi *ὅπου μὲν* c. C, *ὅπου δὲ* L teste etiam Tischendorfio, quod cum Vossio expresserunt editt. omnes.

4) Cfr. Act. 20, 29.

5) Vox *ἀξιόπιστοι* non tantum accipitur de illis, qui fide digni sunt; sed etiam de iis, qui tales videntur. *Voss.* Cfr. ad Trall. c. 6.; ad Polyc. c. 3.

6) *αἰχμαλωτίζουσιν* C L, *αἰχμαλωτίζουσι* Hef. ex Cot. Cfr. II Tim. 3, 6.

7) Cfr. I. Conr. Schwarz, Observ. de *θεοδρόμοις* Ignatii, in Miscell. Lips. nov. I. 223. *H.*

Cap. III. 1) Cfr. supra ad Trall. c. 6. Matth. 15, 13.

2) *αὐτοὺς* C L metaphora haud inusitata p. *αὐτὰς*, ut Vossius leg. censet c. Interpolatore. Codex Aug. longioris recens. quoque sec. Pacaeum habuit *αὐτοὺς*, idem in nostris Cod. F O V. Subinde *φυτίαν* C L Holstenii apogr., Voss.

3) Ex hoc loco, sicuti e capp. 7. et 8. Whistonus recte colligit, Ignatium aliquod temporis Philadelphiae adfuisse. Contra quam Hefelius verisimilius esse opinatur, legatos tantum Philadelphensium ad ipsum Troade degentem venisse. More suo potius heic Ignatium loqui, ac si in legatis totam ecclesiam Philadelphensem conspexisset. Ast loci ad hanc explicationem sustinendam citati Ep. ad Trall. c. 8. et Magn. 11. nihil omnino probant; nam aliud est *γιγνώσκειν*, aliud *εὕρειν*.

4) Ita coni. Vossius p. utriusque Cod. lectione *ἀποδιϋλισμένον*. Ego quidem duabus participii litteris praepositioni *ἐν* conflatae adiunxerim *χῳ*, ita ut habeas *ἀποδιϋλισμὸν ἐν Χριστῷ*. Si Codd. scripturam retines, supple *μερισμόν*. Cfr. inscriptio Ep. ad Rom.

5) *καὶ* Vossius ex Interpol. textui inserendum docet. Adest autem particula in Codd. C et L, a Vossio heic quoque minus accurate descripto.

6) Cfr. supra Ep. ad Trall. c. 6. *ἀλλοτρίας βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις.* Ep. ad Rom. inscr. *ἀλλοτρίου χρώματος.*

II. *Tenete unionem cum episcopo, et fugite pravas doctrinas.*

Filii itaque lucis et veritatis, fugite divisionem et pravas doctrinas; ubi quidem pastor est, eodem ut oves sequamini. Multi enim lupi, fide digni habiti, perniciosis voluptatibus eos capiunt, qui ad Deum currunt; sed in vestra concordia non habebunt locum.

* II. Quocirca filii lucis veritatis fugite dissidium et perversas doctrinas. Ubi vero pastor est, illuc et oves sequimini. Multi enim lupi speciosi eos, qui in Dei stadio currunt perniciosae voluptatis illicio captivos comprehendunt; sed in vestra concordia nullus ipsis dabitur locus.

III. *Fugite schismaticos.*

Abstinete ab herbis noxiis, quas Iesus Christus non colit, quia non sunt plantatio Patris. Non quod apud vos divisionem invenerim, sed defaecationem. Quotquot enim Dei et Iesu Christi sunt, hi sunt cum episcopo; et quotquot poenitentia ducti redierint ad unitatem ecclesiae, et hi Dei erunt, ut secundum Iesum Christum vivant. Ne erretis, fratres mei. Si quis schisma facientem sectatur, regni divini haereditatem non consequitur; si quis ambulat in aliena doctrina, is non assentitur passioni.

* III. Abstinete ab noxiis herbis, quas non excolit Iesus Christus, quia non sunt plantatio Patris. Non quod dissidium apud vos invenerim, sed animum purum et defaecatum. Quotquot enim Dei sunt et Iesu Christi, hi cum Episcopo sunt, et quotquot poenitentia ducti redierint ad unitatem Ecclesiae, hi Dei erunt, ut vivant secundum Iesum Christum. Ne erretis, fratres mei. Si quis dissidii auctorem sectatur, regnum Dei non hereditat. Si quis in falsa opinione ambulat, hic passioni refragatur.

IV. *Utamini una Eucharistia.*

Studeatis igitur una Eucharistia uti; una enim est caro Domini nostri Iesu Christi, et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus, cum presbyterio et diaconis, conservis meis; ut, quod faciatis, secundum Deum faciatis.

* IV. Quocirca operam date, ut una Eucharistia utamini: una enim est caro Domini nostri Iesu Christi, et unus calix in unionem sanguinis eius, unum altare, sicut unus Episcopus cum Presbyterio et Diaconis conservis meis: ut, quicquid facitis, secundum Deum faciatis.

---

7) I. e. non consentit huic veritati, Christum sanguine suo fundasse ecclesiam, quam schismate evertere conatur. *Smith.*

Cap. IV. 1) Ita C L, *Σπουδάζετε* c. Vossio editt. ante Iac. In C. man. sec. orae adscripsit: *εὐχαριστία*. Franzius quidem lectionem *σπουδάσατε* nihili putabat.

2) I. e. *coena Domini*, ut e sequentibus verbis *σὰρξ τοῦ κυρίου* et *ποτήριον* elucet. Etiam a S. Iustino (Apol. I, 66.) coena Domini *εὐχαριστία* vocatur. Cfr. ad hunc locum Rothe, Anf. p. 470, et Io. E. Pfeiffer, de Ignatio, Communioni privatae adverso. Erlang. 1764. 4. *H.* Graziani: Ponete cura dunque di far uso d'una medesima Eucaristia.

V. *Orate pro me, qui confugio ad Evangelium et Apostolos. Honorate etiam prophetas V. T.*

Ἀδελφοί μου, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς, καὶ ὑπεραγαλλόμενος ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ᾧ δεδεμένος φοβοῦμαι μᾶλλον, ὡς ἔτι[1] ὢν ἀνάρπαστος. Ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς Θεόν με ἀπαρτίσει, ἵνα, ἐν ᾧ κληρῳ ἠλεήθην, ἐπιτύχω, προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας.[2] Καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν,[3] καὶ αὐτὸν ἀναμένειν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσώθησαν, ἐν ἑνότητι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὄντες ἀξιαγαπητοὶ καὶ ἀξιοθαύμαστοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένοι, καὶ συνηριθμημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

VI. *Nec tamen Iudaismum admittite.*

Ἐὰν δέ τις Ἰουδαϊσμὸν ἑρμηνεύῃ ὑμῖν,[1] μὴ ἀκούετε αὐτοῦ. Ἄμεινον γάρ ἐστιν παρὰ ἀνδρὸς περιτομὴν ἔχοντος Χριστιανισμὸν[2] ἀκούειν, ἢ παρὰ ἀκροβύστου Ἰουδαϊσμόν.[3] Ἐὰν δὲ ἀμφότεροι περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ λαλῶσιν, οὗτοι ἐμοὶ στῆλαί εἰσιν καὶ τάφοι νεκρῶν,[4] ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα ἀνθρώπων. Φεύγετε οὖν τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, μήποτε θλιβέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐξασθενήσετε[5] ἐν τῇ ἀγάπῃ. Ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Εὐχαριστῶ δὲ τῷ Θεῷ μου, ὅτι εὐσυν-

---

Cap. V. 1) *ὡς ἐστι* p. *ὡς ἔτι* C. Dein *ἀνάρπαστος* c. C L, *ἀναπάρτιστος* = *imperfectus* Interpol., Int.vet. et Arm., quae quidem lectio facile ex sq. *ἀπαρτίσει* oriri potuit. Vocem *ἀνάρπαστος* Ignatio satis convenire, Vossius et Pearsonus ostenderunt. Veteres autem *ἀναρπάστους* nuncuparunt, qui ex provinciis vocati non sine vi a patria suisque abducebantur. Sic Iosephus Antiq. Iud. XIV. 8, 4. p. 622. ed. Hudson. *Λικαίως δὲ ἔλεγεν Ἀριστόβουλον μὲν εἰς Ῥώμην ἀνάρπαστον γεγονέναι.* Gallicciolli: temo maggiormente, come se non ancora fossi strascinato via. Forte cum Cod. Casanatensi scribendum: *ὡς ἐστι ὢν ἀνάρπαστος* = *ὡς ἔχει ἀνάρπαστος.*

2) H. A. Niemeyer in Fries et Schroeter Oppositionsschrift I, 2. p. 14. hunc locum ita explicat: *εὐαγγέλιον* est = *summa vitae et actorum Iesu; ἀπόστολοι* = *narrationes Apostolorum de Christo.* Sensus: adhaereo iis, quae Christus praedicavit et fecit, quasi adhuc ipse vivat: adhaereoque narrationibus Apostolorum, quasi ipsi adhuc ut quondam presbyterium ecclesiae constituant. Sed et Prophetas V. T. recipio, quippe qui Iesum annuntiaverint. Cfr. quoque Rothe Anf. p. 732. et Gieseler, Versuch über d. Entstehung der schriftlichen Evangelien p. 157, qui ante Niemeyerum monuerat, *εὐαγγέλιον* nostri loci non de *scripto evangelio* esse accipiendum. Lessingius (Opp. ed. Lachmann. T. XI. p. 567.) ita scribendum esse putat: *προσφυγὼν τῷ ἐπισκόπῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐκκλησίας ὡς ἀποστόλοις.* Alii *εὐαγγέλιον* de scriptis Evangeliis, *ἀπόστολοι* de scriptis Apostolorum, *προφῆται* de scriptis Prophetarum seu de V. T. accipiunt. Male Eichhornius de Prophetis *novi* foederis seu doctoribus christianis somniat. *H.*

3) Vet. Int. vertit: *et in Christum sperare.*

Cap. VI. 1) *ἡμῖν* C L, pro quo Voss. recte dedit *ὑμῖν.*

2) Quaere, an ut Antiochiae primo nomen *Χριστιανὸς*, ita ab Ignatio, Antiochiae episcopo, primum usurpata vox *Χριστιανισμός? Pearson.*

3) C in marg. man. recentiore: *Contra Rabinos.*

V. *Orate pro me, qui confugio ad Evangelium et Apostolos. Honorate etiam prophetas V. T.*

Fratres mei, valde effusus sum in amorem vestri, et valde laetatus roboro vos; non ego vero, sed Iesus Christus, cuius gratia vinctus plus timeo, cum adhuc in ius eripiar. Sed oratio vestra ad Deum me perficiet, ut sorte per misericordiam mihi assignata potiar, confugiens ad Evangelium tanquam ad corporaliter praesentem Christum, et ad Apostolos tanquam ad praesens ecclesiae presbyterium. Sed et Prophetas diligamus, quia et ipsi Evangelium annuntiaverint, et in Christum speraverint, et ipsum exspectaverint; per quem et credentes salutem consecuti sunt, Iesu Christo uniti; cum essent sancti, amore et admiratione digni, a Iesu Christo testimonium adepti, et connumerati in Evangelio spei communis.

* V. Fratres mei, nimis effusus sum amore vestri, et superexultans gaudio praemunio vos; non autem ego, sed Iesus Christus, in quo vinctus plus timeo, ut postea adhuc imperfectus: sed praecatio vestra ad Deum me perficiet, ut, in qua sorte vocatus sum, eam consequar, confugiens ad Evangelium, tanquam ad carnem Iesu, et ad Apostolos, velut ad Presbyterium Ecclesiae. Sed et Prophetas deligimus, eo quod et ipsi in Evangelium enuntiarunt, et in ipsum Iesum sperarunt eumque expectarunt; in quo etiam credentes salutem consecuti sunt, in unitate Iesu Christi, viri sancti; digni, quos amemus et admiremur, a Iesu Christo testimonium adepti, et connumerati in Evangelio spei communis.

VI. *Nec tamen Judaismum admittite.*

Si quis autem vobis Iudaismum praedicet, ne audiatis eum. Melius est enim, a viro circumciso Christianismum audire, quam ab habente praeputium Iudaismum. Si autem utrique de Iesu Christo non loquantur, isti mihi columnae sepulchrales et mortuorum sunt monumenta, quibus hominum nomina dumtaxat inscripta sunt. Fugite igitur malas artes et insidias principis seculi huius, ne quando prudentia eius oppressi in charitate langueatis. Sed omnes uniti sitis indivulso corde. Gratias autem ago Deo meo, quod quoad vos bona gaudeam conscientia, nec possit

* VI. Si quis autem Iudaismum vobis interpretatur, illum non audite; melius enim est ab homine circumciso Christianismum audire, quam a non circumciso Iudaismum. Si vero utrique de Iesu Christo non loquantur, hi mihi cippi sepulcrales et monumenta sunt mortuorum, quibus hominum nomina dumtaxat inscripta sunt. Fugite ergo malas artes, et insidias principis huius seculi, ne quando sententia eius afflicti in caritate infirmemini: sed omnes in unum conspirate corde indivulso. Gratias autem ago Deo meo, quod bene conscius mihi sum de vobis,

4) Holstenius: *hi mihi cippi sepulcrales et monumenta sunt mortuorum.*

5) ἐξασθενήσετε dedi e. C, in quo ἐξασθενήσεται supra ε. Idem valet Codicis L ἐξασθενήσεται, quod impressit Voss. coniiciens ἐξασθενήσετε. Apud Interpol. habes ἐξασθενήσητε, quod expressit Iac., utpote grammaticae canonibus magis conveniens.

εἰδητός εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι, οὔτε λάθρα, οὔτε φανερῶς, ὅτι ἐβάρησά[6] *τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ. Καὶ πᾶσι δὲ, ἐν οἷς ἐλάλησα, εὔχομαι, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον*[7] *αὐτὸ κτήσωνται.*[8]

VII. *S. Spiritu impellente vos ad unitatem adhortatus sum.*

Εἰ γὰρ καὶ κατὰ σάρκα μέ τινες ἠθέλησαν πλανῆσαι, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα οὐ πλανᾶται, ἀπὸ Θεοῦ ὄν. Οἶδεν[1] *γὰρ, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. Ἐκραύγασα μεταξὺ ὢν, ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ·*[2] *τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις. Οἱ δὲ ὑποπτεύσαντές*[3] *με, ὡς προειδότα τὸν μερισμόν τινων, λέγειν ταῦτα. Μάρτυς δέ μοι, ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. Τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν, λέγον*[4] *τάδε· χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε, τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε,*[5] *τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.*

VIII. *Studete unitati. Christus loco documentorum est.*

Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν, ὡς ἄνθρωπος εἰς ἕνωσιν κατηρτισμένος. Οὗ δὲ μερισμός ἐστιν καὶ ὀργὴ, Θεὸς οὐ κατοικεῖ. Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. Πιστεύω τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάντα δεσμόν.[1] *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσειν,*[2] *ἀλλὰ κατὰ χριστομαθίαν. Ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων, ὅτι, ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις*[3] *εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω· καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται.*[4] *Ἐμοὶ δὲ ἀρχαῖά*[5] *ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰ ἄθικτα ἀρχαῖα*[6]

---

6) I. e. nemini iugum Iudaismi imponere studui. Cfr. quoque II Cor. 12,13. *H.*

7) Cfr. ad Trall. c. 12.

8) *κτήσωνται* C, *κτίσωνται* L.

Cap. VII. 1) Cfr. Ioann. 3, 8. Orae Codicis C. man. sec. adscripsit: *τὸ πνεῦμα ἀπὸ θεοῦ ὂν οἶδεν, πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει.*

2) *Locutus sum magna voce, voce Dei* vet. Int.

3) Ita Interpolator, *πτέσαντες* C L Voss.; *ὑπώπτευσαν* vel *ὑπωπτεύσαντο* = *suspicati sunt* ap. vet. Int. coni. Cot. Nolte coni. *πιέσαντες* = affirmarunt.

4) *λέγων* C L.

5) *τηρῆτε* C L. Cfr. I Cor. 3, 16. 6, 19.

Cap. VIII. 1) Ita etiam Armenius. Apud Interpol. additur *ἀδικίας.*

2) Cfr. Ep. ad Philipp. 2, 3.

3) In priori ed. mea cum Vossio in notis, Rothio (Anfänge d. chr. Kirche p. 339.) et Arndtio (in Ullmanni Studien u. Krit. 1839. I. p. 182.) Interpolatorem secutus lectionem codicis ms. *ἀρχαίοις* in *ἀρχείοις* (*archivis* = *documentis*) mutavi. Nunc vero re melius perpensa lectionem codicis, quam Credner (Beitr. I, 15.), Niemeyer (Oppositionsschrift I, 2. p. 21.), Düsterdieck (de Ignatiarum epist. authentia etc. p. 56. not.) et Iacobsonus defendunt, quaeque a veteri Interprete latino agnita est, retinendam puto. Ignatius contra *Iudaizantes* verba facit, qui Christi adventum et passionem in *veteribus vaticiniis* (*ἐν τοῖς ἀρχαίοις*) praenunciatam negabant. *H.* Lectionem *ἀρχαίοις* confirmat etiam Cod. Casanatensis.

4) I. e. hoc ipsum proponitur demonstrandum. *Arndt.* Bene Ruchatus: c'est cela qui est en question. Alii legendum putant: *οὐ πρόκειται, non liquet. H.* Eodem modo Graziani: mi risposero, che questa è la controversia. (Gallicciolli: Questo è ciò che si cerca). Aliter Holstenius: *Audivi enim quosdam dicentes: nisi in archivis, hoc est in Evangelio invenero, non credo; et cum dicerem ipsis, quod in scripturis habetur, responderunt mihi, id omnibus patere.*

5) Ms. habet *ἀρχεῖα.* Qui vero supra lectionem codicis ms. *ἀρχαίοις* retinet, hic et paulo inferius *ἀρχαῖα* legat oportet. *H.* Etiam Cod. C c. Interpol. in Mss. B F O V. *ἀρχεῖα.*

6) *ἄθηκτα ἀρχεῖα* C L.

quisquam gloriari, vel secreto vel palam, a me quemquam gravatum esse aut in parvo, aut in magno. Et omnibus, ad quos locutus sum, opto, ne in testimonium id cedat contra ipsos.

nec habet quisquam, quod glorietur, vel secreto vel palam, me gravasse quemquam, vel in parvo vel in magno. Et omnes oro, inter quos locutus sum, ne illud in testimonium mihi conservent.

VII. *S. Spiritu impellente vos ad unitatem adhortatus sum.*

Quamquam enim nonnulli secundum carnem me decipere voluerint, spiritus tamen non decipitur, a Deo ortus. Novit enim, unde veniat, et quo vadat, et secreta coarguit. Clamavi, cum praesens essem, locutus sum magna voce: episcopo obedite et presbyterio et diaconis. Quidam autem suspicati sunt, me, ut praescium schimatis quorundum, haec dixisse. Testis autem mihi is est, pro quo vinctus sum, quod a carne humana id non cognoverim. Sed Spiritus annuntiavit, dicens: sine episcopo nihil facite, carnem vestram ut Dei templum custodite, unionem amate, dissidia fugite, imitatores este Iesu Christi, sicut et ipse patris sui.

* VII. Quamquam enim nonnulli secundum carnem me seducere voluerunt; sed spiritus a Deo profectus non decipitur. Scit enim, unde venit, et quo vadit, et secreta coarguit. Exclamavi voce magna inter eos, quibus loquebar: Episcopo attendite, et Presbyterio, et Diaconis; at illi suspicabantur, me haec dicere, quasi dissidium nonnullorum praesciverim. Mihi autem testis est ille, in quo vinctus sum, quod ab carne humana non cognoverim: sed spiritus annuntiabat, sic dicens: sine Episcopo nihil facite. Carnem vestram ut templum Dei custodite. Unitatem diligite: dissidia fugite: imitatores Christi estote, sicut et ipse fuit Patris sui.

VIII. *Studete unitati. Christus loco documentorum est.*

Ego itaque, quod meum erat, feci, ut homo ad unionem destinatus. Ubi autem divisio est et ira, ibi Deus non habitat. Omnibus igitur poenitentibus remittit Deus, si se convertant ad unionem cum Deo et ad communionem cum episcopo. Credo gratiae Iesu Christi, qui solvet a vobis omne vinculum. Obsecro autem vos, ut nihil contentiose agatis, sed iuxta Christi doctrinam. Cum audirem quosdam dicentes: nisi invenero in antiquis vaticiniis, Evangelio non credo, et dicente me ipsis: scriptum est, responderunt mihi: hoc demonstrandum est. Mihi vero loco antiquitatis est Iesus Christus, incorrupta et antiqua dogmata mihi sunt

* VIII. Ego itaque, quod meum erat, feci, ut homo ad unitatem compositus. Ubi autem dissidium est et ira, ibi Deus non habitat. Omnibus poenitentibus remittit Deus, si poenitentia reducantur ad unitatem Dei et ad communionem Episcopi. Credo gratiae Iesu Christi, qui solvet a vobis omne vinculum. Obsecro autem vos, ut nihil per contentionem agatis, sed omnia iuxta Christi disciplinam. Audivi enim quosdam dicentes: nisi in archivis, hoc est, in Evangelio invenero, non credo, et cum dicerem ipsis, quod in scripturis habetur, responderunt mihi, id omnibus patere. Mihi autem pro archivis est Iesus Christus: illibata

ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

IX. *Bonum est V. T., melius Novum Foedus.*

Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς[1], κρεῖσσον δὲ ὁ ἀρχιερεύς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρυπτὰ τοῦ Θεοῦ·[2] αὐτὸς ὢν[3] θύρα τοῦ πατρός, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ ἐκκλησία. Πάντα[4] ταῦτα εἰς ἑνότητα Θεοῦ. Ἐξαίρετον δέ τι ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,[5] τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας.[6] Πάντα[7] ὁμοῦ καλά ἐστιν, ἐὰν ἐν ἀγάπῃ πιστεύητε.[8]

X. *Congratulemini Antiochenis de fine persecutionis.*

Ἐπειδὴ[1] κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα, ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι, εἰρηνεύειν[2] τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· πρέπον ἐστὶν ὑμῖν, ὡς ἐκκλησία Θεοῦ, χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις, καὶ δοξάσαι τὸ ὄνομα. Μακάριος ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς καταξιωθήσεται τῆς τοιαύτης διακονίας· καὶ ὑμεῖς δοξασθήσεσθε. Θέλουσιν δὲ ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀδύνατον, ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ· ὡς καὶ αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπους, αἱ δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.

Cap. IX. 1) *οἱ ἱερεῖς* = *sacerdotes iudaici* = *vetus oeconomia; ἀρχιερεὺς* = *Christus* = *novum foedus.* Aliter Rothe, Anf. p. 731 sq., qui *ἱερεῖς* de Christianis ecclesiae Philadelphensis accipit, et ita explicat: *preces quidem vestrae pro me bonae sunt, multo vero meliores preces Christi. H.* Sententiarum nexus Rothii explicationi non favet. Subinde *κρείσσων* ap. Interpol.

2) Aludit ad sancta Sanctorum templi veteris. Cfr. Hebr. 2, 17. 9, 25.

3) *ὢν* C L. Vossii *ἂν* mendum puto. Cfr. Ioann. 10, 7. 9.

4) Veteris et Novi Testamenti oeconomia ad redintegrationem hominis cum Deo spectat.

5) *σωτῆρος* p. *κυρίου* Interpolator; utrumque reddit vet. Int. *praesentiam Salvatoris Domini nostri Iesu Christi*; Arm. *At praecellentia existit in evangelio, adventus Salvatoris Domini nostri Iesu Christi.*

6) I. e. Evangelio *ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* et vita in hoc regno aeterna instituta est. Aliter h. l. explicat Heringius: perfecta doctrina, quae semper manebit, post quam nihil amplius revelabitur. *Iac.* In marg. C. man. sec. rescripsit sententiam *τὸ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας.*

7) Gallicciolli: Tutte insieme queste cose sono belle, se in carità le crediate.

8) Ita C L, *πιστεύετε* Int. vet, quod expresserunt Voss. et qui eum repetierunt.

Cap. X. 1) *ἐπειδὴ* C L, *ἐπεὶ δὲ* auct. Vossio Cotelerius, Smithius et alii. Proximum *καὶ* addidit Iac. ex L, suffragante nunc C. Articulus *τὰ* ante *σπλάγχνα* excidit etiam tertiae et quartae ed. Hefelianae.

2) Ignatio antequam Asiam relinqueret, persecutionem contra christianos Antiochiae excitatam cessisse innotuit. Id elucet ex h. l. et ex Ep. ad Smyrn. c. 11. (cfr. ad Polyc. c. 7.).

crux eius et mors et resurrectio eius et fides, quae per ipsum: quibus iustificari volo per preces vestras.

archiva sunt crux eius et mors, et resurrectio illius, et fides per ipsum: in quibus cupio per orationem vestram iustificari.

IX. *Bonum est V. T., melius Novum Foedus.*

Boni quidem sunt sacerdotes, praestantior autem est summus pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli secreta Dei sunt tradita; qui ipse est ianua Patris, per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Iacob, et prophetae et apostoli et ecclesia. Omnia haec ad unionem cum Deo. Eximium autem quidquam habet Evangelium, nimirum adventum Domini nostri Iesu Christi, passionem ipsius ac resurrectionem. Dilecti namque prophetae annuntiaverunt eum; Evangelium vero est perfectio vitae aeternae. Omnia simul bona sunt, modo in charitate credatis.

*IX. Boni utique sunt sacerdotes; melior autem est summus sacerdos, cui credita sunt sancta sanctorum: qui solus sibi commissa habet secreta Dei. Hic est porta ad Patrem, per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Iacob; item Prophetae et Apostoli, et Ecclesiae: omnia haec ad unitatem Dei. Eximium autem quid habet Evangelium, nimirum adventum Domini nostri Iesu Christi passionemque eius et resurrectionem. Etenim dilecti Prophetae annuntiaverunt de ipso: Evangelium vero perfectio est incorruptibilitatis. Omnia simul bona sunt, si in caritate creditis.

X. *Congratulemini Antiochenis de fine persecutionis.*

Cum mihi nuntiatum sit, per orationem vestram et commiserationem, qua movemini in Christo, ecclesiam Antiochenam in Syria pacem obtinuisse; decet vos, ut Dei ecclesiam, eligere diaconum, qui obeat ibi legationem Dei, qui cum illis, in unum congregatis, simul gaudeat, et glorificet nomen. Beatus ille in Iesu Christo, qui dignus habitus fuerit eiusmodi ministerio; et vos quoque glorificabimini. Volentibus autem vobis hoc non est impossibile, pro nomine Dei, ut et quaedam proximae ecclesiae miserunt episcopos, nonnullae presbyteros et diaconos.

*X. Quoniam vero per orationem vestram et per viscera, quae habetis in Christo Iesu, nuntiatum est mihi, Ecclesiam Antiochenam in Syria pacatam esse, decet vos, ut Dei Ecclesiam, eligere Diaconum ad obeundam isthic Dei legationem, ut in unum coniuncti gaudeatis ipsis, et glorificetis nomen Dei. Beatus ille in Iesu Christo, qui ministerio isto fungi merebitur: et vos quoque glorificabimini. Volentibus autem vobis non est difficile pro nomine Dei, sicut et vicinae Ecclesiae partim Episcopos miserunt, partim Presbyteros et Diaconos.

XI. *Gratias vobis ago, quod comites meos benevole suscepistis. Salutant vos fratres in Troade.*

Περὶ δὲ Φίλωνος[1] *τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας, ἀνδρος μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ Θεοῦ ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι,*[2] *ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν, κἀγὼ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτοὺς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ κύριος. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου,*[3] *πεμφθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων εἰς λόγον τιμῆς. Τιμήσει αὐτοὺς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς ὃν ἐλπίζουσιν σαρκὶ, ψυχῇ, πίστει, ἀγάπῃ, ὁμονοίᾳ. Ἔῤῥωσθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.*

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος,[2] *θεοπρεπεστάτῃ*[3] *καὶ ἁγιοφόρῳ,*[4] *τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ*[5] *λόγῳ Θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.*

I. *Glorifico Deum propter fidem vestram.*

Δοξάζων[6] *Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλω-*

Cap. XI. 1) Pseudo-Ignatius ita haec accepisse videtur, tamquam si Philo testimonium a Cilicibus consecutus fuerit. Sed si verum sit, quod legitur in Epistola ad Tarsenses, illum fuisse Tarsi Diaconum; non dubito, quin illud *ἀπὸ Κιλικίας* referendum sit ad praecedens, non autem ad id quod sequitur. *Vossius.* Manifestum est Philonem e Cilicia oriundum, non in Cilicia, sed cum Ignatio in Troade, ut perhibent, fuisse, quum hanc Epistolam exararet: ita Hebr. 13, 24. *οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας* homines sunt Itali, eo ipso tempore quo Epistola ad Hebraeos conscripta fuit, extra Italiam cum istius Epistolae Scriptore alibi, quo in loco non liquet, versantes. Cfr. S. Matth. 15, 1. (Marc. 7, 1.) Act. 17, 13. *Orellius.*

2) In C *ῥέῳ· ἀγαθόποδι.* Eodem modo interpunctum esse in L certiorem me fecit Tischendorfius. Unde inter duo nomina *καὶ* copulam excidisse aliquis suspicari queat. Cfr. tamen ad Smyrn. c. 10. Armenius: *cum Rheo fratre et Agathopode.*

3) Cfr. ad Smyrn. c. 12., ad Ephes. c. 12.

1) Ita Iac. et apographum Holstenii; *σμυρναίοις* sine *Ἰγνάτιος* C, et teste Petro del Furia etiam L. — Ex Troade Ignatius Burrhum cum literis misit Smyrnam (c. 12.). Firma Smyrnaeorum fide in Christi nativitatem ac passionem laudata, illos impugnat (c. 2—7.), qui Docetarum more Iesum Christum vere vixisse, passum esse, aut resurrexisse negent, et propterea vacui sint recta fide atque caritate. Obtemperandum ecclesiae praesidibus, coniunctimque cum iis standum (c. 8. 9). Gratias agit, Syriae ecclesiam commendat, nominatim salutat (c. 10—13).

2) Respicere videtur I Cor. 1, 7. Cfr. ad Polyc. c. 2.

3) *θεοπρεπεστάτης* C. Vide infra capp. 11. 12.

4) I. e. quae sanctis referta est, eosque quasi parere videtur. *Pearson.* Gallicciolli: che è degnissima di Dio, e ferace di santità.

5) *καὶ* textui Vossiano exciderat.

6) Dedi *Δοξάζων* duce Cod. Casanatensi, ubi habes *Δοξάζων*, littera

XI. *Gratias vobis ago, quod comites meos benevole suscepistis. Salutant vos fratres in Troade.*

Quod autem Philonem Cilicem diaconum attinet, virum laudatum, qui et nunc Dei causa mihi ministrat, una cum Rheo Agathopode, viro electo, qui a Syria me comitatur, vitae renuntians, quique vobis bonum testimonium perhibent; et ego Deo gratias ago pro vobis, quia illos suscepistis, sicut et vos Dominus. Iis vero qui illos ignominia affecerunt, condonet gratia Christi. Salutat vos charitas fratrum in Troade, unde et scribo vobis per Burrhum, qui missus est mecum ab Ephesiis et Smyrnaeis, honoris causa. Honoret eos Dominus Iesus Christus, in quem sperant carne, anima, fide, charitate, concordia. Valete in Christo Iesu, communi spe nostra.

* XI. Ceterum de Philone Diacono ex Cilicia, viro testimonium habente, qui nunc etiam in sermone Dei mihi ministrat, uno cum Rheo et Agathopode, viro electo, qui inde a Syria me comitatur, cum vitae suae renuntiarit, quique testimonium vobis perhibent: et ipse Deo gratias ago pro vobis, quod suscepistis ipsos, sicut et vos Dominus. Illi autem, qui contumelia eos affecerunt, liberentur per gratiam Iesu Christi. Salutat vos caritas fratrum, qui sunt in Troade, unde et scribo vobis per Burrhum, ab Ephesiis simul et Smyrnensibus honoris causa ad me missum. Remunerabit eos Dominus Iesus Christus, in quem sperant carne, anima, fide, caritate et concordia. Valete in Christo Iesu, communi spe nostra.

AD SMYRNAEOS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae Dei patris et dilecti Iesu Christi, omne donum per misericordiam consecutae, repletae fide et charitate, nulla gratia destitutae, Deo dilectissimae et sanctiferae, quae est Smyrnae in Asia, in sancto spiritu et in verbo Dei plurimam salutem.

IGNATIUS SMYRNENSIBUS.

* Ignatius, qui et Theophorus, Ecclesiae Dei Patris et dilecti Iesu Christi, misericordiam consecutae in omni dono, plene instructae in fide et caritate, nullius gratiae experti, Deo dignissimae, et sacrosanctae, quae est Smyrnae in Asia, in immaculato spiritu et Verbo Dei, salutem plurimam.

I. *Glorifico Deum propter fidem vestram.*

Glorifico Iesum Christum Deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim, perfectos vos esse in fide immobili, ut clavis affixos

* I. Glorifico Iesum Christum Deum, qui ita vos erudivit; cognovi enim vos absolute perfectos in fide immobili, utpote una affixos cruci

---

quidem *ν* man. sec. duabus lineolis subnotata; *Δοξάζων* L sine ullo emendationis vestigio. Cfr. Ep. ad. Eph. *Δοξάζω*. initium. Interpolator, vet. Int., fragmentum Syriacum (Cureton. p. 32.) et Arm.

μένους[7] *ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαρκί τε καὶ πνεύματι,*[8] *καὶ ἡδρασμένους*[9] *ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους*[10] *εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατα σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα*[11] *καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα*[12] *πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον*[13] *ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' οὗ καρποῦ*[14] *ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίτου*[15] *αὐτοῦ πάθους, ἵνα*[16] *ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε*[17] *ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.*

II. *Christus vere in carne passus est. Contra Docetas.*

Ταῦτα[1] *γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτὸν,*[2] *οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν, τὸ δοκεῖν*[3] *αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν*[4] *ὄντες· καὶ καθὼς φρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.*

7) Immobilitatem et firmitatem fidei illorum illustrat, dum eos adeo stabiles pronunciat, ac si clavis quibusdam fixi essent cruci Christi. *Χριστῷ συνεσταύρωμαι.* Gal. 2, 20. Cfr. 6, 14. In Actis Pionii *καθηλώσεις* illius Martyris memorabantur, ut tradit Eusebius. (H. E. IV, 15.) Eleganter haec exprimuntur a Clem. Alex. Paedag. III, 12. (p. 303. ed. Potter.) Greg. Naz. 276. A. (Tom. I. ed. Morel.) Vide etiam Theodotum Ancyranum, p. 25.) *πῶς ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται, εἰ μὴ ἄρα ἕνωσιν πρὸς τὸν καθηλωθέντα ἐκτήσατο;* Ps. 119, 121. *Καθήλωσον τὰς σαρκάς μου* de Christo aliqui interpretati sunt, ut Barnabas p. 219. (ed. Voss. c. 4). *Pearson.*

8) I. e. ex integro ac sine ullo defectu. *Smith.*

9) *ἡδρασμένους* C L, *ἑδρασμένους* Voss. et editt. ante Iacobsonum. Particulam *καὶ* antecedentem deesse ap. Voss. Cot. Cler., idem minus accurate scribit.

10) Locus laudatus a Theodoreto Dial. I. T. IV. p. 49. ed. Schulze.

11) *θεότητα* leg. Theodoretus, *φύσιν* Arm.

12) Cfr. Matth. 3, 15.

13) *Καθηλωμένον* C L, illic quidem *υ* supra. Etiam in nostris Codd. interpolatis O V habes *καθηλωμένου.*

14) Sc. *ligni;* Christus, pendens in ligno, quasi fructus eius intelligitur. Cfr. ad. Trall. c. 11. *Pears.*

15) *Θεομακαρίτου* dedi ex C. Nec aliud quidquam in Cod. Med. apparet, quamvis Iac. inter rugas illius hoc loco replicatas ς p. τ facillime latere posse opinetur. Interpolator *Θεομακαρίστου,* quod repetierunt editt. excepto Vossio, qui quidem impressit *Θεομακαρίου.*

16) Isai. 5, 26. 49, 22.

17) *ἔντε — ἔντε* L C, in hoc quidem emendatum man. sec. in *εἴτε— εἴτε.*

Cap. II. 1) Omnia quandam passionem includebant; multa enim sustinuit praeter crucem. *Δι' ἡμᾶς,* phrasis praecipue notanda: an *loco nostri?* ut duo dicat, an *pro nobis,* an *propter nos?* Rom. 4, 25. I Cor. 8, 11. II Cor. 8, 9. I Thess. 5, 10. I Petr. 1, 20. Finis passionum Christi *ἵνα σωθῶμεν* plane Apostolice. Cfr. Polycarp. ad Philipp. c. 8. *Pearson.* Refert Hef. ad Ioannis doctrinam de carne Christi. I Ioann. 4, 2. 1, 1. 2, 22.

2) Cfr. infra c. 7. *σάρκα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν . . . . ἣν ὁ πατὴρ ἤγειρεν.* Ep. ad Trall. c. 9. Ioann. 10, 17. Ep. ad Rom. 4, 24.

cruci Domini Iesu Christi, quoad carnem et animam, et firmatos in charitate per sanguinem Christi, persuasissimum habentes, Dominum revera esse ex genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, natum vere ex virgine, baptizatum a Ioanne, ut impleretur ab eo omnis iustitia, vere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne. Ex hoc fructu nos sumus per divine beatam passionem eius, ut per resurrectionem suam in secula elevet vexillum pro sanctis et fidelibus suis, sive in Iudaeis, sive in gentibus, in uno corpore ecclesiae suae.

Domini Iesu Christi, tam carne, quam spiritu, et stabilitos in caritate in sanguine Christi, plena firmaque fide credentes in Dominum nostrum vere oriundum ex genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem et virtutem Dei, vere natum ex Virgine, baptizatum a Ioanne, ut impleretur ab ipso omnis iustitia; sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha vere cruci affixum pro nobis in carne: de quo fructu nos sumus per divinam beatamque eius passionem, ut tolleret signum in secula per resurrectionem sanctis et fidelibus suis, sive in Iudaeis, sive in gentibus fuerint in uno corpore Ecclesiae suae.

II. *Christus vere in carne passus est. Contra Docetas.*

Omnia autem haec passus est propter nos, ut salutem consequeremur. Et revera passus est, ut et revera seipsum rescuscitavit; non, ut quidam infideles dicunt, secundum apparentiam eum passum esse, ipsi secundum apparentiam existentes; et quaemadmodum sapiunt, sic et continget eis, quippe qui phantastici sint et diabolici.

* II. Haec enim omnia passus est propter nos, ut salvaremur; et vere passus est, quemadmodum et vere resuscitavit semetipsum. Non ut quidam ineruditi eum sola opinione passum affirmant, ipsi sola opinione existentes, et ut sentiunt, ita quoque eveniet ipsis, qui corpore cassi et daemoniaci sunt.

---

3) Unde hi Haeretici *Δοκηταί*. Eorum origo a Simone Mago. His autem maxime in Episcopatu infestus est S. Ignatius. Nam Menander, discipulus Simonis et Doceta, Ignatio synchronus fuit. De eo Iustinus Martyr paucis annis post Ignatii Martyrium: *Μένανδρον . . . ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν.* (Apol. 1. c. 26. Opp. p. 59. ed. Ben.) Menandri discipulus erat Saturnilus, ut tradit Irenaeus, I, 22. (24, 2. p. 100. ed. Massuet.) et post eum Epiphanes; qui etiam docuit Salvatorem *putative visum hominem*, et *τὰ πάντα ἐν τῷ δοκεῖν πεποιηκέναι. Pearson.* Cfr. ad Trall. c. 10.

4) Eiusmodi paronomasiae saepius apud Ignatium leguntur, e. g. in inscriptione epistolae ad Polycarpum, in Ep. ad Rom. c. 8, ad Trall. c. 5. *H.*

III. *Christus et post resurrectionem in carne fuit.*

Ἐγὼ[1] *γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ*[2] *Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· ‚λάβετε,*[3] *ψηλαφήσατέ*[4] *με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον.‘ Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, κραθέντες*[5] *τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. Μετὰ*[6] *δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.*

IV. *Cavete vobis ab haereticis istis. Nisi Christus vere passus esset, nec ego paterer.*

Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ᾽ εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾶν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. Εἰ[1] *γὰρ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τὸ*[2] *δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἑαυτὸν*[3] *ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ᾽ ἐγγὺς μαχαίρας ἐγγὺς Θεοῦ,*[4] *μεταξὺ θηρίων μεταξὺ Θεοῦ· μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰς τὸ συμπαθεῖν*[5] *αὐτῷ πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.*

V. *Periculum erroris Docetarum.*

Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν[1] *ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον, ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπει-*

Cap. III. 1) Laudant h. l. Euseb. H. E. III, 36. et Theodoret. Dial. II. l. c. p. 127. Refert Hef. ad C. W. Fr. Walch: *num Ignatius Christum post resurrectionem in carne viderit.* Programma pasch. Gotting. 1772.

2) *περὶ* in C man. pr. superadditum. Ad oram: *οἱ περὶ Πέτρον.*

3) Cum eiusmodi elocutio apud nullum quattuor Evangelistarum extet, iam Eusebius H. E. l. c. quaerit *οὐκ οἶδα, ὁπόθεν τοῖς ῥητοῖς κέχρηται.* Hieronymus in cat. scriptorum eccl. ex evangelio Nazaraeorum eam provenisse putat. Pearsono tamen ex traditione desumpta videtur, cum Vedelius contendat, conflatam fuisse eam ex evang. Lucae 24, 36—40,

4) *ψηλαφήσετέ* C, man. sec. *α* supra.

5) Recepi *κραθέντες* ex CL, quod unice genuinum sensum antecedentium reddet; *κρατηθέντες* auctore Vossio editt. omnes, minus ex indole linguae graecae. Dein *τὸ πνεύματι* C, man. sec. *τῷ* supra. Armenius leg. videtur *οἱ κραθέντες τῇ σαρκὶ καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ.* Noltius l. l. malebat *ἀνακραθέντες.*

6) Cfr. Act. 10, 41. S. Augustini Ep. 49.

Cap. IV. 1) Cfr. Theodoret. Dial. I. l. c. p. 50.

2) *τὸ* C L, *τῷ* Theodoretus Dial. I. p. 50, Vossius et alii. Sed cum illud non minus graecum sit, quam hoc, Codicum auctoritatem etiam *ἐν ἀδιαφόροις* religiose sequamur. Cfr. Ep. ad Trall. c. 10. initio.

3) *ἑαυτὸν* C L = *ἐμαυτὸν*, ut libb. imp. Vossium secuti ante Iacobsonum. Cfr. ad Trall. c. 3.

4) *Ἐγγὺς - - μεταξὺ Θεοῦ* ex apocrypha Doctrina Petri sumta videntur. Cfr. Denzinger l. c. p. 102. *II.* ed. IV.

5) Cfr. Rom. 8, 17. *εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.*

Cap. V. 1) Similem *ἐπανόρθωσιν* Pearsonus indicat in inscript. Ep. ad Polyc. *ἐπισκόπῳ — μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ* (vulg.). Cfr. Matth. 10, 33. Luc. 12, 9.

III. *Christus et post resurrectionem in carne fuit.*

Ego enim scio, et post resurrectionem eum in carne fuisse, et credo eum adhuc in carne esse. Et quando ad Petrum et socios eius venit, eis dixit: ‚apprehendite, palpate me, et videte, quod non sim daemonium incorporale.' Et confestim ipsum tetigerunt et crediderunt, mixti eius carni et spiritui. Propter hoc etiam mortem contemserunt, et mortis sunt inventi victores. Post resurrectionem autem cum illis comedit et bibit, ut carnalis, quamvis spiritualiter unitus esset Patri.

*III. Ego enim etiam post resurrectionem in carne ipsum novi, et esse credo: etenim quando ad Petrum sociosque eius venit, ait ipsis: ‚Accipite, palpate me, et videte, quod non sum daemonium incorporeum.' Et statim eum contrectarunt et crediderunt, mixti eius carni et spiritui. Quapropter et mortem contempserunt; nam morti superiores inventi fuerunt. Post resurrectionem vero cum ipsis comedit et bibit tanquam carnalis, licet spiritualis unitus esset cum Patre.

IV. *Cavete vobis ab haereticis istis. Nisi Christus vere passus esset, nec ego paterer.*

De his autem admoneo vos, charissimi, quamvis vos idem sentire sciam. Sed praemunio vos contra feras, humana specie indutas, quos non solum oportet vos non recipere, sed, si possibile est, neque obviam eis fieri, solum vero pro eis orare, num aliquam poenitentiam agant, quod admodum difficile est. Huius autem potestatem habet Iesus Christus, qui vera est vita nostra. Si autem illud ad apparentiam tantum a Domino nostro peractum est, et ego ad apparentiam tantum vinctus sum. Cur vero et meipsum tradidi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Verum, qui prope gladium, prope Deum est, qui cum bestiis, cum Deo est; dummodo sit in nomine Iesu Christi. Ut simul cum illo patiar, omnia sustineo, ipso roborante me, qui perfectus homo factus est.

*IV. De his autem commoneo vos, carissimi, sciens et vos ita sentire: sed praemunio vos contra feras humanam formam prae se ferentes, quas vos non modo non suscipere, sed occursum quoque earum, si fieri potest, vitare decet; solumque pro iis orare, si quando poenitentia ducantur, quod difficile est. Illud vero in sua potestate solum habet Iesus Christus, vera nostra vita. Si enim sola opinione ista facta fuere a Domino nostro, et ego opinione solum vinctus sum. Cur vero meipsum morti obtuli, ad ignem, ad gladium, ad feras? Sed vicinus gladio, vicinus Deo; septus feris, septus Deo: tantum in nomine Iesu Christi, ut ipsi compatiar. Omnia sustineo, ipso me confortante, qui perfectus homo natus est.

V. *Periculum erroris Docetarum.*

Eum stulti quidam abnegant, potius autem ab eo abnegantur, patroni mortis magis, quam veritatis; quibus nec prophetiae persuasere,

*V. Quem nonnulli ignorantes negant, vel potius negati sunt ab ipso, cum sint patroni mortis potius, quam veritatis, quos nec Prophe-

σαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ᾽ ὁ νόμος Μωσέως,[2] ἀλλ᾽ οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ᾽ ἄνδρα παθήματα. Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν.[3] Τί[4] γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ[5] ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται, ὢν[6] νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέν μοι[7] ἐγγράψαι. Ἄλλα μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν[8] εἰς το πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

VI. *Qui non credit in sanguinem Christi, iudicabitur, etsi angelus esset. Haereticis istis etiam virtutes desunt.*

Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ[1] τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν[2] εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ,[3] κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. ,,Ὁ[4] χωρῶν χωρείτω.'' Τόπος μηδένα φυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶν[5] πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος[6] ἢ διψῶντος.

VII. *Haeretici isti abstinent ab Eucharistia, carnem Christi eam esse negantes. Recedamus ab iis.*

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται,[1] διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν, τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν[2] ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν.

---

2) Cfr. Luc. 24, 44.

3) I. e. qui incarnationem Christi impugnant, illi universos homines evertunt, eorum redemtionem per mortem Christi negantes. Seu: qui dicunt, Christum *κατὰ τὸ δοκεῖν* tantum esse passum, ii nos quoque *κατὰ τὸ δοκεῖν* (i. e. in vanum) pati contendant necesse est. *H.* Aliter Gallicciolli adnotans: Non già che costoro pensassero nei martiri patimenti fantastici e in apparenza, come pensavano di Cristo; ma il santo cava ciò come illazione. Simil maniera fu nel capo antecedente.

4) Eadem habes ap. Theodoret. Dial. I. p. 50.

5) Cfr. I Ioann. 4, 2. 3. Christus dicitur *σαρκοφόρος*, Ignatius *θεοφόρος*, is qui negat incarnationem Christi *νεκροφόρος*, i. e. *qui vivens portat funus suum*, i. e. qui ipse mortuus est. *H.* Particulam *μὴ* in textu Codicis C. omissam man. sec. orae adscripsit.

6) *ὢν* C, man. sec. *ὧν* in marg.

7) *ἔδοξέν μοι* C L, *ἔδοξέ μοι* editt.

8) I. e. donec resipiscant, et Christum reapse mortuum esse et e mortuis resurrexisse credant. De modo loquendi cfr. infra c. 9. *εἰς Θεὸν μετανοεῖν* et Ep. ad Philad. c. 8. *ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ.*

Cap. VI. 1) Cfr. Gal. 1, 8. Ephes. 1, 21.

2) *πιστεύσωσιν* recte substituit Voss., *πιστεύσωμεν* C L.

3) Apud Cureton. p. 42. Timothei Alexandrini fragmentum Syriacum post *Χριστοῦ* exhibet *ὅ ἐστι Θεοῦ*, in altero fragmento p. 48. est *ὅς ἐστι Θεός.*

4) Vid. Matth. 19, 12.

5) *ἐστὶν* ex C L, *ἐστὶ* editt. In marg. C man. sec. *οὔτε πίστις ἀγάπης προκέκριται, οὔτε ἀγάπη πίστεως.* Cfr. Ep. ad Magn. c. 1.

6) *πεινόντος* C, man. sec. *ῶ* (sic) in marg. Iacobsonus in utraque ed. periodum subsequentem traxit ad c. 6. a verbis *Οἱ οὖν* septimum exordiens.

Cap. VII. 1) Verba *Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται* desunt in Pseudo-Ignatio, cum tamen citentur a Theodoreto, Dial. III. hoc modo: *Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται.* (IV, 1.

nec Mosis lex, sed nec Evangelium in hunc usque diem, neque nostrae singulorum passiones. Nam et de nobis idem sentiunt. Quid enim mihi prodest, si quis me laudet, Dominum autem meum blasphemet, eum carnem assumsisse negans? Qui vero id non profitetur, is prorsus eum negavit, ipse funus portans. Nomina vero eorum, cum sint infidelia, non visum mihi est scribere. Et absit a me, ut eorum mentionem faciam, donec revertantur ad passionem Christi, quae est nostra resurrectio.

tiae persuasere, neque lex Mosaica, neque ipsum Evangelium hactenus, neque nostri, quos singuli perferimus, cruciatus: nam et de nobis idem sentiunt. Quid enim mihi prodest, si quis me laudet, Dominum autem meum blasphemet, non confitens ipsum carne indutum? Qui vero id non dicit, prorsus ipsum negavit, cadaver circumferens. Ceterum nomina eorum, cum sint infidelia, his literis inserere non libuit. Sed absit a me, ut eorum mentionem faciam, donec resipiscant ad passionem, quae est nostra resurrectio.

VI. *Qui non credit in sanguinem Christi, iudicabitur, etsi angelus esset. Haereticis istis etiam virtutes desunt.*

Nemo erret. Et si coelestes, et gloria angelorum, et principes visibiles et invisibiles non credant in sanguinem Christi, et ipsi iudicabuntur. ‚Qui capere potest, capiat.' Locus neminem efferat; totum enim est fides et charitas, quibus nihil praestantius. Considerate vero eos, qui de gratia Iesu Christi, quae ad nos venit, alienam opinionem tuentur, quomodo contrarii sint divinae voluntati. Non charitas eis curae est, non vidua, non pupilla, non oppressus, non vinctus vel solutus, non esuriens vel sitiens.

* VI. Nemo erret, et coelestia, et gloria Angelorum, et principes visibiles et invisibiles. Si non credimus in sanguinem Christi, etiam illis iudicium est. ‚Qui capit, capiat:' locus neminem inflet: totum namque et praecipuum est fides, et caritas, quibus nihil praestantius est. Considerate autem eos, qui aliena sentiunt de gratia Iesu Christi, quae in nos pervenit, quomodo adversentur sententiae Dei circa dilectionem: nulla ipsis cura est neque de vidua, neque de pupillo, neque de afflicto, neque de vincto; neque de liberato, neque de esuriente aut sitiente.

VII. *Haeretici isti abstinent ab Eucharistia, carnem Christi eam esse negantes. Recedamus ab iis.*

Ab Eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confiteantur, Eucharistiam carnem esse salvatoris nostri Iesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est, quamque Pater benignitate sua suscitavit. Qui ergo

* VII. Eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confitentur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Iesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est, quam sua benignitate Pater resuscitavit.

---

p. 231. ed. Schulze). Nostram tamen lectionem etiam agnoscit Armachani vetus versio. *Vossius.* Codd. C L membrum exhibent integrum, sicuti vet. Int. et Arm.

2) *τῶν* Iac. recepit ex L, approbante nunc C, in cuius marg. man. sec. *περὶ τῆς εὐχαριστίας.* Vid. supra c. 2. et Ep. ad Trall. c. 9.

Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν.[3] Συνέφερε[4] δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν,[5] ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν[6] δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται.[7] Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.[8]

VIII. *Nihil sine episcopo peragatur.*

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν.[1] Μηδεὶς χωρὶς[2] τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ.[3] Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ[4] Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ[5] ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς[6] ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

IX. *Honorate episcopum. Me in omnibus recreastis.*

Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν[1] ἀνανῆψαι, καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν[2] ἔχομεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει, Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων τῷ διαβόλῳ λατρεύει. — Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω· ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με[3] ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. Ἀμείβοι[4] ὑμῖν Θεὸς, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

---

3) Ita C L, *ἀποθνήσκουσι* Voss. et alii.

4) *Συνέφερε* cum C, *Συνέφερεν* L et vulg.

5) Graziani, qui vertit: ‚Sarebbe poi utile per loro l'acquetarso' nec de diligendis iis, qui aliter in hac re sentiunt, nec de Agapis explicat, sed de coena Domini celebranda.

6) *προσέχει* C, *ν* man. sec. additum.

7) Graziani: e in cui leggiamo essere stata consumata la risurrezione.

8) Ad oram Codicis C: *μερισμὸς ἀρχὴ κακῶν.* Haec ultima cap. sententia ap. Iacobsonum exordium est subsequentis.

Cap. VIII. 1) Vid. Ep. ad Trall. c. 13.

2) Vet. Int. *sine Episcopo*, quod est *ἄνευ*, non satis plene. *Separatim ab Episcopo, vel seorsim. Χωρὶς* nunc ut adverbium, nunc ut praepositio Graecis usurpatur. Ubi adverbium est, clare *separationem* indicat; sed et eadem significatio est, ubi loco praepositionis ponitur. Vide Gatak. Msc. pp. 2. 3. (Opp. Crit. 410. 411.) ubi ex loco Xenophontis haec optime explicantur. S. Io. 15, 5. *χωρὶς ἐμοῦ*, ad quem locum vide Bezam. *Pearson.*

3) *ἐπιστρέψῃ* C in textu, *ἐπιτρέψῃ* ad oram.

4) *ᾖ* in C man. sec. supraadditum.

5) Gallicciolli adnotat: Cioè, quel ceto, ove è Cristo, debbe di certo confessarsi essere una porzione della Chiesa di lui Cattolica.

6) *ἵνα ἀσφαλὲς* C Voss., *ἵν' ἀσφαλὲς* lac. c. L.

Cap. IX. 1) Cfr. Ep. ad Eph. c. 11.

2) Cfr. Gal. 6, 10.

3) *μὲν* C. Legendum fortasse *κατὰ πάντα μὲν ἀνεπαύσατέ με.*

4) Ita diphthongis transpositis explicanda est scriptio *ἀμοίβει* in utroque Cod. obvia, *Ἀμείβῃ* cum Vossio editt. ante Iacobsonum.

contradicunt huic dono Dei, altercantes moriuntur. Utile autem esset illis diligere, ut et resurgerent. Decet itaque abstinere a talibus, et nec in privato nec in communi colloquio de illis verba facere; attendere autem prophetis, praecipue autem Evangelio, in quo passio nobis ostensa, et resurrectio perfecte demonstrata est. Divisiones autem fugite, ut principium malorum.

Quicumque igitur muneri divino contradicunt, disquirendo moriuntur. Conduceret autem ipsis caritas, ut et resurgerent. Decet igitur abstinere ab eiusmodi, nec privatim nec publice de illis loqui; attendere autem Prophetis, et omnium maxime Evangelio, in quo nobis passio ob oculos posita, et resurrectio perfecte explicata est. Separationem autem fugite, ut fontem malorum.

VIII. *Nihil sine episcopo peragatur.*

Omnes episcopo obtemperate, ut Iesus Christus Patri; et presbyterio ut apostolis; diaconos autem revereamini ut Dei mandatum. Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant. Valida Eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur, vel sub eo, cui ipse concesserit. Ubi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit; quemadmodum ubi fuerit Christus Iesus, ibi catholica est ecclesia. Non licet sine episcopo neque baptizare, neque agapen celebrare; sed quodcunque ille probaverit, hoc et Deo est beneplacitum, ut firmum et validum sit omne quod peragitur.

* VIII. Omnes Episcopum sequimini, ut Iesus Christus Patrem, et Presbyterorum collegium, tanquam Apostolos; Diaconos autem revereamini, ut praeceptum divinum. Sine Episcopo nemo quicquam faciat eorum, quae spectant ad Ecclesiam. Ea Eucharistia rata habeatur, quae sub Episcopo fuerit vel cui ipse concesserit. Ubi comparuerit Episcopus, ibi et multitudo sit: quemadmodum ubi est Christus, ibi Ecclesia catholica. Non licet sine Episcopo neque baptizare, neque agapen celebrare; sed quicquid ille probaverit, hoc et Deo gratum erit, ut firmum ratumque sit, quicquid agitur.

IX. *Honorate episcopum. Me in omnibus recreastis.*

Rationi ceterum convenit, iterum sobrios fieri, et dum adhuc tempus habemus, ad Deum per poenitentiam redire. Bonum est, Deum et episcopum honorare. Qui honorat episcopum, a Deo honoratus est; qui clam episcopo aliquid agit, diabolo servit. — Omnia nunc abundanter vobis gratia largiatur; digni enim estis. Omni modo me recreastis, et vos Iesus Christus. Absentem me et praesentem dilexistis. Retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes ipsum adipiscemini.

* IX. Consentaneum est deinceps iam resipiscere, et dum adhuc tempus habemus, ad Deum per poenitentiam converti. Bonum est, Deum et Episcopum agnoscere. Qui honorat Episcopum, honoratur a Deo, qui clam Episcopum aliquid facit, diabolo obsequium praestat. Omnia igitur vobis cum gratia fiant; digni enim estis. Per omnia me recreastis: ita et vos recreet Iesus Christus. Absentem me et praesentem dilexistis; retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes ipso potiemini

X. *Comites meos benevole suscepistis; non deerit vobis merces.*

Φίλωνα καὶ Ῥέον[1] *Ἀγαθόπουν, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἳ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν,*[2] *ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται.*[3] *Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου καὶ τὰ δεσμά μου,*[4] *ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε,*[5] *οὐδὲ ἐπησχύνθητε. Οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.*[6]

XI. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν[1] *ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς, πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν, ὢν κατὰ θέλημα*[2] *δὲ [Θεοῦ] κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος,*[3] *ἀλλ' ἐκ χάριτος Θεοῦ, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν Θεοῦ ἐπιτύχω.*[4] *Ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν Θεοῦ χειροτονῆσαι*[5] *τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην*[6]*, εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον.*[7] *Ἐφάνη μοι οὖν*[8] *ἄξιον πρᾶγμα, πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων*[9] *μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην*

Cap. X. 1) *ῥέων* in utroque Ms. Observat Vossius: ‚Lego *Ῥέον*. Reo Agathopodi erat nomen bono huic viro, quem laudat Ignatius. Male autem inde duo nomina efformarunt interpretes. Neque contenti hoc errore, pro *Reo* substituerunt *Gaium* et *Gavium*. Sed et Agathopodis nomen quam varie corruptum fuerit, videsis apud Armachanum. Unum id esse nomen, adparet cum ex hoc loco, tum etiam magis ex epistola ad Philadelphenses (c. 11.): *ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας κτλ.* Hic est, puto, ille Agathopus, ad quem scribit Valentinus Haereticus apud Clementem *Στρων.* III. *Οὐαλεντῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ, κτλ.* In inscriptionibus nomen Agathopus saepius occurrit.' Unde miror, quod post '*Ρέον* in ed. Vossiana *καὶ* copula inserta est.

2) *ἡμῶν* C L.

3) Graziani: Nulla per voi sarà perduto.

4) Loquitur tamquam martyr, vitam suam eorum loco positurus; ideoque addit *καὶ τὰ δεσμά μου*. *Pearson.* Cfr. Ep. ad Eph. c. 21; ad Polyc. c. 2 et 6.

5) *ὑπεριφανήσατε* L C, in hoc quidem man. sec. *η* ad oram. Tum *ἐπαισχύνθητε* Voss. et C in textu, *η* ad oram.

6) Iesus Christus fidei auctor et consummator. Hebr. 12, 2.

Cap. XI. 1) An fama solum, an literis, an affectu? Effectu, procul dubio. *Iac.* Cfr. ad Philad. c. 10., ad Polyc. c. 7.

2) *ἔσχατος αὐτῶν, ὢν κατὰ θέλημα* dedi ex C, *ἔσχατος αὐτῶν ὤν, κατὰ θέλημα* Voss. et rlqq. editt. vel eadem vel pleniori interpunctione post *ὤν* distinguentes. Particula *δὲ* primitivo suo loco a librariis remota esse videtur, utpote quae minus vulgatae lectioni respondeat. Vix me tenere potui, quin post *ὤν* eam collocarem, aut cum tribus meis recensionis longioris Codd. prorsus excluderem. Dein nonnulli reponunt *Θεοῦ* post *δὲ* c. vulg. Interpolatoris textu. Sed in Codd. B O V l. c. deest *τοῦ Θεοῦ*, ita ut *θέλημα* absolute capiendum sit, Cfr. Ep. Polycarpi ad Philipp. c. 7. Sola favet versio vetus lat. Armenius leg. videtur *κατὰ οὖν θέλημά μου.*

3) *Non quod mihimet ipsi vel minimum sim conscius, quasi ipse meruissem. Smith.* *συνειδότως* C, *ος* supra man. sec. In Cod. Med. teste Tischendorfio *συνειδότως.*

4) In C voc. *ἐπιτύχω* varie mutatum marginique tandem appositum est.

5) Cfr. II Cor. 8, 19. Ep. ad Philad. c. 10.

X. *Comites meos benevole suscepistis; non deerit vobis merces.*

Philonem et Rheum Agathopodem, qui me secuti sunt Dei causa, ut ministros Christi Dei suscipientes, bene fecistis. Ii quoque Domino gratias agunt propter vos, quod omnibus modis illos refeceritis. Nil horum vobis erit amissum. Vicissim recreent vos spiritus meus et vincula mea, quae non contemsistis, quorumque vos non puduit. Nec vestrum pudebit perfectam fidem, Iesum Christum.

* X. Philonem, Rheum et Agathopum, comites meos ad verbum Dei, quod excepistis, bene fecistis, tanquam ministros Christi Dei: qui etiam gratias Domino pro vobis agunt, quod omnibus modis ipsos refocillastis. Nihil vobis de beneficio perit; nam ego vicissim pro anima vestra impendere paratus sum spiritum meum et vincula mea, quae non despexistis, nec ob ea erubuistis. Quare nec de vobis erubescet consummata fides nostra Iesus Christus.

XI. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Oratio vestra pervenit ad ecclesiam, quae est Antiochiae in Syria; unde vinculis Deo maxime placentibus ligatus [abductus], omnes saluto, illo episcopatu fungi non dignus, utpote illorum infimus, ex quibus [Dei] voluntas me dignata est, non iuxta conscientiam meam, sed ex gratia Dei, quam perfectam mihi dari opto, ut per orationem vestram Deum consequar. Ut nunc opus vestrum absolutum fiat coram Deo et hominibus, decet ad Dei honorem, ut ecclesia vestra eligat sacrum legatum, qui, cum ad Syriam usque venerit, congratuletur illis, quod pacem consecuti sint, et suam receperint magnitudinem, ac restitutum sit illis suum corpus. Digna igitur mihi res est visa, ut aliquem vestrum mittatis cum epistola, qui una cum illis glorificet tranquillitatem, quam iuxta Dei vo-

* XI. Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam Antiochenam, quae est in Syria, unde ego vinctus vinculis Deo dignissimis omnes saluto: de cuius numero haberi dignus non sum; utpote novissimus eorum, quorum ex voluntate dignus habitus fui; non ex mea conscientia, sed ex gratia Dei: quam perfectam mihi concedi opto, ut per vestram orationem Deum assequar. Ut igitur perfectum sit opus vestrum et in terra et in coelo, decet ad Dei honorem, ut Ecclesia vestra eligat legatum sacrum, qui in Syriam profectus gratuletur ipsis, quod pacem consecuti fuerint, et suam receperint magnitudinem, et restitutum sit illis suum corpusculum. Operae igitur pretium mihi visum fuit, ut aliquem vestrum mittatis cum epistola, ut una cum illis Deum glorificet ob tranquillitatem,

---

6) Ita C L, *θεοπρεπεστάτην* Vossius, subaudiens *τινὰ*, vel *τινὰ πρεσβεύσοντα*.

7) Quaero, an intelligendum sit corpusculum seu collegium presbyterorum, an ipsa christianorum grex persecutionis procella dissipata.

8) *οὖν* om. Vossius invitis Codd.

9) *ὑμετέρων* C L Interpol. vet. Int. Magis placet *ἡμετέρων*, ut invenio in prima edit. Hefelii.

εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν[10] τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες, τέλεια καὶ φρονεῖτε. Θέλουσιν[11] γὰρ ὑμῖν εὐπράσσειν Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

XII. *Salutationes.*

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου,[1] ὃν ἀπεστείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὃς[2] κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὤφελον[3] πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον Θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, τοὺς συνδούλους[4] μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, ἐν ὀνόματι,[5] ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ[6] ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

XIII. *Salutationes.*

Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους, τὰς λεγομένας χήρας.[1] Ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει πνεύματος.[2] Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων,[3] σὺν ἐμοὶ ὤν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην,[4] τὸ ποθητόν μου ὄνομα, καὶ Ἄφνον τὸν ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον τὸν πάντας κατ' ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν χάριτι Θεοῦ.[5]

---

10) Forte legendum *ἐτύγχανον* cum versione Armeniaca. *H.* ed. IV.

11) Hunc locum Semipelagianismi suspectum habet Baumgarten-Crusius, Lehrb. d. Dogm. G. II, 1107.

Cap. XII. 1) *βύρρου* C L. Cfr. ad Eph. c. 2.; ad Philad. c. 11.

2) *ὃς* C L, quod expressit etiam Int. vet. et Arm., *ὅτι* Voss.

3) *ὤφελον* dedi ex C, in quo est *ὄφελον*, *ὦ* supra man. sec. Editores Vossium secuti dederunt lectionem Cod. L *ὄφελον*.

4) *καὶ* ante *τοὺς συνδούλους* inserunt Smith. Cot. Russel. cum vet. Interprete contra utriusque Codicis auctoritatem. Etiam Arm. *et diaconis sociis.*

5) Iam praecessit *ἐν ὀνόματι* [*Ἰησοῦ Χριστοῦ*]. Itaque non opus est repetere illa verba, quae hic locum non habent. Delenda proinde et irreptitia, vel ex similitudine sequentium vel repetitione priorum. *Vossius.* Apud Interpolatorem Codd. summo consensu: *πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἑνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν. Iac.*

6) In C *καὶ* man. sec. textu superadditum.

Cap. XIII. 1) Ita etiam vet. Int. et Arm. Rectum habere videtur Interpolator *καὶ ἀειπαρθένους, καὶ τὰς χήρας.*

2) *H.* ed. IV. *πατρός* cum vet. Interpr. et versione Armeniaca.

3) Vid. supra c. 10.

4) *ἄλκην* C. Eodem modo id nomen scribitur in L teste Tischendorfio. Dein *τὸ ποθητόν μου ὄνομα* C L, *τὸ ποθητόν μοι ὄνομα* Voss. Cot. Vocc. *καὶ Ἄφνον τὸν ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον καὶ πάντας κατ' ὄνομα* Vossius Codici Laurentiano librarii culpa excidisse falso asserit. Adsunt enim in L et C, agnoscunturque ab Interpolatore et Int. vet. Smithius ex Rom. 16, 14. scribendum putat *Ἀσύγκριτον.*

5) His verbis subiicitur in Cod. Mediceo *ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ.* Verum autem non est quod in notis ad hunc locum asserit Vossius, omnibus Epistolis addi ad quos sint perscriptae. Ad finem Epp. ad Polycarpum et ad Magnesianos quidem talis epigraphe legitur; caeteris autem deest. *Iac.* In C

luntatem sunt consecuti, et quod ecclesia illa per orationem vestram portu iam sit potita. Cum perfecti sitis, etiam perfecta excogitetis. Cupientibus enim vobis bene agere Deus ad largiendum paratus est.

quam in Deo consecuti sunt, et quod vestrae orationis beneficio portum iam obtinuerint. Cum perfecti sitis, perfecta quoque sentite. Vobis enim benefacere cupientibus Deus ad bonum largiendum paratus est.

XII. *Salutationes.*

Salutat vos charitas fratrum, qui Troade sunt, unde et scribo vobis per Burrhum, quem mecum misistis una cum Ephesiis, fratribus vestris, qui omni modo me recreavit. Atque utinam omnes illum imitentur, cum sit exemplar divini ministerii. Remuneretur ipsum gratia per omnia. Saluto episcopum Deo dignum, et Deo dilectissimum presbyterium, conservos meos diaconos, singillatimque ac in universum omnes, in nomine Iesu Christi, et in carne eius et sanguine, passione et resurrectione corporali simul et spirituali, in nomine, in unione Dei vobiscum. Gratia vobis, misericordia, pax, patientia sit semper.

* XII. Salutat vos caritas fratrum, quae est Troade: unde et scribo vobis per Byrrhum, quem misistis mecum una cum Ephesiis fratribus vestris, quia per omnia me refocillavit. Et utinam omnes ipsum imitarentur, cum sit exemplar divini ministerii. Retribuatur illi gratia per omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, et divinis exornatum dotibus Presbyterium, et conservos meos Diaconos, et unumquemque singillatim, et in universum omnes, in nomine Iesu Christi, et in carne eius et sanguine: item in passione eius et resurrectione carnali et spirituali: in nomine et in unitate Dei et vestra. Gratia vobis, misericordia, pax et patientia sit semper.

XIII. *Salutationes.*

Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus et liberis, et virgines, vocatas viduas. Fortes sitis in virtute Spiritus. Salutat vos Philo, qui mecum est. Saluto Taviam et domum eius, quam opto firmari fide et charitate corporali et spirituali. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen, et Daphnum incomparabilem, et Eutecnum, omnesque nominatim. Valete in gratia Dei.

* XIII. Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus et liberis et virgines, quae appellantur viduae. Incolumes mihi estote in virtute spiritus. Salutat vos Philo, qui mecum est. Saluto familiam Taviae, quam opto solidari fide et caritate corporali et spirituali. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen, et incomparabilem illum Daphnum, optimorum filiorum parentem, et omnes nominatim. Valete in gratia Dei.

Data ad Smyrnenses ex Troade.

σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος πρὸς Πολύκαρπον Ἰγνάτιος: —
$\overline{\beta}$ $\overline{\beta}$ (sic). Ex L Petrus del Furia mihi notavit $\overline{B}$ *σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος πρὸς Πολύκαρπον Ἰγνάτιος.*

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.[1]

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων,[2] *μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ*[3] *ὑπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.*

I. *Laus et adhortatio.*

Ἀποδεχόμενός σου τὴν ἐν Θεῷ γνώμην,[4] *ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω,*[5] *καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου*[6] *σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην*[7] *ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι,*[8] *ᾗ ἐνδέδυσαι,*[9] *προσθεῖναι*[10] *τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. Ἐκδίκει*[11] *σου τὸν τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. Πάντας βάσταζε, ὡς καὶ σὲ ὁ κύριος. Πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις.*[12] *Αἴτησιν*[13] *σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα*[14] *κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν*[15] *Θεοῦ λάλει. Πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής. Ὅπου πλείων*[16] *κόπος, πολὺ κέρδος.*

---

1) Ea inscriptio ex C L et apogr. Holstenii. — Ignatio e Troade repente proficiscendum erat Neapolim in Macedonia sitam (c. 8.). Priusquam eo pergeret, Polycarpo Smyrnaeorum episcopo scripsit Epistolam, quae ab exordio ad finem usque pastoralis exhortatio est. Fusius quippe disserit de iis, quae episcopum eiusque gregem deceant exornentque.

Sunt, qui hanc Epistolam in dubium vocent eo maxime moti, quod Ignatius post Smyrnaeos ad eorum quoque episcopum, idque seorsim scripserit. Obstant autem Eusebius, qui in Hist. eccl. III, 36. ex ipsius Polycarpi Epistola ad Philippenses testimonium affert: *Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος κτλ.* Obstant Hieronymus, Chrysostomus, Antiochus, Io. Damascenus et alii scriptores veterum, quippe qui episcopum Antiochenum Epistolam ad Polycarpum dedisse clare reliquerint. Nostra aetate dubia illa maxime confutarunt Hutherus (in Illgenii Zeitschr. für histor. Theol. T. XI. p. 62 sqq.) et Düsterdieckius, *de Ignatianarum Epistolarum authentia* etc. p. 42 sqq. Versio Syriaca Epistolae in duobus Codicibus extat, quorum alter saec. sexto, octavo alter exaratus esse dicitur. Ex vetustiori eam Curetonus edidit, variis lectionibus e recentiori allatis textum illustrans. Utriusque Ms. Syriaci versio usque ad finem capitis sexti extenditur, graeco textui quasi ad amussim respondens. Nil nisi duae sententiae ex reliqua parte desumptae illic adiunguntur.

2) *Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμύρνης* Syrus, *Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμύρνης πόλεως* Armenius.

3) Pulchra epanorthosis et plane Apostolica. Gal. 4, 9. *Pearson.* Vairlenius, ut redderet quantum licebat paronomasiam haucce, dedit in versione sua, *inspectori, immo qui inspectus est a Deo.* Verborum lusus hab. Ignat. ad Trall. capp. 5. 10., ad Rom. 8., ad Smyrn. capp. 2. 5. 10., ad Polyc. c. 3., a quibus minime abhorruerunt Scriptores Sacri, e. g. Paulus ad Philem. 11, 20. *Iac.* Cum utroque Ms. restitui *ἐπισκοπημένῳ*, quod iam expressit Vossius. Eam lectionem Iacobsonus mutavit in *ἐπεσκοπημένῳ* auctore, ut scribit, Cotelerio. Sed neque princeps Cotelerii editio, neque secunda aut tertia Clerici aliud exh., quam *μᾶλλον [δὲ] ἐπισκοπημένῳ.*

4) Vertit Gallicciolli: Approvando i tuoi divini sentimenti. Id sibi vult illud ad Rom. c. 7. *τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην.*

5) *ὑπερδοξάζω [Θεὸν]* Syr. et Arm. Iam Holstenius: *summis Deum laudibus eveho.*

6) Cum captivus Smyrnae essem.

7) Loquendi modus Ignatio perfamiliaris. Cfr. Ep. ad Eph. c. 2., ad Magn. c. 2. et 12., ad Rom. c. 5.

8) Smithius contra utriusque Cod. et Interpolatoris auctoritatem addit *Θεοῦ* ex Int. vet. Nec Syr. neque Arm. eam vocem tuentur.

AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui et Theophorus, Polycarpo, episcopo ecclesiae Smyrnaeorum, qui ipse potius episcopum habet Deum patrem et Dominum Iesum Christum, plurimam salutem.

*EPISTOLA IGNATII AD POLYCARPUM.

*Ignatius, qui et Theophorus, Polycarpo Ecclesiae Smyrnensis Episcopo, vel potius sub Episcopo Deo Patre et Domino Iesu Christo, salutem plurimam.

I. *Laus et adhortatio.*

Piam mentem tuam, velut supra petram immobilem fundatam, comprobans, summis eveho laudibus, quod dignus sim habitus sancta tua facie, qua utinam semper frui possim in Deo. Obsecro te per gratiam, qua indutus es, ut augeas cursum tuum, omnesque adhorteris, ut salventur. Defende locum tuum in omni cura carnali et spirituali. Unitatis curam habe, qua nihil melius. Omnes perfer, ut et te perfert Dominus. Omnes tolera in charitate, sicut et facis. Precibus vaca perpetuis. Postula sapientiam maiorem quam habes. Vigila, insomnem spiritum possidens. Singulis loquere, ut potes Deo adiuvante. Cunctorum aegrotationes porta, sicut perfectus athleta. Ubi plus laboris, ibi magnum lucrum.

*I. Probans animum tuum in Deo firmatum, velut super petram immobilem, summis Deum laudibus eveho, quod tuam inculpatam faciem videre meruerim, qua utinam in Deo fruar. Obsecro te per gratiam, qua indutus es, ut cursum tuum promoveas, omnesque horteris, ut salventur. Vindica et tuere locum tuum cum omni diligentia tam corporali, quam spirituali. Unitatis curam habe, qua nihil melius. Omnes porta, quemadmodum te Dominus; omnes tolera in caritate, sicut et facis. Precibus vaca sine intermissione. Postula intellectum ampliorem, quam habes. Vigila, spiritum insomnem habens. Singulis secundum adiutorium Dei loquere. Omnium infirmitates perfer, ut athleta perfectus. Ubi plus laboris, ibi plus emolumenti.

---

9) Imitatur S. Paulum, qui voce *ἐνδύω* et *ἐνδύομαι* hoc sensu saepe utitur, e. g. Eph. 6, 14. Col. 3, 12. *Pears.*

10) Conf. *πληροῦν τὸν δρόμον* Act. 13, 25. *τελειοῦν τὸν δρόμον*, Act. 20, 24. II Tim. 4, 7. *Pearson.* In C *προσθῆναι.*

11) I. e. *vindica, tuere.* Graziani: Custodici (Gallicciolli: Sostieni) il tuo posto. Petermannus quaerit, Syr. et Arm. an legerint *τὸ πρέπον* p. *τὸν τόπον.*

12) *ἀδιαλείπτοις* om. Syr. et Arm.

13) Nil habet hic locus rusticitatis seu arrogantiae, ut Dallaeus contendebat. Fraterno tantum amore ductus beatus Ignatius Polycarpum suum ad ecclesiam studiose fovendam ac preces assidue fundendas hortatus est. *Duesterdieck.*

14) Apud Damascenum, qui hunc locum citat, legitur *ἀκοίμητον ὄμμα*, quod idem est; intelligit enim *ὄμμα τῆς ψυχῆς. Pears.* Interpolator, Int. vet., Syr. et Arm. tuentur *πνεῦμα.* In Ep. Clementis Rom. ad Iacobum. c. 12. *Οἱ μὲν οὖν τῆς ἐκκλησίας διάκονοι τοῦ ἐπισκόπου συνετῶς ᾠεμβόμενοι ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί.*

15) *ὁμοήθειαν* Interpol., vet. Int. Lectio corrupta ex *βοήθειαν*, quod exhibent C L. Apud Syr. et Arm. *κατὰ θέλημα* seu *βουλὴν Θεοῦ.*

16) *πλεῖον* C L. Syrus ap. Cureton. cum Antiochio *ὅπου* [*γὰρ*] *πλείων κόπος, πολὺ* [*καὶ*] *κέρδος.*

II. *Continuatio adhortationum.*

Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς,[1] *χάρις σοι*[2] *οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους*[3] *ἐν πραότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. Τοὺς παροξυσμοὺς*[4] *ἐμβροχαῖς*[5] *παῦε. Φρόνιμος*[6] *γίνου ὡς ὄφις ἐν ἅπασιν, καὶ ἀκέραιος ὡς ἡ*[7] *περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός, ἵνα τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα*[8] *αἴτει, ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους,*[9] *καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. Κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον*[10] *ἐγὼ καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.*

III. *Continuatio.*

Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι[1] *καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες,*[2] *μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων*[3] *τυπτόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν. Μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον*[4] *σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. Τοὺς καιρους καταμάνθανε. Τὸν ὑπὲρ καιρὸν*[5] *προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατόν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητόν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.*

IV. *Continuatio.*

Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν. Μετα[1] *τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ* [*γνώμης*][2] *τι πρᾶσσε· ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθής.*[3] *Πυκνότερον*[4]

Cap. II. 1) *φιλῇς* [*μόνον*] Syr. ap. Cureton.

2) *χάρισσοι* fuit in C.

3) Cfr. Act. 24, 5.

4) Syrum, quem Armenius repetit, aut *παρόξυσμα*, aut prorsus aliud vocabulum legisse, aut locum parum intellexisse Curetonus censet.

5) *ἐν βροχαῖς* C L.

6) Cfr. Matth. 10, 16.

7) Dedi *ὡς ἡ* cum C L, *ὡσεὶ* impresserunt Vossius et cum eo rlqq. editores. Prolixiores sunt huius sententiae verss. Syr. et Arm.

8) I. e. arcana vitia quorumdam. *Iun.* Arcana mysteria Dei, aut: quae in futuro evenient. *Smith.*

9) *ναῦν* leg. Syrus.

10) *Pro anima tua* (tui vice) Syr., *persona mea sit* (erit) *vice personae tuae* Arm. Cfr. ad Eph. c. 21., ad Smyrn. c. 10.

Cap. III. 1) *εἶναί τι* p. *ἀξιόπιστοι εἶναι* Syr. et Arm. Cfr. Gal. 6, 3. Ign. Ep. ad Tars. c. 9.

2) Cfr. I Tim. 1, 3. et 6, 3.

3) *ἀθλητὴς* Syr., *vir fortis* Arm.

4) Vocc. *Πλέον σπουδαῖος κτλ.* usque ad capitis finem Syriace etiam extant ap. Severum, patriarcham Antiochenum. Gfr. Cureton. l. l.

5) Ita C et apogr. Holstenii seiunctim, *ὑπερκαιρὸν* Petrus del Furia contra Iacobsonum mihi transcripsit ex L, idque est in ed. principe. Scribe saltem *ὑπέρκαιρον*, alio quidem sensu = *nimis maturus.*

Cap. IV. 1) *διὰ* Syr; vocc. *Μετὰ τὸν κύριον* om. Arm.

2) [*γνώμης*], quod deest in C L, ex Interpol. inserunt Vossius: adest quoque ap. Syr., Arm. et in homilia de unico utriusque Testamenti legislatore, S. Chrysostomo adscripta.

3) *ὅπερ οὐδὲ πράσσεις. Εὐστάθει* Syrus c. Interpol. et fere Arm.

4) *Πυκνότερον* Pearsonus de confertis et plenis, non de crebris conventibus intelligit. Cfr. ad Eph. c. 13.

II. *Continuatio adhortationum.*

Bonos discipulos si amaveris, nullam inde mereris gratiam; potius pestilentiores in mansuetudine subiice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Impetus febriles superfusionibus seda. Prudens esto, sicut serpens, in omnibus, et simplex ut columba. Idcirco corporalis es et spiritualis, ut quae coram te apparent, placide tractes; invisibilia autem petas ut manifestentur tibi, ne tibi quidquam desit et omni dono abundes. Tempus expetit te, ut gubernator ventos, et ut tempestate iactatus portum, ut cum tuis Deum assequaris. Sis sobrius ut Dei athleta; praemium propositum est immortalitas et vita aeterna, de qua et tibi persuasum est. In omnibus vicissim recreeris me et vinculis meis, quae dilexisti.

* II. Bonos discipulos si amas, nulla tibi debetur gratia. Potius deteriores mansuetudine ad obsequium coge. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Exacerbatiores accessiones perfusionibus seda. Prudens esto in omnibus ut serpens, et simplex ut columba. Ideo carnalis es et spiritualis, ut ea, quae tibi ad oculum apparent, blande molliterque tractes. Quae autem non videntur, postula, ut ea tibi manifestentur, ne quicquam tibi desit, et omni gratia abundes. Hoc tempus te flagitat, sicut gubernatores ventos, et tempestate vexatus portum, ut Deum assequaris. Sobrius esto, ut athleta Dei. Praemium propositum incorruptio est, et vita aeterna, de qua et tu omnino es persuasus. Libenter ego pro te impendam et animum, et vincula haec, quae amasti.

III. *Continuatio.*

Qui videntur fide digni esse, et aliena docent, te non perterrefaciant. Sta firmus ut incus, quae percutitur. Magni athletae est, caedi et vincere. Maxime vero propter Deum omnia sustinere nos oportet, ut et ipse nos sustineat. Studiosior fias, quam es. Tempora perpende. Eum, qui ultra tempus est, exspecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem, impalpabilem, impatibilem, propter nos patibilem, qui omni modo propter nos sustinuit.

* III. Ii, qui fidem mereri videntur, et aliena docent, non te perterrefaciant. Sta firmus, velut incus, quae percutitur. Magni athletae est caedi, et vincere. Maxime autem propter Deum omnia nobis sustinenda sunt, ut et ipse nos sustineat. Magis te sedulum et diligentem exhibe, quam es: temporis occasiones disce: eum, qui supra tempus est, expecta, carentem tempore, invisibilem et propter nos visibilem, impalpabilem, impassibilem, et propter nos passibilem, et nullum non patientiae modum propter nos exercentem.

IV. *Continuatio.*

Viduae ne negligantur. Post Dominum tu earum curator sis. Nihil sine tua voluntate fiat, neque tu quidquam sine Dei voluntate agas; quod nec facis, cum sis constans. Crebrius conventus fiant. Nominatim

* IV. Viduae non negligantur. Post Dominum tu earum curator esto. Nihil sine tuo arbitrio agatur, neque tu sine Deo quicquam facito, sicut nec facis constans et bene compositus. Crebriores celebren-

συναγωγαὶ γινέσθωσαν. Ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει.[5] *Δούλους*[6] *καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*[7] *ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν ἐπιθυμίας.*[8]

V. *Quid coniuges, coelibes, sponsos moneat episcopus.*

Τὰς κακοτεχνίας[1] *φεῦγε· μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ.*[2] *Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾶν τὸν κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾶν τὰς συμβίους*[3] *ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν. Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου*[4] *τῆς σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο· καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. Πρέπει*[5] *δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Θεὸν, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα*[6] *εἰς τιμὴν Θεοῦ γινέσθω.*

VI. *Officia gregis christiani.*

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε,[1] *ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον*[2] *ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ. Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις,*

---

5) I. e. universos nominatim ad congressus sacros convoca. *Iac.* Vertit Graziani: Ricerca di tutti nominatamente. Aliter Gallicciolli: chiama tutti a nome, absurde adnotans: Qui le ragunanze sono quelle che altrimente si dicono *sinassi.* Vedesi sino dal primo secolo l'uso di chiamare a nome i concorrenti, per sapere chi convenisse, o no.

6) Cfr. Neander, Kirchengesch. I. p. 300. *H.*

7) Aut de communi Christianorum aerario, aut de ipsorum communitate atque unitate intelligendum.

8) Editi ante Iacobsonum *τῆς ἐπιθυμίας* auct. Vossio. Articulus in utroque Cod. deest.

Cap. V. 1) Non cum Hefelio *malas doctrinas et haereses*, sed *huius saeculi artificia* intellexerim. Graziani: Fuggi le male arti = gl'inganni, le furberie. Gallicciolli: Fuggi gli astuti artifizi.

2) *ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ* c. Interpolatore Vossius, Cotelerius, Smithius et alii invito utroque Cod., vet. Int., Syr. et Arm. Deest *μὴ* etiam in Mss. B F O V recens. prolixiorem exhibentibus.

3) Vocc. *τὰς συμβίους*, quae ex vulg. et Int. vet. Vossius supplenda monet, reapse extabant in L, suntque in C. Cfr. Eph. 5, 25.

4) I. e. eius, qui corpora nostra resuscitat, et cuius membra corpora nostra sunt. Cfr. I Cor. 6, 14. 15. *Iac.* Holstenius Interpretem vet. sequens *ad honorem Domini carnis*, sicuti vertit Gallicciolli: a onor del Signore della carne. Aliter Graziani: ad onor della carne del Signore. Syrus quoque et Arm. *εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου.*

5) Videatur Neander, l. c. p. 321. *H.*

6) Cfr. I Cor. 10, 31.

Cap. VI. 1) Hic est locus (usque ad *ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν παθητήν.* c. 7.), quo maxime evertere conati sunt quidam (Scultetus, Vedelius, Usserius) huius Epistolae auctoritatem. Quid enim, inquiunt, itane sui oblitus fuit Ignatius, ut nesciret, se ad Episcopum scribere? Non certe: ipsi videntur obliti esse praecedentium verborum, qui haec carpunt. Supra enim dixit Ignatius, *προσλάλει, παράγγελλε*, etc. Non itaque Polycarpo scribit, ut Episcopo obediat; sed rogat eum, ut hortetur Smyrnaeos haec facere. Quorsum enim alias omnia ista, quae sequuntur, *συγκοπιᾶτε, συντρέχετε, ἀρέσκετε*, etc., quae non uni dicuntur? Apparet ergo, esse fictionem personae Polycarpi, Smyrnaeos hortantis. *Vossius.* Quia ad Smyrnae Episcopum destinata Epistola ex more antiquo le-

omnes quaere. Servos et ancillas ne contemnas; sed nec ipsi superbiant, verum ad gloriam Dei plus serviant, ut potiorem libertatem a Deo consequantur. Non desiderent communibus sumptibus e servitute redimi, ne servi inveniantur cupiditatis.

tur conventus. Nominatim omnes inquire. Servos et ancillas ne despicias; sed nec ipsi inflentur, sed ad gloriam Dei officiosius serviant, ut meliorem libertatem a Deo consequantur. Neque communi impensa manumitti velint, ne servi inveniantur concupiscentiae.

V. *Quid coniuges, coelibes, sponsos moneat episcopus.*

Malas artes fuge; magis autem de illis coram populo loquere. Sororibus meis dicito, ut Dominum ament, et maritis contentae sint carne ac spiritu. Similiter et fratribus meis manda in nomine Iesu Christi, ut diligant coniuges suas sicut Dominus ecclesiam. Si quis potest in castitate manere, ad honorem eius, qui Dominus est carnis, in humilitate maneat. Si glorietur, periit; et si se maiorem episcopo censeat, interiit. Decet vero, ut sponsi et sponsae de sententia episcopi coniugium faciant, ut nuptiae secundum Dominum sint, non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.

* V. Malas artes fuge; imo de his nec verba facito. Sororibus meis dicito, ut Dominum ament, et coniugibus suis contentae sint et carne et spiritu. Similiter et fratribus meis praecipe in nomine Iesu Christi, ut coniuges suas ament, sicut Dominus Ecclesiam. Si quis in castitate permanere potest ad honorem Domini carnis, sine iactantia permaneat: Si gloriatus fuerit, periit, et si cuiquam notus sit praeter Episcopum, periit ei castitas. Sponsos autem sponsasque cum assensu Episcopi coniugari decet, ut nuptiae sint secundum Deum, non secundum concupiscentiam. Omnia ad honorem Dei fiant.

VI. *Officia gregis christiani.*

Episcopo attendite, ut et Deus vobis attendat. Utinam ego vicissim recreare possim eos, qui subditi sunt episcopo, presbyteris, diaconis; et utinam mihi contingat, cum illis partem habere in Deo. Collaborate

* VI. Episcopo attendite, ut et Deus vobis. Eos ut propriam animam diligo, qui parent Episcopo, Presbyteris et Diaconis, et cum ipsis contingat mihi partem habere in Deo. Collaborate invicem, una

---

genda etiam erat Smyrnensibus, ideo sanctissimus Martyr intermiscet praecepta ad populum: exemplo Apostoli, qui in I ad Tim. multa praecipit omnibus Reipublicae Christianae ordinibus; aitque sicut hic (IV. 12.): *Nemo adolescentiam tuam contemnat;* et Tit. 2, 15. *Nemo te contemnat. Cotel.* Sic B. Paulus ad Philipp. 4, 3. Episcopo sive Ecclesiae Philippensis fratri alicui eximio seorsim scribit. Smithius conferri iubet personarum imitationes, quas legimus Apoc. 2, 10. Kistius censet hanc Epistolam potius inscribendam esse ad *Polycarpum* et *Presbyterium. Iac.* Vid. Ep. ad Smyrn. c. 13. Not. 4.

2) Cfr. supra c. 2., ad Smyrn. c. 10., ad Ephes. c. 21.

συναθλεῖτε,[3] *συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε, ὡς Θεοῦ οἰκονόμοι καὶ πάρεδροι καὶ ὑπηρέται. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια*[4] *κομίζεσθε. Μή τις ὑμῶν δεσέρτωρ*[5] *εὑρεθῇ. Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω*[6] *ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. Τὰ δεπόσιτα*[7] *ὑμῶν τὰ ἔργα ὑμῶν, ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίσησθε.*[8] *Μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ Θεὸς* [*μεθ'*][9] *ὑμῶν. Ὀναίμην*[10] *ὑμῶν διὰ παντός.*

VII. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Ἐπειδὴ[1] *ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεοῦ, ἐάν περ διὰ τοῦ παθεῖν Θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναί με ἐν τῇ ἀναστάσει*[2] *ὑμῶν μαθητήν.*[3] *Πρέπει,*[4] *Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς*[5] *δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι· τοῦτον καταξιῶσαι,*[6] *ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν Χριστοῦ. Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει. Τοῦτο τὸ ἔργον Θεοῦ ἐστὶν καὶ ὑμῶν, ὅταν αὐτῷ ἀπαρτίσητε.*[7] *Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι*[8] *ἕτοιμοί*

---

3) *συναθλῆτε* scr. C L Voss.

4) Et ex hoc et ex sequentibus locis voluerunt ostendere viri docti, epistolam hanc non esse Ignatii, vel saltem hanc partem; quod in ea tot Latina vocabula occurrerent. Nam, inquiunt, itane rudis fuit Ignatius linguae Graecae, ut nesciret, quid *depositum*, quid *accipere*, quid *desertorem* sermo Graecus vocet? Fefellit, ut puto, viros doctissimos iudicium suum. Omnia enim haec verba desumta sunt ex militia et iure Romano; neque Graecis minus nota, quam Romanis; imo etiam vernaculis notiora. Quis est, qui nesciat, omnia militaria vocabula etiam apud Graecos obtinuisse? Hoc qui ignorat, nunquam Tacticos legit; e quibus discere est, non tantum officia, partes exercitus, militum exercitia, similiaque, sed etiam leges militares Latine fuisse scriptas et recitatas. Eadem quoque est ratio in iure Graeco-Romano, cuius innumera vocabula, una cum imperio, in Graeciam fuere translata. Hoc nos nescire non patiuntur veterum Iurisconsultorum libri. Non itaque mirandum, si notiora forent vulgo vocabula ista, *ὀψώνιον* pro stipendio militari, *δεσέρτωρ*, *δεπόσιτα*, *ἄκκεπτα*, quam illa, quae antiquioribus Graecis in usu fuerant. In actis Smyrnaeae Ecclesiae de Polycarpo habes *κομμέντωρ*, et sexcenta alibi id genus, etiam in libris novi foederis. Miror autem, quid veteri interpreti in mentem venerit, ut pro *desertore* substitueret *ociosum*. Quis enim nescit in militia desertores vocari *λειποτακτοῦντας*? Posterior aetas non eos tantum, sed et rebelles et proditores ita adpellat. *Voss.*

5) Perquam eleganter *δεσέρτωρ* et *μενέτω* opponuntur; nec inscite subiungitur *δεπόσιτα*, cui voci respondet nomen *ἄκκεπτα*. *Cotel.* Miratur Vossius quid Int. Vet. in mentem venerit ut pro *desertore* substituerit otiosum. Cod. Mstus adhuc exhibet vocem *ἀργός* margini hoc modo adscriptam; atque hoc glossema inusitatioris *δεσέρτωρ* transtulit Int. vet. *Iac.* In textu Codicis C *δεσέρτωρ*, cui vox *ἀργός* man. alia margini adscripta cum signo ⁄ respondet.

6) Ita vocabulo utitur Ignatius, quia desertores arma abiiciebant. *Pears.*

7) *διπόσητα* C L.

8) Hoc C L Interpol., *κομίζησθε* auct. Vossio editt. ante Iac.

9) Praepositio, quae excidit utrique Ms., leg. ap. Interpol., Syr. et in fragmentis Damascenicis Rupefucaldinis.

10) Cfr. supra c. 1. Ep. ad Eph. c. 2.

Cap. VII. 1) *Ἐπειδὴ* Iac. c. L, confirmante nunc C; *Ἐπεὶ δὲ* Vossius, et qui cum eo faciunt. Syrus ex hoc cap. non nisi dictum *Χριστιανὸς ἐξουσίαν ἑαυτοῦ οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει* vertendo sibi elegit. Vid. supra Ep. ad Smyrn. c. 11. ad Philad. c. 10.

vobis mutuo; una certate, una currite, compatimini, una dormite, una exsurgite, ut Dei administratores, familiares et ministri. Placete illi, cui militatis, a quo et stipendia fertis. Nemo vestrum desertor inveniatur. Baptismus vester maneat velut arma, fides ut galea, charitas ut hasta, patientia ut tota armatura. Deposita vestra sint opera vestra, ut accepta vestra digne reportetis. Longanimes igitur estote alter ad alterum in mansuetudine, ut et Deus erga vos. Utinam fruar vobis perpetuo.

certate, simul currite, compatimini invicem, simul quiescite, simul exurgite, ut Dei dispensatores, assessores et ministri. Placete illi, cui militatis, a quo et stipendia recipitis: nemo vestrum desertor inveniatur. Baptismus maneat velut arma, fides ut galea, caritas ut hasta, patientia ut armatura totum corpus protegens. Deposita vestra sunt opera vestra, ut accepta vestra digna reportetis. Longanimes ergo estote invicem cum mansuetudine, sicut et Deus cum vobis. Semper vobis frui cuperem.

VII. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Quia vero ecclesia, quae est Antiochiae in Syria, ut mihi relatum est, pace fruitur per preces vestras; et ego nunc tranquilliore animo sum in securitate Dei; si modo per passionem Deum assequar, ut in resurrectione discipulus vester inveniar. Decet, Polycarpe, in Deo beatissime, concilium cogere Deo decentissimum, et eligere aliquem, quem valde charum habeatis et impigrum, qui poterit divinus cursor appellari; illumque eo dignari honore, ut in Syriam profectus impigram charitatem vestram ad Dei gloriam celebret. Christianus sui potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc est opus Dei et vestrum, quando id in illius honorem perfeceritis. Confido enim gratiae, vos paratos esse ad opus hoc

* VII. Postquam Ecclesia Antiochena Syriae pacata est, sicut significatum est mihi, per orationem vestram, et ego tranquilliori sum animo in securitate Dei; si forte per passionem Deum assequar, ut in resurrectione discipulus vester inveniar. Oportet te, beatissime Polycarpe, concilium sacrosanctum agere, et eligere aliquem vobis carissimum et impigrum, ut cursor divinus appellari possit, et decernere, ut ille in Syriam profectus praedicet impigram caritatem vestram ad gloriam Christi. Christianus sui potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc est opus Dei et vestrum; quando id ipsum perfeceritis. Credo enim gratiae, quod parati estis ad praestanda bona opera Deo congruen-

2) Ita C L, et ex Mss. nostris recens. longioris B, *αἰτήσει* Interpolator c. vet. Int., unde Cot. coniecit *ἀναιτήσει*. Armenius: *precibus vestris et discipulus vester invenior.*

3) *παθητὴν* cum aliis Iacobsonus ex Ms. Unde Pearsonus: Quaere, an ut a *μαθεῖν μαθητὴς*, ita a *παθεῖν παθητής*. Sed Codex C distincte scribit *μαθητὴν*, et ita est in Holstenii apographo Codicis Med., nec non ap. Vossium. Ita etiam vet. Int. et Arm. Medicei Codicis scripturam *παθητὴν* mendum puto.

4) *Amen* om. Pal. Reg. Subscribitur *Expliciunt epistole sancti ignatii martyris discipuli iohannis evangeliste et episcopi e* (cum supposito puncto) *antiochie. Incipit laus hyronis discipuli eius in eum: qui ei successerat in episcopatu* in Pal., *Expliciunt XII Epistole sancti Ignatii martyris antiocensis. Incipit laus Hyronis discipuli sui atque successoris in eum* in Reg.

[B. IGNATII AD S. IOHANNEM, APOSTOLUM ET EVANGELISTAM, EPISTOLA.

IOHANNI SANCTO SENIORI, IGNATIUS, ET QUI CUM EO SUNT FRATRES.

De tua mora dolemus graviter, allocutionibus et consolationibus tuis roborandi. Si tua absentia protendatur, multos de nostris destituet. Properes igitur venire: quia credimus expedire. Sunt et hic multae de nostris mulieribus, Mariam Iesu videre cupientes, et quotidie a nobis ad vos discurrere volentes; ut eam contingant, et ubera eius tractent, quae Dominum Iesum aluerunt, et quaedam secretiora eius percunctentur ipsam. Sed et Salome quam diligis, filia Annae, Hierosolymis quinque mensibus apud eam commorans, et quidam alii noti referunt eam omnium gratiarum abundam, et omnium virtutum, more virginis, virtutis et gratiae foecundam. Et, ut dicunt, in persecutionibus et afflictionibus est hilaris; in penuriis et indigentiis non querula: iniuriantibus grata, ad molesta laetatur: miseris et afflictis coafflicta condolet, et subvenire non pigrescit. Contra vitiorum autem pestiferos conflictus in pugna fidei disceptans enitescit. Nostrae novae religionis et poenitentiae est magistra, et apud fideles omnium operum pietatis ministra. Humilibus quidem est devota, et devotis devotius humiliatur: et mirum ab omnibus magnificatur, cum a Scribis et Pharisaeis ei detrahatur. Praeterea multi multa alia referunt de eadem: tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed, sicut nobis a fide dignis narratur, in Maria matre Iesu, humanae naturae natura sanctitatis angelicae sociatur. Et haec talia excitaverunt viscera nostra: et cogunt valde desiderare adspectum huius (si fas sit fari) coelestis prodigii, et sacratissimi monstri. Tu autem diligenti modo disponas, cum desiderio nostro, et valeas. Amen.]

[AD EUNDEM, ALTERA.

IOHANNI SANCTO SENIORI, SUUS IGNATIUS.

Si licitum est mihi apud te, ad Hierosolymae partes volo adscendere, et videre fideles Sanctos qui ibi sunt: praecipue Mariam matrem Iesu, quam dicunt universis admirandam, et cunctis desiderabilem. Quem enim non delectet videre eam et alloqui, quae verum Deum de se peperit, si nostrae sit fidei et religionis amicus? Similiter et illum venerabilem Iacobum, qui cognominatur Iustus: quem referunt Christo Iesu simillimum facie, vita et modo conversationis, ac si eiusdem uteri frater esset gemellus. Quem, dicunt, si videro, video et ipsum Iesum secundum omnia corporis eius lineamenta. Praeterea caeteros sanctos, et sanctas. Heu, quid moror? quid detineor? Bone praeceptor, properare me iubeas, et valeas. Amen.]

[B. IGNATII AD S. MARIAM

VIRGINEM, MATREM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, EPISTOLA.

CHRISTIFERAE MARIAE, SUUS IGNATIUS.

Me neophytum, Iohannisque tui discipulum, confortare et consolari debueras. De Iesu enim tuo percepi mira dictu, et stupefactus sum ex auditu. A te autem, quae semper ei fuisti familiaris et coniuncta, et secretorum eius conscia, desidero ex animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam alias, et rogavi de eisdem. Valeas: et neophyti qui mecum sunt, ex te et per te et in te confortentur. Amen.]

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ[1] ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

I. Ἄρτι Τραϊανοῦ τὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας σκῆπτρα παραλαβόντος τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ὁ καὶ κλήσει καὶ πράγματι Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἦν. Πέτρον μὲν γὰρ τὸν μέγαν Εὔοδος διαδέχεται, Εὔοδον δὲ Ἰγνάτιος· ᾧ[2] τοῦ τρόπου τε καὶ τῆς ἀρετῆς ζηλωτὴς γίνεται. Τούτῳ δὴ τῷ Θεοφόρῳ[3] φασὶ κομιδῇ ὄντι νηπίῳ τὸν Χριστὸν ἔτι[4] τὰς ἐν κόσμῳ διατριβὰς ποιούμενον τὰς ἀχράντους τε αὐτῷ ἐπιθεῖναι χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀποβλέψαντα ‚Ἐὰν μή τις', εἰπεῖν, ‚ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων[5] δέξηται ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ δέχεται'' ὁποῖος ἔσται προκόπτων τὴν ἡλικίαν Ἰγνάτιος, ἐντεῦθεν παραθηλῶν[6] καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνου διδασκαλίαν σοφῶς[7] ὑποφαίνων.

II. Οὗτος τοίνυν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος ἅμα Πολυκάρπῳ τῷ τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ μαθητὴς Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ γίνεται· καὶ αὐτῷ μόνῳ φοιτήσας πᾶσάν τε ἀρετῆς ἰδέαν καὶ μάλιστα τὴν ἱερεῖ πρέπουσαν φιλοπόνως ἐξασκηθείς, εἶτα καὶ ἱερεὺς κοινῇ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀποστόλων ψήφῳ χειροτονεῖται καὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος προχειρίζεται· παραλαβὼν δὲ τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἱδρῶτι συχνῷ[1] καὶ μόχθῳ τὸ τῆς εὐσεβείας ἐν[2] αὐτῇ κήρυγμα κατασπείρας, ἀποστολικόν τε διὰ πάντων βίον[3] ἐπιδειξάμενος καὶ τέλειος διάκονος ἤδη[4] τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ἀναφανείς, καὶ μάρτυς ὕστερον γίνεται, θηρίοις δι' ἐκεῖνον παραδοθείς, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβὼν ὁ λόγος δηλώσει.

III. Τραϊανῷ γὰρ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι τῇ κατὰ Σκυθῶν ἐπαρθέντι νίκῃ, καὶ μὴ μέχρι τούτου στῆσαι τὴν εὐδαιμονίαν ἀνεχομένῳ, ἀλλὰ περαιτέρω ταύτην βουλομένῳ προαγαγεῖν καὶ πολλοὺς ἑτέρους τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ παραστήσασθαι· τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ὁ κατὰ Χριστιανῶν εἴτουν εὐσεβείας πόλεμος κράτιστον αὐτῷ καὶ λυσιτελὲς ἐνομίζετο. Ἐκείνως μὲν γὰρ τὸ κοινὸν ὠφελεῖν μόνον· οὕτω[1] δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ θεοὺς θεραπεύειν καὶ συνεργοὺς αὐτοὺς κατὰ τῶν πολεμίων ἐπάγεσθαι. Ἀμέλει καὶ διωγμὸν κατὰ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως χαλεπὸν ἐπάγει, καὶ διατάγματα κατὰ τῆς ὑπηκόου πάσης ἐκτίθεται, ὥστε ἢ πάντας αὐτῷ κοινωνοὺς εἶναι τῆς ἀσεβείας, ἢ Χριστιανοὺς ἔτι μένοντας τιμωρίαις ποικίλαις καὶ θανάτοις χαλεποῖς ἐκδίδοσθαι. Ὑπῆρξε δὲ τότε Τραϊανῷ τῇ Ἀντιοχέων ἐπιδημεῖν, οἷα δὴ μέλλοντι κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύειν καὶ παρασκευαζομένῳ παρ' αὐτῇ τὰ πολέμια. Ἐνταῦθα γοῦν καὶ μηνύεται αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον, ὡς εἴη τε τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύων καὶ Χριστὸν ἴσα καὶ θεοὺς[2] τιμᾶν τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθων, καὶ ταῦτα σταυρὸν ὑπὸ Πιλάτου κατακριθέντα καὶ θάνατον, ὡς τὰ περὶ αὐτοῦ διδάσκουσιν ὑπομνήματα· νομοθετεῖ τε παρθενίαν καὶ

1) *καὶ ἐνδόξου* adsumpsi ex A.
2) *ᾧ* dedi ex coniectura, *οὗ* proposuit Cotelerius. Deest pron. in AEN vulg.
3) *καὶ* ante *Θεοφόρῳ*, quod deesse in aliis asserit Cot., omisi c. AEN.
4) *ἔτι* transposui c. AEN; prius legebatur ante *ποιούμενον*.

MARTYRIUM SACROSANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS IGNATII THEOPHORI.

I. Cum Traianus sumpsisset sceptra Romanorum Imperii, erat Antiochenae ecclesiae Episcopus et nomine et re Theophorus Ignatius. Nam magno quidem Petro succedit Evodus, Evodo autem Ignatius, cui fit et morum et virtutis aemulator. Huic Theophoro, cum esset plane puer, aiunt Christum adhuc versantem in mundo, ei intemeratas manus imposuisse, et ad populum intuendo dixisse: ‚Nisi quis seipsum humiliaverit ut hic puellus, non intrabit in regnum caelorum; et qui unum ex talibus pueris susceperit in nomine meo, me suscipit;' qualisnam futurus esset aetate proficiens Ignatius, hinc ostendens et apostolicam illius doctrinam aperte indicans.

II. Hic ergo divinus Ignatius simul cum Polycarpo, qui Smyrnensi praefuit ecclesiae, fit discipulus Ioannis Evangelistae; et cum ad eum solum ventitasset atque omnem virtutis speciem et eam maxime, quae decet sacerdotem, diligenter exercuisset, sacerdos deinde eligitur communi sententia omnium simul Apostolorum, et Antiochenus creatur Episcopus. Cum autem assumpsisset ecclesiam, et multo sudore ac labore in ea seminasset praeconium pietatis, et zelum per omnia apostolicum doctrinamque ostendisset ac exstitisset perfectus minister Christi mysteriorum, fit quoque postea martyr, bestiis propter illum traditus, ut paulo altius repetens declarabit oratio.

III. Traiano enim Romanorum Imperatori, victoria quam de Scythis habuerat elato, nec sustinenti suam hucusque sistere felicitatem, sed volenti eam ulterius producere et Romanorum imperio multos alios subiungere, adversus Christianos, seu adversus pietatem, bellum ei ante alia visum est optimum esse ac expedire. Nam illo quidem modo putabat se uni prodesse Reipublicae; sic quoque Deos suos colere, eosque inducere, ut opem ferant adversus hostes. Gravem itaque ac difficilem persecutionem infert adversus piam fidem, et proponit edicta per universam terram, quae eius parebat imperio, uti aut essent cum eo omnes impietatis participes, aut adhuc manentes Christiani afficerentur variis suppliciis et acerbis mortibus. Contigerat, ut tunc Traianus versaretur Antiochiae, utpote qui esset expeditionem suscepturus contra Persas, et bellum ibi pararet. Hic ergo ei de Theophoro significatur Ignatio, quod et religionem teneret Christianam, et hominibus persuaderet, Christum tamquam Deos honorarent, idque cum fuisset a Pilato cruce condemnatus et morte, ut docent eius Acta; et ferret legem de servanda

---

5) *παιδίον* A. Cfr. Matth. 18, 5.
6) *παραδηλὸν* A.
7) Al. *σαφῶς Cot.*

Cap. II. 1) Al. *πολλῷ Cot.*
2) *ἐν* om. E. Mendum *κατασσείρας* editionis Cler. a. 1724. repetiit Petermannus.
3) *ζῆλον καὶ διδασκαλίαν* p. *βίον* AEN et var. lect. ap. Cot.
4) In al. *ἤδη* deest teste Cot. Subinde *τὸν* erat in A.

Cap. III. 1) Dedi *ἐκείνως — οὕτω* c. A, in quo prius *ἐκεῖνος*, ut in EN vulg.; *οὕτως* N, *οὗτος* E vulg.
2) *θεόν* var. lect. ap. Cot.

πλούτου καὶ τρυφῆς καὶ τῶν ἄλλων τοῦ βίου τερπνῶν κατολιγωρεῖν· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον, μήτε θεοὺς ἡγεῖσθαι, μήτε τινὰ λόγον τῶν αὐτοκρατόρων τίθεσθαι.

IV. Ταῦτα ὡς ἤκουσε Τραϊανὸς, μεταπεμψάμενος αὐτίκα τὸν ἅγιον, συμπαρούσης αὐτῷ καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, Σὺ εἶ, φησὶν, ὁ λεγόμενος Θεοφόρος ὁ τῶν ἡμετέρων καταπαίζων[1] προστάξεων καὶ τὴν Ἀντιοχέων πᾶσαν ἀνάστατον[2] ποιῶν, ὀπίσω τε πάντας τοῦ ὑπὸ σοῦ κηρυττομένου Χριστοῦ ἐπαγόμενος καὶ μηδὲ ψιλοῦ τοὺς θεοὺς ὀνόματος ἀξιῶν; Καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, Ἐγώ εἰμι, ἔφη. Ὁ δὲ,[3] Καὶ τί ἐστι Θεοφόρος; διεπυνθάνετο. Πρὸς ὃν ὁ μάρτυς, Ὁ τὸν Χριστὸν ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρων,[4] ἔφη. Καὶ ὁ βασιλεύς· σὺ οὖν ὁ ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν περιφέρων;[5] Ναὶ,[6] φησὶ· γέγραπται γάρ· Ἐνοικήσω[7] ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. Τί δὲ ἡμεῖς; οὐ σοὶ δοκοῦμεν θεῶν μεμνῆσθαι διηνεκῶς καὶ τούτους ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν[8] ἀεὶ, συμμάχους τε αὐτοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπαγόμενοι καὶ δι' αὐτῶν πάντα ποιοῦντες τὰ κατὰ γνώμην; Καὶ ὑπολαβὼν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, Φεῦ ὅτι τὰ εἴδωλα, ἔφη, τῶν ἐθνῶν θεοὺς, βασιλεῦ, ὀνομάζεις. Εἷς γὰρ θεὸς[9] ἀληθὴς, ὃς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς πάντων ἐστὶ ποιητής· εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς[10] ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται[11] τέλος· ὃν εἰ καὶ[12] αὐτὸς ἐπέγνως, ὦ[13] βασιλεῦ, πολλῷ ἂν ἧττε ἀλουργίς σοι αὕτη καὶ τὸ διάδημα καὶ ὁ βασιλικὸς θρόνος βεβαιότερα.[14]

V. Καὶ ὁ βασιλεύς· τὰ μὲν πολλὰ ταῦτα χαίρειν ἐῶμεν. Σὺ δὲ εἰ βούλει,[1] φησὶν, Ἰγνάτιε, τὰ μεγάλα τῷ ἐμῷ κράτει χαρίσασθαι καὶ τοῖς ἐμοῖς τοῦ λοιποῦ συντάττεσθαι φίλοις, τῆς τοιαύτης γνώμης μεταβαλὼν θῦσον σὺν ἡμῖν τοῖς θεοῖς· καὶ αὐτίκα, ἵστωσαν αὐτοὶ πάντες, ἀρχιερέα σε τοῦ μεγάλου καταστήσω Διὸς καὶ πατέρα τῆς βουλῆς ὀνομάσω. Πρὸς ταῦτα ὁ Θεοφόρος· χάριτας μὲν παρέχειν, ὦ βασιλεῦ, καὶ πᾶσι καλὸν, μάλιστα δὲ βασιλεῦσιν, ὅσῳ καὶ αὐτοὶ δυνατοὶ τὰ μείζω πάλιν ἀντιχαρίζεσθαι,[2] ἀλλὰ τὰς λυσιτελεῖς πάντως καὶ ὠφελίμους ἀμφοτέροις· τὰς δὲ βλάπτειν καὶ μάλιστά γε ψυχὴν δυναμένας καὶ σφοδροτέραν[3] αὐτῇ τοῦ πυρὸς τὴν γέενναν ὑπανάπτειν οὐχ ὁ διδοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ αἰτῶν αὐτὸς ἀθλιώτατος. Θαυμαστὴ δέ σου, βασιλεῦ, καὶ μεγαλόδωρος ἡ ἐπαγγελία. Τί γὰρ ἐμοὶ τὸ τοῦ παρὰ σοὶ[4] μεγίστου Διὸς καταστῆναι ἀρχιερέα καὶ βουλῆς πατέρα κληθῆναι, ἱερεῖ τε ὄντι Χριστοῦ καὶ θυσίαν αὐτῷ καθ' ἑκάστην αἰνέσεως θύοντι, ἤδη δὲ καὶ ὅλον ἐμαυτὸν καταθύσειν[5] ἐπειγομένῳ καὶ σύμφυτον θέσθαι τῷ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ὁμοιώματι;

VI. Καὶ ὁ βασιλεύς· τίνι δὲ σπεύδεις ἑαυτὸν καταθῦσαι; τῷ ἐπὶ Ποντίου σταυρωθέντι Πιλάτου; Ναὶ, φησὶν ὁ μέγας Ἰγνάτιος, τῷ τὴν ἁμαρτίαν ἀναστανρώσαντι καὶ τὸν εὑρετὴν αὐτῆς διάβολον καθελόντι καὶ πᾶσαν διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν ἐκείνου δύναμιν καταργήσαντι. Αὖθις

Cap. IV. 1) καταπέζων E.

2) ἀνάστατον πᾶσαν ordo vocc. in E N. Apud Cot. alii subsequentia ita exhibent: καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν κατόπιν.

3) Vocc. ὁ δὲ om. A.

4) περιφέρεις A.

5) σὺ οὖν ὁ ἐν ἑαυτῷ τὸν χριστὸν περιφέρων; dedi ex A p. σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸν χριστὸν περιφέρεις; E N vulg.

6) ναὶ scr. N.

virginitate, et de contemnendis divitiis ac deliciis et aliis, quae sunt in vita iucunda; quodque est omnium gravissimum, quod non oporteat putare esse Deos, et nullam Imperatorum ducendam rationem.

IV. Haec postquam audivit Traianus, Sancto statim arcessito, cum una etiam adesset Senatus: Tune es, inquit, qui diceris Theophorus, qui nostra iussa ludificaris, et omnem evertis Antiochiam, omnesque facis sequaces Christi a te praedicati, nec solo nomine Deos dignaris? Divinus autem Ignatius: Ego sum, inquit. Ille vero: Et quid sibi vult, interrogavit, illud Theophorus? Cui martyr: Qui Christum, inquit, circumfert in anima. Imperator autem: Tu ergo Christum in teipso circumfers? Certe, inquit. Scriptum est enim: ‚Habitabo in eis et inambulabo.' Quid vero nos, non videmur tibi Deorum assidue meminisse, ac eos semper in anima circumferre, eosque inducere ad opem ferendam contra hostes, nec non per eos omnia facere, quae sunt ex animi sententia? Respondens autem divinus Ignatius: Hei mihi, inquit, simulacra gentium, o Imperator, Deos nominas? Unus enim Deus verus, qui caeli, terrae, maris et omnium, quae sunt in ipsis, est creator. Unus Christus Iesus, Dei filius unigenitus, cuius regni non erit finis. Quem si tu agnosceres, o Imperator, et purpura ipsa et diadema et thronus regius tibi firmiora essent et longe stabiliora.

V. Imperator vero: Haec multa mittamus. Tu autem si velis, inquit, o Ignati, meae potentiae rem facere gratissimam, et de caetero referri in numerum meorum amicorum, hac mente mutata Diis nobiscum sacrifica, et statim (sciant isti omnes) te Magni Iovis constituam Pontificem, et Patrem nominabo Senatus. Ad haec Theophorus: Gratias quidem praebere, o Imperator, omnibus quidem est pulcrum, maxime autem Imperatoribus, quod possint ipsi amplius iterum gratificari; sed eas, quae sunt omnino utrisque utiles et conducibiles. Sin vero eiusmodi sunt, quae possint laedere et maxime animam, ac vehementiorem igne gehennam succendere, non is solum qui dat, sed etiam qui petit, et ipse fit miserrimus. Admirabilis autem, o Imperator, et munifica est tua promissio. Quid enim mea refert, Maximi apud te Iovis constitui Pontificem, et vocavi Patrem Senatus, qui sum Christi sacerdos ac ei quotidie sacrifico sacrificium laudis, et iam vero totum meipsum propero immolare ac efficere complautatum eius mortis similitudini?

VI. Imperator vero: Cuinam autem festinas teipsum immolare? Eine qui a Pontio Pilato in crucem fuit actus? Profecto, magnus inquit Ignatius, ei, qui peccatum crucifixit, eiusque inventorem destruxit diabolum, et omnem eius potentiam per crucem abolevit. Rursus autem Impe-

---

7) II Cor. 6, 16.
8) Al. *περιφέρειν*. *Col.*
9) *εἷς θεὸς γὰρ* E.
10) *Ἰησοῦς Χριστὸς* p. *εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς* A.
11) *ἔσται* A, *ἔστι* E N vulg.
12) *δν καὶ εἰ* A.
13) *ὦ* om. E. Idem *πολλῶν* p. *πολλῷ*.
14) *ἦσαν κομιδῆ μονιμώτερα* p. *βεβαιότερα* A E. Post *βεβαιότερα* Cotelerio asserente add. in Al. *ἦσαν καὶ κομιδῆ μονιμώτερα*.

Cap. V. 1) *βούλη* (sic) N.
2) *χαρίζεσθαι* E, *ἀντιχαρίσασθαι* A.
3) *σφοδροτέραν* ex A E N, *σφοδρότερον* vulg.
4) *σοῦ* E.
5) Al. *καταθύειν*. *Col.*

οὖν ὁ βασιλεὺς, Ἔοικάς μοι, φησὶν, Ἰγνάτιε, κρίσεως ὀρθῆς καὶ φρενὸς[1] ὑγιῶς ἐχούσης ἔρημος τὸ παράπαν εἶναι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω φανερῶς ταῖς τῶν Χριστιανῶν γραφαῖς ἐξεπάτησο, ἀλλ' ἔγνως πάντως ἡλίκον ἀγαθὸν[2] βασιλικοῖς πείθεσθαι διατάγμασι καὶ θεοῖς μετὰ πάντων προσφέρειν θυσίας. Πρὸς ταῦτα μείζονι πάλιν ὁ ἅγιος χρησάμενος παῤῥησίᾳ, Εἰ καὶ θηρίοις ἀναλώσεις, ἔφη, εἰ καὶ σταυρῷ με κατακρινεῖς, εἰ καὶ αὐτῷ ξίφει[3] καὶ πυρὶ παραδώσεις, ἃ τῆς σῆς ἐξουσίας ἐστὶν, οὐκ ἄν ποτε θυσίαν ἐγὼ δαίμοσι προσενεγκεῖν ἀνάσχοιμι· οὔτε γὰρ θάνατον δέδοικα, οὔτε ποθῶ τὰ παρόντα ὢν ὑμεῖς κύριοι παρέχειν τὰς ἀπολαύσεις· ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἐφίεμαι μόνων, καὶ σπουδή μοι πᾶσα πρὸς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποθανόντα διαβῆναι Χριστόν.

VII. Ἐφ' οἷς ἐξ ἀγχινοίας[1] δῆθεν ἡ σύγκλητος ἐπιλαβέσθαι βουλομένη τοῦ μάρτυρος, Τί δὲ συνομολογεῖς, ἔφησαν, καὶ αὐτὸς τεθνάναι σου τὸν θεόν; Καὶ πῶς ἂν ὁ θάνατον ὑποστὰς καὶ θάνατον ἐπάρατον, οὗτος[2] ἑτέρους ὠφελῆσαι δυνατὸς ἔσται; Οἱ θεοὶ δὲ ἀθάνατοί τε εἰσὶ καὶ παῤ ἡμῶν λέγονται. Ἐκ τούτου λαβόμενος ἀφορμῆς[3] ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, ὥστε ὁμοῦ μὲν τοὺς ἐκείνων διαμυκτηρίσαι θεοὺς, ὁμοῦ δὲ καὶ τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστηρίου θύραν αὐτοῖς παρανοῖξαι, καὶ οὕτως εἰς πίστιν χειραγωγῆσαι τῆς τοῦ Χριστοῦ γνώσεως, οὕτω διετίθει τοὺς λόγους· ὁ ἐμὸς κύριος καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς πρῶτα μὲν ἄνθρωπος ἐγένετο δι' ἡμᾶς καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ σταυρὸν ἐθελούσιον καὶ θάνατον καὶ ταφὴν κατεδέξατο· πλὴν ἀλλ' ἀνέστη πάλιν τρίτην ἡμέραν τοῦ ἐχθροῦ τὸ κράτος καταβαλών, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν, ὅθεν ἐλήλυθεν,[4] συναναστήσας ἡμᾶς τοῦ τῆς ἁμαρτίας πτώματος καὶ εἰσαγαγὼν αὖθις εἰς τὸν παράδεισον, οὗ κακῶς ἐξεβλήθημεν, καὶ μείζοσι[5] τῶν προτέρων ἀγαθοῖς[6] δωρησάμενος. Ὅτι δὲ τοιοῦτόν τι τῶν παῤ ὑμῖν νομιζομένων θεῶν τις ἐπεδείξατο,[7] οὐδεὶς τῶν πάντων ἂν ἰσχυρίσαιτο. Ἄνθρωποι γὰρ οὗτοι κακοῦργοι κομιδῇ καὶ φθορεῖς γενόμενοι, καὶ πολλὰ ἐπὶ βλάβῃ καὶ διαφθορᾷ τῆς ἡμετέρας ζωῆς τε καὶ τῆς καταστάσεως ἐργασάμενοι μικράν τινα δόξαν θεῶν καὶ φαντασίαν τοῖς ἀλογωτέροις τῶν ἀνθρώπων ἀλογώτατα παρασχόμενοι, εἶτα τῶν παραπετασμάτων ὕστερον τῆς ἀπάτης συνελκυσθέντων· ἐξαιρεθείσης τε τῆς σκηνῆς ὅπερ ἦσαν ἠλέγχθησαν, αἰσχρῶς τὸν βίον ἀπολιπόντες καὶ θανάτῳ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀπώλειαν ἀθανάτῳ παραδοθέντες. Ἀμέλει καὶ Ζεὺς μὲν ὁ πρῶτος ὑμῖν[8] καὶ μέγιστος τῶν θεῶν ἐν Κρήτῃ τέθαπται, Ἀσκληπιὸς δὲ κεραυνῷ βέβληται, Ἀφροδίτης ὁ τάφος[9] ἐν Πάφῳ δείκνυται, καὶ ὑπὸ πυρὸς Ἡρακλῆς ἀνάλωται. Τοιούτων γὰρ ἀληθῶς, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ[10] χειρόνων τὰ ἐκείνων ἄξια.

VIII. Τούτων οὕτω ῥηθέντων Ἰγνατίῳ τῶν λόγων ὁ βασιλεὺς ἅμα τῇ συγκλήτῳ δείσας, μὴ τῆς διαλέξεως εἰς[1] πλέον ἐκτεινομένης διασεισθείη μὲν τὰ Ἑλλήνων καὶ πρὸς ἀπιστίαν[2] ἢ καὶ μυκτηρισμὸν ἀποβλέψειεν, ἀνθήσει[3] δὲ τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τὸ ἐπισκοτοῦν αὐτῇ τῆς πλάνης νέφος ἐξαιρεθείη,[4] τοῦτον μὲν ὑπὸ δεσμοῖς καὶ φρουρᾷ

Cap. VI. 1) φρενῶς N.
2) ἀγαθῶν N.
3) Ita A E N, ξήφει Cot., Cler.

Cap. VII. 1) ἀγνοίας E, quod praestat.
2) οὕτως A E N.
3) ἀφορμὴν E.

rator: Videris mihi, inquit, o Ignati, recto omnino carere iudicio et sana mente. Non enim tam aperte fuisses deceptus scripturis Christianorum, sed cognovisses omnino, quantum sit bonum, Edictis parere Imperatoriis, et Diis sacrificia offerre cum omnibus. Ad haec Sanctus, utens rursus maiore dicendi libertate: Etiamsi bestiis, inquit, consumpseris, etiamsi me cruce condemnaveris, licet ipsi gladio et igni tradideris, quae sunt in tua potestate, nunquam ego patiar daemonibus offerre sacrificium. Neque enim metuo mortem, neque desidero praesentia, quae est in potestate vestra praebere fruenda; sed sola desidero futura, et a me omne adhibetur studium, ut transeam ad Christum, qui pro me est mortuus.

VII. Propter quae volens Senatus martyrem arguere, sollerter nimirum: Quid autem tu quoque, dixerunt, confiteris Deum tuum esse mortuum? Quo modo vero, qui subiit mortem, eamque exsecrandam, poterit ille prodesse aliis? Dii autem et sunt immortales, et dicuntur a nobis. Ex hoc occasione accepta simul et irridendi illorum Deos, et eis aperiendi ianuam mysterii de suscepta carnis dispensatione, sicque deducendi ad fidem Christi cognitionis, divinus Ignatius ita verba fecit: Meus Dominus et Deus Iesus Christus primum quidem propter nos homo factus est et propter nostram salutem, sponteque crucem suscepit et mortem et sepulturam. Ceterum rursus tertio die resurrexit, inimici deiecta et prostrata potentia, atque ascendit in caelos, unde venerat, nos simul a lapsu peccati faciens resurgere et rursus introducens in paradisum, ex quo male fueramus eiecti, nosque donans bonis maioribus, quam erant ea quae praecesserant. Quod autem ex iis, qui a vobis censentur Dii, ullus tale quid fecerit, nullus hominum asseruerit. Nam cum isti fuissent homines malefici et exitiosi, et multa fecissent ad damnum corruptelamque nostrae vitae et status, valde vilem autem Deorum opinionem ac speciem hominibus, qui sunt a ratione paulo alieniores, citra ullam rationem praebuissent, contractis postea velis deceptionis et scena ablata, deprehensi sunt ii qui erant, quippe qui turpiter e vita excesserint, et morti immortali traditi sint propter multorum interitum. Iupiter quidem certe, qui est vobis primus et maximus Deorum, in Creta est sepultus; Aesculapius vero fulmine fuit percussus. Sepulcrum Veneris ostenditur Paphi, et Hercules fuit ab igne consumptus. Nam eorum res ac vita talia vere, immo et multo deteriora merebantur.

VIII. Cum haec sic dicta fuissent ab Ignatio, Imperator simul cum Senatu timens, ne si esset eius sermo prolixior, res quidem gentilium labefactarentur, et vel non crederentur, vel haberentur ludibrio, vera autem floreret religio, et tolleretur nubes erroris, quae ei offundit tenebras, illum quidem coniicit in vincula, et in tutissima collocat custodia.

---

4) ἐλήλυθε N. Teste Cotelerio Al. ante inserunt καὶ.
5) μείζονα marg. Cot.
6) ἀγαθῶν marg. Cot.
7) In N. εἷς adiungitur verbo ἐπεδείξατο. Ibidem ἰσχυρήσαιτο.
8) Al. ὑμῶν. Cot.
9) Al. Πάφῳ τῆς κύπρου. Cot.
10) πολλῶν A.

Cap. VIII. 1) εἰς om. E.
2) ἀπιστείαν N.
3) ἀνθήση A, mutatum in ἀνθήσοι aut ἀνθήσει.
4) ἐξερεθείη E.

καθίστησι τῇ ἀσφαλεστάτῃ· αὐτὸς δὲ παρ' ὅλην νύκτα διασκεψάμενος, πῶς ἂν αὐτὸν ἀξίως ἀμύναιτο, καὶ τίνι τρόπῳ τῆς παρούσης ὑπεξαγάγοι ζωῆς, θηρίοις ἔγνω παραδοῦναι βορὰν[5] καὶ ὑπ' ἐκείνων διασπαραχθέντα τὸν ἅγιον ἀπολέσθαι. Οὗτος γὰρ βαρύτατος θανάτου τρόπος διεσκέφθη τῷ βασιλεῖ. Ἕωθεν οὖν περὶ τούτου καὶ τῇ συγκλήτῳ κοινωσαμένου[6] τὴν μὲν[7] γνώμην καὶ αὐτοὶ ἐπῄνουν· πλὴν οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνεβούλευον δεῖν γενέσθαι τὴν ἔκδοσιν, ἵνα μὴ ποθεινὸν, φησίν,[8] οὕτω καὶ μᾶλλον ἐπίδοξον παρὰ τοῖς οἰκείοις πολίταις τὸν Ἰγνάτιον ἐργασώμεθα μαρτυρικῷ δῆθεν τέλει τὴν ζωὴν καταλύοντα· ὥστε προσήκειν, ἔφασκον, εἰς Ῥώμην αὐτὸν ἀπαχθέντα δεσμώτην ἐκεῖ τοῖς θηρσὶν ἐκδοθῆναι. Οὕτω γὰρ τῷ μήκει τε τῆς πορείας χαλεπωτέραν ὑφέξει[9] τὴν κόλασιν καὶ ἅμα Ῥωμαίοις ἀγνοούμενος ὅστις εἴη καθάπερ εἷς τῶν κακούργων ἀναιρεθῆναι δόξειε, καὶ οὐδὲ βραχείας τὸ μετὰ ταῦτα μνήμης παρ' ἐκείνοις ἀξιωθήσεται.

IX. Τούτου τοιγαροῦν ἀρέσαντος καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ψήφου παραυτίκα ἐξενεχθείσης παρίστησιν ἀπὸ τῆς φυλακῆς αὐτὸν, καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς τελευταίαν αὐτῷ ταύτην τὴν πεῖραν προσαγαγών.[1] Καὶ πρῶτα μὲν πολὺς ἦν ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀπαγγελίαις τὸν ἀθλητὴν ὑποσαίνων καὶ καταψῶν· ἔπειτα δὲ καὶ πλεῖον[2] πάλιν ταῖς ἀπειλαῖς δεδιττόμενος.[3] Ὡς δὲ μήτε[4] πρὸς τὰς ὑποσχέσεις ἐνδιδόντα εἶδε, μήτε πρὸς τὰς ἀπειλὰς ὑποπτήσσοντα παντάπασι[5] τὴν μεταβολὴν ἀπογνοὺς, εἰς ἔργον τὰ ἐπηγγελμένα[6] ἐξῆγε· καὶ βαρύτερα τῶν προτέρων αὐτῷ δεσμὰ περιθεῖναι κελεύσας τάγματι στρατιωτικῷ παραδίδωσι, καὶ εἰς Ῥώμην ἐκπέμπει ἐντειλάμενος, ἡνίκα τοῖς πολίταις ἡμέρα πανηγύρεως ἐπιστῇ, θηρίοις αὐτὸν εἰς τέρψιν τοῦ θεάτρου κοινὴν ἐκδοθῆναι·[7] ὥστε κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον καὶ αὐτὸν θέατρον[8] γενέσθαι τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

X. Ὁ μάρτυς τοίνυν τὴν τελευταίαν ἀπόφασιν ἐκείνην[1] λαβὼν καὶ τῷ Θεῷ μεγάλῃ βοῇ τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας μεθ' ἡδονῆς ὅσης καὶ φαιδρότητος τα δεσμὰ περιτίθεται. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξῄει κατὰ Περσῶν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν στρατιᾶς. Ὁ Θεοφόρος δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ πρότερον ἐπευξάμενος καὶ τὴν ποίμνην σὺν δάκρυσι[2] παραθέμενος τῷ Θεῷ[3] δέσμιος ἠκολούθει τοῖς στρατιώταις. Εἶθ' οὕτως τὴν Σελεύκειαν οὐ διαμέλλων, οὐκ ἀϋπνῶν, οὐ πάσχειν τι σκυθρωπὸν[4] ὅλως ὑποφαινόμενος, ἀλλὰ ποσὶν εὐπροθύμοις καταλαβὼν εἰς πλοῖόν τε ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐμβάλλεται καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Σμύρναν καταίρει. Ἐνταῦθα Πολύκαρπον ἀσπάζεται τὸν θεῖον ἀπόστολον, ὃν προεστάναι τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας συμφοιτητὴν Ἰγνατίῳ γενόμενον ἀνωτέρω[5] φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν.[6] Τοῦτον οὖν ἀσπάζεται σεμνυνόμενος ἐπὶ[7] τοῖς δεσμοῖς· καὶ χαίρων. Τί γὰρ καὶ εἶχεν αὐτὸν πλέον σεμνῦναι ἢ τὸ ὑπὲρ οὕτως ἀγαπήσαντος δεσπότου πάσχοντα καθορᾶσθαι; Εἶτα καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις πρεσβυτέροις τε καὶ διακόνοις τοὺς προσήκοντας ἀσπασμοὺς ἀποδούς· ἐπεὶ πολλοὶ[8] συνέθεον ἀπὸ τῶν τῆς Ἀσίας ἐκκλη-

---

5) *βορᾶν* N.
6) Al. *κοινολογησαμένου* ap. Cot., *κοινωσαμένω* N.
7) *μὲν* accessit ex A E N et marg. Cot.
8) Al. *φασὶν* ap. Cot.
9) *ἐφέξει* erat in A.

Cap. IX. 1) *προσάγων* (sic) A E N.
2) *πλείων* A. lit. *ν* erasa, *πλεῖων* N.
3) *δεδειττόμενος* N.
4) *μὴ δὲ* F.

Ipse autem cum tota nocte apud se cogitasset, quonam modo eum ulciscerétur pro meritis, et quonam modo e praesenti vita subduceret, statuit illum feris tradere devorandum, ut dilaniatus ab eis Sanctus interiret. Visus est enim Imperatori hic mortis modus longe gravissimus. Cum hanc rem ergo Senatui mane communicasset, ipsi quoque eius quidem laudarunt sententiam; sed consuluerunt, ne haec bestiis obiectio fieret Antiochiae: Ne, aiebant, sic magis desideratum et gloriosum apud suos cives reddamus Ignatium, martyrii nimirum fine e vita excedentem. Quamobrem dicebant oportere eum Romam abduci vinctum, et illic tradi bestiis. Sic enim et prolixitate itineris gravius subibit supplicium, simulque Romanis quisnam sit ignorantibus videbitur esse peremptus tamquam unus ex maleficis, et ne minima quidem erit postea eius apud illos memoria.

IX. Cum hoc ergo placuisset et in ipsum lata fuisset protinus sententia, Imperator illum rursus producit e custodia, hoc eius postremum faciens periculum. Et primo quidem multum bonorum promissis athletam deliniebat ac demulcebat; deinde etiam rursus minis magis territans. Postquam autem eum vidit nec cedere promissis, neque minas formidare, desperans omnino fore ut mutaretur, ad effectum deduxit ea quae denunciata fuerant. Et cum iussisset prioribus graviora ei imponi vincula, tradit cohorti militari et mittit Romam, praecipiens, cum advenisset civibus dies festus publicae celebritatis ludorumque solemnium, cum tradi bestiis ad communem theatri delectationem, ut convenienter ei, quod dixit divinus Paulus, ipse quoque fieret ‚spectaculum mundo, et angelis, et hominibus.'

X. Martyr ergo cum ultimam illam accepisset sententiam, Deoque clamore magno, ut consentaneum erat, egisset gratias, cum magna voluptate et laetitia sibi imponit vincula. Et Imperator quidem egreditur contra Persas cum suo exercitu. Theophorus autem ubi ecclesiae prius bene est precatus et gregem suum Deo commendavit cum lacrimis, vinctus sequebatur milites. Deinde sic Seleuciam non cunctans, non animum despondens, non se aliquid grave omnino pati prae se ferens, sed alacribus venit pedibus, et a militibus in navem immittitur atque cum eis appellit Smyrnam. Hic salutat Polycarpum divinum apostolum, quem Smyrnensi praefuisse ecclesiae, cum Ignatii fuisset condiscipulus, iam superius diximus ac declaravimus. Eum ergo salutat, glorians atque gaudens de vinculis. Quid enim ei poterat esse maiori ornamento, quam adspici pati pro Domino, qui eum sic dilexerat? Deinde postquam reliquis Episcopis et Presbyteris et Diaconis reddidisset decentes salutationes (quoniam multi concurrebant ex ecclesiis Asiae et civitatibus

5) *παντάπασιν* N.
6) *ἐψηφισμένα* A E N et Al. ap. Cot.
7) Ita A, et ita invenio ap. Petermannum; *ἐνδοθῆναι* E N vulg.
8) I Cor. 4, 9.

Cap. X. 1) Ordo vocc. in E *ἐκείνην ἀπόφασιν.*
2) *δάκρυσιν* N.
3) Ita A E N p. *τῷ θεῷ παραθέμενος* vulg.
4) Al. *σκυθρωπῶν.* Cot.
5) In N manu sec. *ὡς* supra additum ante *ἀνωτέρω.*
6) *ἐδήλωσε* A E N.
7) *σεμνηνόμενος ὑπὸ* E.
8) *πολὺ* N.

σιῶν καὶ τῶν[9] πόλεων, καὶ ὄψιν ἐκείνην ἰδεῖν καὶ καλοῦ νάματος ἀπολαῦσαι ῥέοντος τῆς ἐκείνου γλώττης· αὐτὸς τὰ προσήκοντα παραινῶν εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ πάντας ἠξίου, ὥστε διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀναλῦσαι πρὸς τὸν ποθούμενον καὶ τῷ ἐκείνου θείῳ προσώπῳ ἐμφανισθῆναι.

XI. Ὁρῶν δὲ καὶ λίαν αὐτοὺς περιπαθῶς ἔχοντας καὶ οἱονεὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐκκρεμαμένους καὶ ζημίαν οὐ φορητὴν ἡγουμένους τὸν χωρισμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν θάνατον, δείσας τε καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πιστῶν, μὴ καὶ αὐτοὶ παραπλησίως διατεθέντες οὐκ ἀνέξονται ἰδεῖν αὐτὸν ἐκδιδόμενον τοῖς θηρίοις, ἀλλὰ χεῖρας ἀντιπάλους τοῖς ἐπιτεταμμένοις τὴν ἔκδοσιν ἐπιβάλωσι, καὶ τὴν διανοιγεῖσαν αὐτῷ τοῦ μαρτυρίου κλείσωσι θύραν, ἔγνω πρὸς αὐτοὺς ἐπιστεῖλαι, ὥστε καὶ τούτους ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι, μὴ ἐμποδισθῆναι τὸν δρόμον αὐτῷ τῆς ἀθλήσεως,[1] ἀλλὰ διὰ τῶν θηρίων, ὥσπερ εἴρηται, θᾶττον πρὸς τὸν ἐρώμενον ἀναλῦσαι δεσπότην. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῆς ἐκείνης ἐπιμνησθῆναι τῆς ἐπιστολῆς ἐχούσης ἐπὶ λέξεως οὕτως.

XII. Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τῇ ἠλεημένῃ[1] ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου, καὶ Κυρίου[2] Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν τῷ[3] θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἃ ἐστι κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων· ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένην πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένην χάριτος Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Θεῷ χαίρειν.

Ἐπεὶ εὐξάμενος Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιοθέατα πρόσωπα, δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι,[4] ἐάν περ θέλημα τοῦ Θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με καὶ εἰς τέλος οὕτως εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ εὐχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάν περ τῆς χάριτος ἐπιτύχω, τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ. Ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστι ποιῆσαι ὃ θέλετε· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστι τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς φείσησθέ μου.

XIII. Οὐ γὰρ θέλω, ὑμᾶς ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ δὴ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγὼ ἄλλον ἕξω καιρόν ποτε Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὔτε ὑμεῖς. Ἐὰν οὖν[1] σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον δέ μοι παράσχεσθε σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι[2] θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύσιν, ἀπὸ ἀνατολῆς τοῦτον μεταπεμψάμενος. Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεόν, ἵνα εἰς[3] αὐτὸν ἀνατείλωμεν.

XIV. Οὐδέποτε ἐβασκήνατε οὐδενί, ἄλλους ἐδιδάξατε. Ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Μόνον μοι

---

9) τῶν om. E.

Cap. XI. 1) ἀσκήσεως E.

Cap. XII. 1) ἠλειμμένῃ var. lect. ap. Cot.

2) κυρίου om. AE, uti Cod. Colber-

cum ad videndum illud spectaculum, tum ut pulcro fruerentur fluento, quod scaturiebat ex illius lingua) ipse ea quae par erat suadens, rogabat omnes, ut pro ipso orarent, quo per feras cito resolveretur ad eum quem desiderabat, et appareret ante illius divinam faciem.

XI. Videns autem eos tum valde anxios, tum quodammodo pendentes ab illius anima, tum non ferendum damnum existimantes separationem eius et mortem, de iis quoque qui Romae erant fideles timens, ne et ipsi similiter affecti non sustinerent eum videre tradi bestiis, sed manus adversas illis admoverent, quibus mandatum erat eum tradere, ac ei clauderent apertam ianuam martyrii, statuit ad ipsos scribere, ut ii quoque pro eo orarent, ne cursus sui certaminis ei impediretur, sed per feras, sicut dictum est, cito resolveretur ad dilectum Dominum. Operae pretium est autem, illius quoque mentionem facere epistolae, quae sic habet ad verbum.

XII. ‚Ignatius, qui et Theophorus, Episcopus sanctae Dei ecclesiae quae est Antiochiae, ecclesiae misericordiam consecutae in maiestate patris altissimi et Domini Iesu Christi solius eius filii, dilectae et illuminatae in voluntate eius, qui voluit omnia, quae sunt secundum caritatem Iesu Christi Dei nostri, quae etiam praesidet in loco regionis Romanorum, quam et saluto in nomine Iesu Christi, secundum carnem et spiritum unitam omni eius mandato, impletam gratia Dei, salutem in Christo Iesu Deo.‘

Cum Deum precatus obtinuerim, ut viderem spectabiles vultus vestros, vinctus in Christo Iesu spero, me vos salutaturum, si Dei fuerit voluntas, ut dignus habear, qui et sic ad finem perveniam. Meum enim rite succedit votum, si gratiam fuero consecutus, ut sortem meam percipiam sine impedimento. Timeo enim vestram caritatem, ne ipsa me iniuria afficiat. Vobis enim facile est facere quod vultis; mihi autem difficile est Deum assequi, si vos mihi peperceritis.

XIII. Non enim volo, vos hominibus placere, sed Deo, sicut etiam placetis. Nam neque ego unquam habebo aliud tempus Deum assequendi, neque vos. Si igitur silueritis de me, ego Dei efficiar; sin vero carnem meam amaveritis, rursus cro currens. Plus autem mihi praebete, ut Deo immoler, dum adhuc ara parata est, ut effecti chorus in caritate canatis patri in Christo Iesu, quod Episcopum Syriae dignatus sit Dominus, ut inveniretur in Occidente, cum arcessens ab Oriente. Pulcrum est, a mundo occidere ad Deum, ut ad ipsum exoriamur.

XIV. Nulli unquam invidistis, alios docuistis. Ego autem volo, illa quoque esse firma ac stabilia, quae docentes praecipitis. Solum

---

tinus et ex nostris in Ep. ad Rom. interpolatis B O V.

3) τῷ non leg. A E; deest quoque in Cod. Colbertino et in B V recens. interpol. Ep. ad Rom.

4) Al. θεάσασθαι. *Col.*

Cap. XIII. 1) οὖν in textum recepi ex A, ubi supra adscriptum est.

2) ἕτοιμον E male.

3) πρὸς E.

δύναμιν αἰτήσασθε δοθῆναι παρὰ θεοῦ, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ καὶ λέγεσθαι δύνωμαι· καὶ τότε πιστὸς εἶναι ὀφθήσομαι, ὅτε κόσμῳ[1] μὴ φαίνομαι.[2] Οὐδὲν γὰρ φαινόμενον, αἰώνιον· ἐπεὶ καὶ τὰ βλεπόμενα,[3] πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια.

XV. Ἐγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι.[1] Ἄφετέ με[2] θηρίων εἶναι βορὰν, δι' ὧν ἔνεστι[3] θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον δὲ[4] κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσι[5] τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρὺς γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθὴς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ἔτι ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τῷ Χριστῷ[6] ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία καθαρὰ εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος· ἀλλ' ἐὰν θελήσητε,[7] ἀπελεύθερος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος, μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον.

XVI. Ἀπὸ Συρίας μέχρι[1] Ῥώμης αὐτῆς θηριομαχῶν[2] ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ[3] ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων· καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσειεν, ἐγὼ δὲ παραβιάσομαι.[4] Συγγνώμην ἔχετέ μοι· τί μοι[5] συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλεσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος καὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα[6] Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

XVII. Οὐδέν με ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. Καλόν μοι ἀποθανεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Τί[1] γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;[2] Ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι· μὴ[3] θελήσητέ με ἀποθανεῖν. Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν. Ἐκεῖ γὰρ παραγενόμενος, ἄνθρωπος θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθησάτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Cap. XIV. 1) Al. *καὶ κόσμῳ. Col.* 2) Al. *φαίνωμαι. Col.* 3) II Cor. 4, 18.

Cap. XV. 1) *ἄκερος γενέσθαι μου* E, *ἄκαιρος γενοίσθε μου* N, *ἄκαιρος γένησθέ μου* (supra *οι*) A. 2) *ἄφετέ μοι* correctum in *με* A. 3) Al. *ἔστι. Col.* 4) *δὲ* addidi ex A.

rogate, dari mihi vires a Deo, ut non tantum dicar Christianus, sed etiam inveniar et dici possim; et tunc videbor esse fidelis, quando mundo non apparebo. Nihil enim, quod apparet, est aeternum, quandoquidem ‚quae videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna.‘

XV. Ego scribo ecclesiis et omnibus mando, quod ego lubens pro Deo morior, si vos non prohibueritis. Rogo vos, ne intempestiva benevolentia mihi efficiamini. Sinite me ferarum esse cibum, per quas licet Deum consequi. Sum Dei frumentum, et molor per dentes ferarum, ut Christi inveniar mundus panis. Immo feris potius blandimini, ut fiant mihi sepulcrum, et nihil relinquant mei corporis, ne sopitus fiam gravis. Tunc ero verus Christi discipulus, quando nec corpus quidem meum adhuc videbit mundus. Pro me Christo supplicate, ut per haec organa inveniar hostia munda. Non sicut Petrus et Paulus vobis praecipio. Illi Apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego autem servus usque in hodiernum diem; sed si volueritis, libertus Iesu Christi, ac exsurgam in ipso liber. Nunc disco vinctus, nihil mundanum cupere aut inane.

XVI. A Syria usque ad Romam ipsam pugno cum bestiis terra marique, noctu et diu, vinctus decem leopardis, qui sunt cohors militaris: qui etiam si beneficio afficiantur, fiunt deteriores. In eorum vero iniuriis magis disco. Utinam fruar bestiis mihi paratis: et opto, ut mihi promptae inveniantur; quibus etiam blandiar, quo me protinus devorent, non sicut quosdam timore affectae non tetigerunt. Quodsi etiam invitae noluerint, ego vi adigam. Ignoscite mihi; scio quid mea intersit. Nunc incipio esse discipulus, ut Iesum Christum assequar. Ignis et crux, bestiarum irruptiones, dissectiones, divisiones, discerptiones ossium, concisio membrorum, triturae totius corporis et diaboli tormenta super me veniant, ut tantummodo consequar Iesum Christum.

XVII. Nihil mihi proderunt mundi iucunditates, neque regna huius seculi. Melius est mihi mori in Christo Iesu, quam regnum obtinere usque ad fines terrae. ‚Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, et suae animae detrimentum patiatur?‘ Illum quaero, qui pro nobis est mortuus. Ignoscite mihi, fratres: ne sitis mihi impedimento, quo minus vivam: ne me velitis mori. Sinite me puram lucem accipere. Cum illuc enim venero, ero homo Dei. Permittite mihi, ut sim imitator passionis Christi. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo, et mei moveatur commiseratione, cum sciat quae me constringant.

---

5) *καταλίπωσι* A.
6) *τὸν χριστὸν* A ex correctura.
7) *θελήσειτε* mutatum in *θελήσητε* A.

Cap. XVI. 1) Ita A E N et Codd. Colb. B O V, *μέχρις* vulg.
2) Al. *θηριομαχῶ*. *Cot.*
3) Al. *ὅπερ*. *Cot.*
4) *παραβήσομαι* E. Haud male.
5) *με* E.
6) *ἵνα* deest in Al. *Cot.*

Cap. XVII. 1) Matth. 16, 26.
2) Al. *ἑαυτοῦ*. *Cot.*
3) *μὴ δὲ* A E N et Al. in marg. apud Cot.

XVIII. Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται καὶ τὴν εἰς θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων βοηθείτω[1] αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοὶ γένεσθε, τουτέστι τοῦ θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστόν,[2] κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μὴ δ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ[3] ὑμᾶς, πεισθῆτε μοι[4] τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς ἐγὼ γράφω ὑμῖν. Ἐξ ὧν γὰρ γράφω ὑμῖν, ἐρῶ τοῦ ἀποθανεῖν. Ὁ[5] ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ μᾶλλον ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγον· δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς ταῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ[6] ἐστι σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα θεοῦ θέλω, τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος καὶ ἀένναος ζωή.

XIX. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε οὖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς, πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει,[1] τὸ ἀψευδὲς στόμα, ὅτι ἀληθῆ λέγω. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην θεοῦ, ἐὰν πάθω.

XX. Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ[1] ποιμένι τῷ θεῷ κέχρηται. Μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς[2] ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα. Καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.

XXI. Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. Ἔστι δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ Κρόκος, τὸ ποθητὸν[1] ὄνομα, τῶν συνελθόντων μοι ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν θεοῦ. Ἔγραψα ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίου.[2] Ἐρρῶσθε εἰς τέλος, ἀγαπητοί, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

XXII. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἐπιστολῆς. Αὐτὸς δὲ μετὰ βραχὺ ἀπὸ Σμύρνης ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναχθεὶς καὶ προσχὼν τῇ Τρωάδι καὶ Νεαπόλει παρῆει διὰ Φιλίππων καὶ Μακεδονίας πεζῇ, τὰς παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκκλησίας ἐπισκοπῶν καὶ διδάσκων ἐν αὐταῖς, παρακαλῶν, διαλεγόμενος, τοὺς ἀκεραιοτέρους τῶν ἀδελφῶν ἀσφαλιζόμενος καὶ πάντας ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν παρασκευάζων. Φθάσας δὲ τὴν ἐν Ἐπιδάμνῳ Ἤπειρον[1] καὶ τὸ Ἀδριατικόν τε καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος διαπλεύσας εἰς τοὺς[2] ἐν τῇ Ῥώμῃ Ποτιόλους καταίρει. Ἐπιξενωθεὶς δὲ μετὰ τῶν στρατιωτῶν τοῖς ἐκεῖσε πιστοῖς, καὶ τὸν ἐν κυρίῳ καὶ αὐτοῖς μεταδοὺς[3] ἀσπασμὸν τὴν[4] Ῥώμην καταλαμβάνει, καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐμφανίζεται. Οὗτος τοίνυν τὸν θεοφόρον ἰδὼν[5] καὶ τὰ βασιλικὰ δεξάμε-

---

Cap. XVIII. 1) *βοηθήτω* scr. B.
2) *χριστὸν ἰησοῦν* collocat E.
3) *παραβαλῶ* fuisse videtur in A.
4) *μου* E.
5) *ὁ* non est in E N.
6) Al. *ὅς*. *Cot.*

Cap. XIX. 1) *φανερώσει*, supra *οι*, A.

XVIII. Princeps huius seculi me vult diripere et corrumpere meam in Deum sententiam. Nemo ergo ex iis, qui adsunt, illi opem ferat; estote mei potius, hoc est Dei. Ne loquamini Iesum Christum, mundum vero desideretis. Ne habitet in vobis invidia; nec si ego quidem praesens vos rogem, parete mihi; iis autem parete potius, quae ego ad vos scribo. Ex iis enim, quae scribo ad vos, mori cupio. Meus amor est cruci affixus: et non est in me ignis amans materiae; aqua autem potius viva et in me loquens, quae intus mihi dicit: Veni ad patrem. Non delector nutrimento corruptionis, neque voluptatibus huius vitae. Panem Dei volo, panem caelestem, panem vitae, qui est caro Iesu Christi filii Dei, qui postea natus est ex semine Davidis et Abrahami; ac potum Dei volo, eius sanguinem, qui est caritas incorrupta et vita perennis.

XIX. Non amplius volo vivere sicut homines; hoc autem erit, si vos volueritis. Velitis ergo, ut vos quoque Deus velit. Brevibus literis peto a vobis; mihi credite. Iesus vero Christus vobis haec aperiet, qui est os non mendax, quod vera dico. Petite pro me, ut consequar. Non secundum carnem vobis scripsi, sed secundum Dei sententiam, si patiar.

XX. Mementote in oratione vestra ecclesiae Syriae, quae pro me utitur pastore Deo. Solus ipsam Iesus Christus visitabit ac vice Episcopi reget, et vestra caritas. Salutat vos meus spiritus et caritas ecclesiarum, quae me susceperunt in nomine Iesu Christi, non tamquam transeuntem. Etenim quae me non convenerunt in via, quae est secundum carnem, me deduxerunt in civitatibus.

XXI. Scripsi autem haec ad vos Smyrna per Ephesios merito beatos. Est vero mecum cum multis aliis Crocus quoque, nomen desiderabile, eorum qui mecum venerunt e Syria ad gloriam Dei. Ista vobis scripsi nono Kalend. Septembris. Valete perpetuo, dilecti, in tolerantia Iesu Christi. Amen.

XXII. Sed est haec quidem epistola. Ipse autem paulo post Smyrna deductus a militibus cum appulisset Troadam et Neapolim, transiit pedes per Philippos et Macedoniam, eas quae sunt in via invisens ecclesias, atque in eis docens, exhortans, disserens, fratrum simpliciores ac imbecilliores confirmans et efficiens, ut omnes vigilarent essentque sobrii. Cum vero pervenisset Epidamni Epirum ac mare transmisisset Adriaticum et Tyrrhenum, appellit Romanorum Puteolos. Hospitio autem exceptus simul cum militibus ab iis, qui illic erant fidelibus, traditaque illic quoque salutatione in Domino, venit Romam, et sistitur ante Praefectum Urbis. Is ergo Theophorum intuitus, litterisque Imperatoris acceptis, cum

---

Cap. XX. 1) Ita AEN, *ἀντ' ἐμοῦ* vulg.

2) *Χριστὸς* deest in Al. *Cot.*

Cap. XXI. 1) *ποθηνὸν* NA, in hoc quidem *ποθεινὸν* secundis curis.

2) *σεπτεβρίου* E et var. lect. apud Cot.

Cap. XXII. 1) *τὴν ἐπιδάμνω ἤπειρον* E, *τὴν ἐν ἐπιδάμνω ἤπειρον* N.

2) *τοὺς* restitui ex A, *τὰς* EN vulg.

3) Al. *ἀποδοὺς. Cot.*

4) *εἶτα τὴν* Al. apud Cot.

5) *εἰδὼν* N.

νος γράμματα, ἡμέρας ἐπιστάσης εὐκαίρου, ἡνίκα δημοτελὴς ὑπῆρχε τοῖς Ῥωμαίοις πανήγυρις, κατὰ μέσον αὐτὸν εἰσάγει τὸ θέατρον, ὥσπερ οὖν εἶχε τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα.

XXIII. Τῆς πόλεως οὖν πάσης τοῦ θεάτρου προκαθημένης μετὰ θερμοῦ πνεύματος καὶ ὀφθαλμῶν ἤδη θέας ἐρώντων,[1] ἅτε πανταχοῦ τῆς φήμης διαγγειλάσης, τὸν τῆς Συρίας ἐπίσκοπον μέλλειν σήμερον θηριομαχεῖν, ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸ πλῆθος ἐκεῖνος μετὰ γενναίου λίαν καὶ ἀτρέστου[2] φρονήματος, οἷα δὴ καὶ καυχώμενος ἐπὶ τῇ δοκούσῃ ταύτῃ διὰ Χριστὸν αἰσχύνῃ καὶ μεγαλοφρονῶν·[3] Ἄνδρες, ἔφη, Ῥωμαῖοι, καὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνός μοι[4] θεαταί, οὐ φαύλου τινὸς ἕνεκεν ἐμοὶ ταῦτα, οὐδὲ πονηρῶν πράξεων ὑπέχοντι δίκην, ἀλλ' ὥστε θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὗπερ ἐρῶ καὶ ἁπλήστως[5] ἐφίεμαι. Σῖτος γάρ εἰμι αὐτοῦ καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς αὐτῷ ἄρτος γένωμαι. Ταῦτα εἶπε· καὶ ἀφεθέντες οἱ λέοντες διεσπάσαντό τε αὐτὸν εὐθὺς καὶ κατέφαγον, μόνων ἐκείνου τῶν τραχυτέρων ὀστῶν ἀπεχόμενοι,[6] ἔργῳ τῆς εὐχῆς τῷ ἀνδρὶ[7] πληρωθείσης, ὥστε τάφον αὐτῷ τὰ θηρία γενέσθαι καὶ μηδὲν ὑπολειφθῆναι[8] τοῦ σώματος· οἱονεὶ περὶ πλείονος τοῦ θεοῦ θεμένου τὴν εὐχὴν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦ θεράποντος ἐνεγκεῖν εἰς πέρας, ἢ τὸ ἄψαυστον αὐτὸν τοῖς λέουσιν ἀποδεῖξαι, τῷ οἰκείῳ ὀνόματι περιθεῖναι[9] δόξαν.

XXIV. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐξέβη καὶ τέλος ἔλαβεν, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην πιστοί, οἷς καὶ ζῶν ἔτι ὁ θεοφόρος ἐπέστειλε,[1] μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ θέατρον συνελθόντες καὶ τὰ ὀστᾶ ποθούσαις χερσὶν ἀνελόμενοι, καὶ σεβασμίως αὐτὰ περιστείλαντες, ἔξω τῆς πόλεως ἐν ἐπισήμῳ κατέθεντο τόπῳ, εἰκάδα τότε τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἄγοντος. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Ἀντιόχειαν ὕστερον τὴν τοῦ μάρτυρος ἀνεκομίσθη πατρίδα, καὶ διπλῆν αἱ μεταξὺ πόλεις τὴν εὐλογίαν ἐτρύγησαν· πρότερόν τε ἡνίκα δέσμιος ἐξ Ἀντιοχείας ὁ μάρτυς εἰς Ῥώμην κατήγετο, καὶ νῦν, ὅτε μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων ἐκεῖθεν ἀνεκομίζετο, καθάπερ μέλισσαι κηρίον τοῦτον περιπτάμεναι.

XXV. Λέγεται γοῦν, ὅτι μετὰ τὴν μαρτυρικὴν τοῦ ἀνδρὸς τελείωσιν πενθούντων τὴν ἐκείνου στέρησιν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πιστῶν, καὶ οὐδὲν ὅλως τῆς ὀδύνης παραμύθιον δεχομένων, ὕμνοις τε σχολαζόντων ἐπιταφίοις καὶ παννυχίσιν, αὐτὸς ὄναρ ἐπιφαινόμενος καὶ οἱονεὶ περιβάλλων αὐτοὺς καὶ περιπτυσσόμενος, ὅσοι δηλαδὴ καὶ ἀξίους ἑαυτοὺς πρότερον τῆς ἐκείνου κατέστησαν συνουσίας, ὁμαλὲς αὐτοῖς καὶ πραότερον ἐποίει τὸ πένθος καὶ τῆς ὀδύνης τὸ ἄγριον ἀπεσβέννυ. Ἕτεροι δὲ πάλιν ἰδεῖν αὐτὸν ἔφησαν ἱδρῶτι καταῤῥεόμενον, καθάπερ ἄρτι τῶν[1] τῆς ἀθλήσεως ἀναπεπνευκότα πόνων καὶ σωτηρίαν τῇ τε πόλει καὶ πᾶσι πιστοῖς ἐπευχόμενον.

XXVI. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τοῦ θεοφόρου τέλος, οὗτοι οἱ ἀγῶνες, τοιοῦτοι[1] οἱ πρὸς Χριστὸν αὐτοῦ περιφανεῖς[2] ἔρωτες. Μαρτυρεῖ δὲ

Cap. XXIII. 1) Al. ὁρώντων. *Cot.*
2) ἀτρέπτου A E var. lect. ap. Cot.
3) μέγα φρονῶν Λ E N et Al. ap. Cot.
4) Al. μου, in al. deest. *Cot.*
5) ἁπλίστω erat in A.
6) ἀποσχόμενοι A E N et var. lect. ap. Cot.

dies advenisset opportunus, quando erat dies festus et celeber populi Romani, inducit eum in medium theatrum, sicut nempe iubebat improbum illud Edictum Imperatoris.

XXIII. Cum ergo universa civitas sederet in theatro ardenti spiritu et oculis iam spectaculum aventibus, utpote quod iam fama ubique annunciasset, Syriae Episcopum cum feris esse hac die pugnaturum, conversus ille ad populum cum plane generoso et intrepido animo, ut qui gloriaretur ac sibi magnopere placeret ob apparentem hanc pro Christo ignominiam: Viri, inquit, Romani et praesentis huius certaminis spectatores, non haec mihi fiunt ob aliquod maleficium, neque ut luam poenas pravorum facinorum, sed ut Deum assequar, cuius quidem teneor desiderio, et quem cupio insatiabiliter. Sum enim eius frumentum et molor per dentes bestiarum, ut fiam ei purus panis. Haec dixit atque dimissi leones eum statim dilacerarunt ac devorarunt a solis durioribus illius ossibus abstinentes, reapse votis viro impletis, ut bestiae fierent ei sepulcrum et nihil reliquum esset corporis, utpote quod Deus pluris faceret famuli preces et amorem ad finem perducere, quam efficere, ut non tangeretur a leonibus, quo suo nomini tribueret gloriam.

XXIV. Postquam autem haec evenerunt et finem acceperunt, qui Romae erant fideles, ad quos adhuc vivens Theophorus scripserat Ignatius, ubi dimissum fuit theatrum, convenientes, cum ossa cupientibus manibus sustulissent eaque honorifice ac reverenter composuissent, deposuerunt in loco insigni extra Urbem mense Decembris vigesimum diem tunc habente. Haec postea deportata sunt in patriam martyris Antiochiam, et quae inter utramque urbem sunt civitates, duplicem percepere benedictionem, tum prius quando martyr vinctus ducebatur Romam ex Antiochia, tum nunc quando cum praeclaris tropaeis illinc referebatur, tamquam apes favum illum circumvolantes.

XXV. Ac dicitur quidem, quod post viri per martyrium consummationem, cum lugerent illius privationem ii qui Romae erant fideles, et nullam omnino acciperent doloris consolationem, vacarent vero sepulcralibus hymnis ac vigiliis, ipse in somnis apparens et eos quasi amplectens, qui scilicet se ipsos prius praebuerant dignos illius consuetudine, luctum eis effecit facilem ac leniorem, et doloris sedavit vehementiam. Alii rursus dixerunt, se vidisse eum sudore diffluentem, tamquam qui nuper respirasset a laboribus decertationis, et precantem pro salute civitatis omniumque fidelium.

XXVI. Hic quidem fuit exitus Theophori, haec sunt certamina, hi conspicui eius amores in Christum. Et fert testimonium Irenaeus Lug-

---

7) Is ordo vocc. in AEN, *τῷ ἀνδρὶ τῆς εὐχῆς* vulg.

8) *ὑπολειφθῆναι* N, *ὑπολελεῖφθαι* Al. ap. Cot.

9) *περιθῆναι* scr. EN.

Cap. XXIV. 1) *ἐπέστελε* E.

Cap. XXV. 1) *τὸν* E.

Cap. XXVI. 1) *τοιοῦτον* N.

2) *περιμανεῖς* AEN, *περικαλλεῖς* Al. ap. Cot.

Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non negligentes viduam, aut pupillum, aut pauperem; sed ‚solliciti semper de bono coram Deo et hominibus,‘ ab-

* VI. Et Presbyteri simplices sint,[1] in omnibus misericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos visitantes, viduas et pupillos et pauperes non negligentes: sed semper ‚providentes bona coram Deo et

9) Ita B C F O P V et Int. vet., *ἀνακύπτεσθαι* vulg. ante Usserium. In V art. *τῶν* ante *ἐν τῷ κόσμῳ* non solum otiose abundat, sed sequentium nexum distorquet. Quare invitis rlqq. Codd. recipiendus non est.

10) I Petr. 2, 11.

11) I Cor. 6, 9. 10.

12) *ἀρσενοκεῖται* C.

13) Obedientia alias episcopo, hic claris verbis pariter presbyteris et diaconis praestanda commendatur.

Cap. VI. 1) Lege *τοὺς ἀποπεπλανημένους*, nisi forte *πρόβατα* intelligatur. *Iun. ἀποπλανημένα* V O, heic quidem correctum in vulg.

2) Rom. 12, 17. II Cor. 8, 12.

8) *abscidi* Pal. Reg.

9) *adversus christum militeat* Reg.

10) *Propter* Pal., man. sec. *propterea* p. *Propter quod.*

11) *diaconib.* (sic) Reg.

12) *autem* add. Pal. Reg. Subsequens *in* adiunxi ex Pal. Subinde deest *immaculata* in Reg. Tum *ambulare* b. *ambulate* Pal. Reg.

Cap. VI. 1) *sint* non est in Pal. Reg. Tum ex membro antecedenti supplendum erit *ambulate.*

θρώπων,' ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται[3] ἐσμὲν ἁμαρτίας. Εἰ[4] οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι· ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἐσμὲν ὀφθαλμῶν, καὶ ‚πάντας[5] δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ[6] λόγον δοῦναι.' Οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς[7] ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται, οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλὸν, ἀπεχόμενοι τῶν[8] σκανδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλφων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων[9] τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

stinentes ab omni ira, acceptione personarum, iudicio iniusto; longe recedentes ab omni avaritia; non cito credentes adversus aliquem; non severi nimium in iudicio, scientes, nos omnes debitores esse peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat, debemus et nos dimittere; nam coram Domini et Dei oculis sumus, et ‚omnes ante tribunal Christi stare, et unumquemque pro se rationem reddere oportet.' Sic itaque serviamus illi cum timore et omni reverentia, sicut praecepit ipse, et Apostoli, qui nobis evangelium annuntiarunt, et prophetae, qui Domini nostri adventum praesignificarunt; studiose, quod bonum est, sectantes, abstinentes a scandalis et a falsis fratribus et ab iis, qui in hypocrisi nomen Domini ferunt, qui vanos homines in errorem inducunt.

hominibus.' Abstinete vos[2] ab omni iracundia, a[3] iudicio iniusto: longe estote ab omni avaritia.[4] Non cito consentiatis adversus aliquem, ne praevaricemini in iudicio, scientes[5] quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante[6] conspectum enim oculorum Domini[7] sumus, et ‚omnes oportet astare ante tribunal Christi, et unumquemque pro se rationem reddere.' Sic[8] ergo serviamus ei cum timore et omni reverentia, secundum quod evangelizaverunt nobis Apostoli Domini, et Prophetae annunciaverunt[9] adventum Domini nostri Iesu Christi; zelantes bona, abstinentes vos a[10] scandalis, et falsis fratribus, et qui in hypocrisim portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanes homines.

---

3) *ὀφιλέταις* C, ς lineola deletum.
4) Matth. 6, 12. 14.
5) Rom. 14, 10. 12.
6) *ἑαυτοῦ* B C, *αὐτοῦ* O V.
7) *ἡμᾶς* B C, *ὑμᾶς* F O V. *εὐαγγελίζεσθαί τινα* = evangelium alicui nuntiare, ut Luc. 3, 18. Act. 14, 15. 16, 10.
8) *τῶν* deest in B C.
9) Cfr. Ign. ad Eph. c. 7.: *δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν. Iac.*

2) *vos* om. Pal.
3) *ab* Pal.
4) Is ordo voce. in Pal. Reg., *longe ab omni avaritia estote* vulg.
5) Inter *iudicio* et *scientes* lacuna quinque literis adscribendis aperta extat in Reg.
6) Membrum *Ante conspectum enim . . . . . rationem reddere* Cod. Pal. post *Domini nostri Iesu Christi* collocat.
7) *dei* Reg. Forte *Domini et Dei*, ut graeca.
8) *Si* Pal. Reg.
9) *nobis* addit Pal.
10) *ab* Reg., ubi mox deest *hypocrisim*. Idem *oberrare* p. *aberrare*.

VII. *Fugite Docetas, et perseverate in ieiuniis et oratione.*

‚Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ,[1] Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστιν·‘[2] καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν·‘[3] καὶ ὃς ἂν[4] μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ[5] μήτε ἀνάστασιν μήτε κρίσιν εἶναι,[6] οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. Διὸ ἀπολιπόντες[7] τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα[8] λόγον ἐπιστρέψωμεν, ‚νήφοντες[9] πρὸς τὰς εὐχάς,‘ καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεὸν, μὴ[10] εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· ‚τὸ[11] μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.‘

‚Omnis enim, qui non confessus fuerit, Iesum Christum in carne venisse, antichristus est;‘ et qui non confessus fuerit martyrium crucis, ex diabolo est; et qui eloquia Domini ad desideria sua traduxerit, dixeritque nec resurrectionem nec iudicium esse, hic primogenitus est Satanae. Ideo multorum vanitate falsisque doctrinis relictis ad traditam nobis ab initio doctrinam revertamur, ‚vigilantes in orationibus‘ et perseverantes in iuiuniis, precibus rogantes omnium conspectorem Deum, ‚ne nos inducat in tentationem,‘ sicut dixit Dominus: ‚spiritus quidem promtus est, caro autem infirma.‘

* VII. ‚Omnis‘ enim ‚qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est;[1] et qui non confitetur martyrium[2] crucis, ex Diabolo est; et qui deviaverit eloquia Domini[3] ad propria desideria, et dixerit neque resurrectionem neque iudicium esse, hic primogenitus est Satanae. Propter quod relinquentes vanitatem multorum et falsas doctrinas, ad illud, quod traditum est nobis[4] a principio, verbum[5] revertamur. Sobrii simus[6] in orationibus, et ieiunia tolerantes; supplicationibus petentes omnium prospectorem Deum,[7] ‚nen os[8] inducat in temptationem,‘ secundum quod dixit Dominus: ‚Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.‘

Cap. VII. 1) ὁμολογεῖ V O, ὁμολογῆν mutatum in ὁμολογεῖν C. Vocc. Ἰησοῦν Χριστὸν — καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ omissis, Cod. F et teste Iacobsono P exh.: Πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ. Similia supra scripserat c. 2. ex I Ioan. 4, 3. Vetus Int. nostri Cod. Reg. legit μυστήριον p. μαρτύριον.

2) ἔστι B vulg.

3) ἐστί B vulg.

4) οἱ (sine accentu) ἄν p. ὃς ἂν B.

5) λέγει scr. C O V.

6) εἶναι om. B F O P V.

7) Ita dedi ex B C c. Haloixio. Eodem spectat ἀπολειπόντες (cum accentu aoristi) Codd. F O V, vocali ι et diphthongo ει secundum Itacismum permutatis. Unde corrigendus est Iacobsonus, ex Codd. F(L)V ἀπολείποντες afferens. Cfr. supra c. 2.

8) Cfr. Ep. Iudae 3.

9) I Petr. 4, 7.

10) Matth. 6, 13. 26, 41.

11) Matth. 26, 41. Marc. 14, 38.

Cap. VII. 1) *est* bis extat in Pal., ultimum tamen duabus lineolis segregatum.

2) *misterium* Reg.

3) *dei* Reg.

4) *vobis* Reg.

5) *verborum* Pal.

6) *simus* om. Pal. Reg. Tum minori signo post *revertamur* distinguendum.

7) Ita lego c. Pal. (*prosspectorem deum*) et Reg., in quo erat *prospectatem dm*. Faber St. *prosperatorem Dominum*, ap. Iac. *perspectorem Dominum*. Vid. supra c. 4. *quoniam omnia Deus prospicit*.

8) *vos* Pal.

VIII. *Perseverate in spe et in patientia.*

Ἀδιαλείπτως[1] *οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν καὶ τῷ ἀρραβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ‚ὃς*[2] *ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον,‘ ‚ὃς*[3] *ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·‘ ἀλλὰ δι᾽ ἡμᾶς, ἵνα*[4] *ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα*[5] *ὑπέμεινεν.*[6] *Μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ·*[7] *καὶ ἐὰν πάσχωμεν*[8] *διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν*[9] *αὐτόν. Τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε*[10] *δι᾽ ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς τοῦτο*[11] *ἐπιστεύσαμεν.*

Indesinenter ergo perseveremus in spe nostra et pignore iustitiae nostrae, quod est Christus Iesus, ‚qui peccata nostra in corpore suo super lignum pertulit, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius;‘ sed propter nos, ut in ipso vivamus, omnia sustinuit. Imitatores igitur simus patientiae eius; et si patiamur propter nomen eius, gloria illum afficiamus. Hoc enim exemplum nobis posuit in se ipso, et nos id credidimus.

* VIII. Indeficienter ergo toleremus[1] propter spem nostram et pignus iustitiae, quod est Iesus[2] Christus; ‚qui sustulit peccata nostra in corpore suo super lignum; qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus[3] in ore eius;‘ sed propter nos omnia sustinuit, ‚ut vivamus in ipso.‘ Imitatores ergo efficiamur tolerantiae eius, et si passi fuerimus pro nomine eius, glorificemus eum. Hoc enim nobis indicium[4] posuit de seipso, et nos hoc credidimus.[5]

IX. *Exerceatis patientiam exemplo Ignatii etc.*

Παρακαλῶ[1] *οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονήν,*[2]

Rogo itaque vos omnes, ut obediatis verbo iustitiae, et omnem pa-

* IX. Rogo igitur omnes vos,[1] insistere verbo iustitiae[2] et patientiae,

---

Cap. VIII. 1) *ἀδιαλήπτως* B.
2) I Petr. 2, 24.
3) I Petr. 2, 22.
4) I Ioan. 4, 9.
5) Ita scr. Ignat. ad Polyc. c. 3.
6) *ὑπέμεινε* B C vulg.
7) *αὐτοῦ* deest in F O P V.
8) Act. 5, 41. I Petr. 4, 16.
9) Ita B C F V et a sec. man. O ad oram c. vet. Int., *δοξάζομεν* O in textu et vulg. ante Iac.
10) *ἔθηκεν* C.
11) Lege *τοῦτῳ*, vel si retineatur *τοῦτο*, subintellige *εἶναι. Smith.*

Cap. IX. 1) Totum cap. nonum habes quoque ap. Euseb. Hist. eccl. III, 36.
2) *ὑπομένειν* V, *ὑπομόνειν* O, ad oram *ἀσκεῖν*. Tum scripsi *ἦν καὶ εἴδετε* c. B C F Euseb., idem est *ἴδατε* in V, ubi haud raro *ε* permutatum habes cum *α* (cfr. Ep. Barnabae c. 6. not. 25 et 39); *ἦν καὶ ἴδατε* O in tetxu, *εἴδετε* ad oram; *ἦν καὶ ἴδετε* Iac., ante quem *καὶ* desiderabatur. Errat tamen quod ad Codd. F V.

Cap. VIII. 1) *Indeficienter autem toleramus* Reg.
2) *Iesus* om. Reg.
3) *nec dolus inventus est* Reg.
4) *iudicium* Pal. Reg., ut ed. Faber St.
5) *credimus* Pal., *credimus* supra *di* Reg.

Cap. IX. 1) Ita colloco ex Pal. Reg. cum Fab. St. p. *vos omnes* Iac.
2) *eius* Reg.

ἣν καὶ εἴδετε κατ' ὀφθαλμούς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ Ζωσίμῳ[3] καὶ Ῥούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν,[4] καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς[5] ἀποστόλοις· πεπεισμένων,[6] ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς[7] κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς[8] τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. Οὐ γὰρ τὸν νῦν[9] ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα,[10] καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ [τοῦ Θεοῦ ἀναστα]θέντα].[11]

tientiam exerceatis, quam et ante oculos habetis, non solum in beatis Ignatio et Zosimo et Rufo, sed etiam in aliis, qui ex nobis, ac in ipso Paulo ceterisque Apostolis; utpote qui simus persuasi, quod hi omnes in vacuum non cucurrerint, sed in fide ac iustitia; et quod in debito ipsis loco sint apud Dominum, cum quo et passi sunt. Non enim praesens seculum dilexerunt, sed eum, qui pro nobis mortuus est, ac propter nos a Deo est resuscitatus.

quam[3] et oculata[4] fide vidistis, non solum in beatissimis illis[5] Ignatio scilicet[6] et Zosimo et Rufo, sed et in aliis, qui ex vobis sunt, et[7] in ipso Paulo, et caeteris Apostolis, confidentes quia hi[8] omnes non in vacuum[9] concurrerunt, sed in fide et iustitia; et ad debitum sibi locum a[10] Domino, cui et compassi sunt, abierunt, quia non hoc praesens[11] seculum dilexerunt, sed eum qui[12] pro ipsis et pro nobis mortuus est, et a Deo resuscitatus.

---

3) Martyrologium Rom. indicat, Rufi et Zosimi martyrum diem natalem Philippis Macedoniæ 18 Decembris celebrari.

4) *ἡμῶν* dedi ex C Euseb., *ὑμῶν* B F O V vet. Int. et vulg. Subinde *τῷ* (sine accentu) O, ad oram *αὐτῷ*. Deest praep. *ἐν* ante *αὐτῷ* in B.

5) *ἄλλοις* V et O, cuius margini adscriptum est *λοιποῖς*.

6) Restitui *πεπεισμένων* ex C, quam lectionem unice genuinam puto; *πεπεισμένους* O V et vulg., *πεπεισμένοις* B. Genitivus cum *ἡμῶν* coniungendus, quartus casus pendet a *Παρακαλῶ*, tertius respicit ad *λοιποῖς*.

7) Cfr. Philipp. 2, 16. Gal. 2, 2.

8) Cfr. Clem. Rom. I Ep. ad Cor. c. 5.

9) *νοῦν* C in textu, *νῦν* pr. man. in marg.

10) Ita Codd. nostri omnes Cot. et ed. Clerici a 1698, *τὸν ὑπὲρ ὑμῶν ὑποθανόντα* eiusdem ed. a. 1724.

11) Vocc. uncis inclusa Usserius ex Eusebio et Nicephoro supplevit. In O hoc Polycarpi Ep. fragmentum cum Ep. Barnabae ita coniuncta extat: *ἀποθανόντα. καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τὸν λαὸν τὸν κενὸν.* Ad oram man. sec. Euseb. habet *καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναστάντα*, quae lectio convenit cum his, quas latinas habemus.' Atque eandem lectionem nuper defendit Nolte, explicans: *resurgens iussu Dei*, collato Win. in Gramm. ed. V. p. 442. Simili enimvero modo alterius finem, exordium alterius Epistolae; quantum graece superest, exhibent Codd. B C F V. Vid. quae scripsimus Ep. Barnbae c. 5 not. 10.

Latina ab hoc inde loco extant in vetere versione a Iacobo Fab. Stapulensi a. 1498. Parisiis evulgata. Quae vero infra ad c. 13. exhibuimus graeca, Eusebius servavit.

3) *quam* deest in Pal.

4) *oculta* fuit in Reg.

5) *in his beatissimis* p. *in beatissimis illis* Pal.

6) *scilicet* reposui ex Pal. Reg. et Fab. St., postquam a Iacobsono exclusum erat.

7) Post *et* in Reg. quattuor literarum lacuna, quam excipiunt vocc. *in ipso* sqq.

8) *hii* Reg.

9) *in vano* p. *in vacuum* Pal., *in vacuo* Reg.

10) *a* om. Reg.

11) *praesens* accessit ex Pal., *in hoc saeculo* p. *hoc saeculum* Reg.

12) *qui* excidit Codici Reg.

Adhortatio ad virtutes.

* X. In his ergo state, et Dòmini exemplar sequimini, firmi in fide et immutabiles, fraternitatis[1] amatores, diligentes invicem, in veritate sociati, mansuetudinem Domini[2] alterutri praestolantes, nullum despicientes. Cum potestis[3] benefacere, nolite differre, quia ‚eleemosyna[4] de morte liberat.' Omnes vobis invicem subiecti estote, ‚conversationem[5] vestram irreprehensibilem habentes in gentibus,' ut ex bonis operibus vestris et vos laudem accipiatis, et Dominus in vobis non blasphemetur. Vae[6] autem illi, per quem nomen Domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes; in qua et vos conversamini.

Contristatus sum pro Valente. Cavete vobis ab avaritia.

* XI. Nimis contristatus sum pro Valente, qui presbyter factus est[1] aliquando apud vos; quod sic ignoret is[2] locum, qui datus est ei. Moneo itaque vos, ut abstineatis[3] ab avaritia,[4] et sitis casti et[5] veraces. Abstinete vos ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare,[6] quomodo alii[7] hoc pronuntiat? Si quis non abstinuerit se[8] ab avaritia, ab idololatria[9] coinquinabitur, et tanquam inter gentes iudicabitur. Qui autem[10] ignorant iudicium Domini? ‚An[11] nescimus, quia sancti mundum iudicabunt?' sicut[12] Paulus docet. Ego[13] autem nichil tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus Paulus, qui estis laudati[14] in principio epistolae eius. De vobis etenim[15] gloriatur in omnibus ecclesiis, quae Deum solae tunc cognoverant;[16] nos[17] autem nondum noveramus.

Cap. X. 1) Cfr. 1 Pet. 2, 17.

2) Sic Halloix. et Faber Stapulensis, et sic Cod. L. Libb. impr. omittunt *Domini*. Pro *praestantes* Al. *praesentantes*. *Iacobsonus*. Voc. *Domini* extat in Cotelerii editione a. 1672, Clerici a. 1698, apud Grazìani et in Codd. Pal. Reg., ex quo dedi *praestolantes* p. *praestantes* vulg.

3) *possitis* Pal. Reg.

4) Tob. 4, 10. 12, 9.

5) 1 Petr. 2, 12.

6) Cfr. Isai. 52, 5. et Ign. ad Trall. c. 8. Pronomen *illi* om. Pal. Reg.

Cap. XI. 1) *factus est presbiter* Pal., *presbiter est factus* Reg., in quo ante desideratur *sum*.

2) *ignoretis* p. *ignoret is* Pal. Reg.

3) *moneo itaque ut abstineatis vos* Pal. Reg.

4) Presbyter iste pecunias pauperum avertisse videtur, cuius facinoris uxor eius particeps fuerat. *Woch.* Iacobsono autem et aliis *ὁ πλεονέκτης* est = *adulter*, quia sua uxore non est contentus; ut docet Suicerus e Clem. Alex. Strom. III. p. 552; *avaritia* = *πλεονεξία* = *adulterium*, cuius flagitii et presbyter Valens et eius uxor accusari videntur. *H.*

5) *et* om. Pal. Reg.

6) Pal. transponit *Qui autem non potest se in his gubernare*, Reg. *Qui autem non potest in his se gubernare*.

7) Cfr. I Tim. 3, 5. Gallandius leg. censet *aliis*. In Pal. *quo modo hoc aliud pronuntiatur*.

8) *se abstinuerit* Pal. Reg.

9) *idolatria* Pal. Reg.

10) *autem* om. Pal. Reg.

11) *Aut* Pal. Reg. I Cor. 6, 2.

12) Verba: *sicut Paulus docet*, Credenero (Einl. i. d. N. T. p. 445) suspecta sunt, quia Polycarpus nusquam nomen scriptoris ab ipso citati proferat. *H.*

13) Cfr. Ign. ad Magn. c. 11 et ad Trall. c. 8.

14) [*laudati*] vel simile quid suppleri vult Smithus. Cfr. Philip. 1, 5 sq. Reg. *qui estis in principio ecclesiae eius*. Nolte (ut notat *H.* in ed. IV.) l. l. p. 236. nihil addit, respiciens ad 2 Cor. 3, 2 sq. ubi Paulus ad Cor. scribit: *epistola nostra vos estis*.

15) *enim* Pal.

16) *quae solae tunc dominum cognoverant* Pal.

17) Per *nos* Polycarpum ipsum intelligit Usserius; rectius forsitan *Smyrnenses* Cotelerius, Smith., Ruchat. Cfr. Act. 16, 6. 12. cum 19, 10. *Iac. cognoveramus* p. *noveramus* Pal. Reg.

Valde ergo, fratres, contristor pro illo et pro[18] coniuge eius; quibus det Dominus poenitentiam veram.[19] Sobrii ergo estote et vos in hoc; ‚et[20] non sicut inimicos tales existimetis,' sed sicut passibilia membra et errantia eos revocate, ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsos aedificatis.

Ignoscite ei. Deus vobis virtutes tribuat. Orate pro omnibus, etiam pro inimicis.

* XII. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, et nichil vos latet; michi[1] autem non est concessum. Modo, ut his scripturis dictum est, ‚irascimini[2] et nolite peccare,' et ‚sol[3] non occidat super iracundiam vestram.' Beatus, qui meminerit;[4] quod[5] ego credo esse in vobis. Deus autem et Pater Domini nostri Iesu Christi, et ipse sempiternus pontifex, Dei filius[6] Iesus Christus, aedificet vos in fide et veritate, et in[7] omni mansuetudine, et sine iracundia, et[8] in patientia et longanimitate[9] et tolerantia et castitate; et det vobis sortem et partem inter sanctos suos, et nobis vobiscum et omnibus, qui sunt sub caelo, qui credituri sunt[10] in Dominum nostrum[11] Iesum Christum et in ipsius Patrem, qui ‚resuscitavit[12] eum a mortuis.' Pro omnibus sanctis orate. Orate[13] etiam pro regibus et potestatibus et[14] principibus, atque[15] pro persequentibus et odientibus vos, et pro inimicis crucis; ut fructus vester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti.

XIII. *Epistolas vestras Antiochenis tradam. Vobis epistolas Ignatii mitto.*

Ἐγράψατέ[1] μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος,[2] ἵνα, ἐάν τις ἀπέρχηται

Scripsistis ad me et vos et Ignatius, ut, si quis forte e Smyrna

* XIII. Scripsistis mihi et vos et Ignatius,[3] ut si quis[4] vadit ad Syriam,

---

18) *pro* om. Reg.
19) *vestram* Reg.
20) II Thess. 3, 15.
21) Cfr. I Cor. 12, 26.

Cap. XII. 1) Ex eadem mente haec profert, qua illa humilitatis Ignatius in Ep. ad Eph. c. 3. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. Ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. Post *modo* haud dubie praeceptum morale excidit, unde sequens membrum pendeat. Pal. exhibet: *non est concessum modo uti his scripturis dictum est enim.* At ne ea quidem lectio lacunam explet, quam ante *dictum* esse suspicor.

2) Ps. 4, 5.
3) Eph. 4, 26.
4) Gallicciolli: Beato chi di ciò terrà memoria. Al. *crediderit.*
5) *qđ quod* Pal. Fortasse *id quod.*
6) *eius* inserit Pal. In Reg. *ipse sempiternus dei filius eius* p. *et ipse sempiternus pontifex, Dei filius Iesus.*
7) *in* om. Pal.
8) *et* deest in Pal.
9) *et in longanimitate* Pal. Reg.
10) *sunt* om. Reg.
11) *et deum* inserit Pal. In Reg. *et dominum nostrum et deum* p. *Dominum nostrum.*
12) Gal. 1, 1.
13) 1 Tim. 2, 2.
14) *atque* Pal.
15) *et* Pal. Matth. 5, 44.

Cap. XIII. 1) Graeca ex Euseb. H. E. III, 36. desumpta.
2) Cfr. Ign. Ep. ad Polycarp. c. 8.
3) *Scripsistis mihi ignathius et vos* Reg.
4) *qui* Pal.

εἰς Συρίαν,[5] καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγώ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς[6] ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν, τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

in Syriam proficisceretur, vestras quoque literas eo deferret; quod quidem perficiam, si tempus opportunum nactus fuero; vel ego ipse, vel per alium quempiam, quem legatum et pro vobis mittam. Epistolas Ignatii, quas ad me misit, et cunctas alias, quas habemus, ad vos misimus, sicut mandastis; quas quidem huic epistolae subiecimus. Ex iis magnum fructum percipere vobis licebit. Continent enim fidem et patientiam et aedificationem omnem, ad Dominum nostrum pertinentem.

deferat literas meas, quas fecero ad vos; si habuerimus tempus opportunum, sive ego, seu legatus, quem misero pro vobis. Epistolas sane Ignatii, quae transmissae sunt vobis ab eo,[7] et alias quantascunque apud nos habuimus, transmisimus vobis, secundum quod mandastis: quae sunt subiectae[8] huic Epistolae, ex quibus magnus vobis erit[9] profectus. Continent enim fidem, patientiam, et omnem aedificationem ad Dominum nostrum pertinentem. Et[10] de ipso Ignatio,[11] et de his,[12] qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

Commendo vobis Crescentem. Valete.

*XIV. Haec vobis scripsi per Crescentem, quem in praesentem[1] diem commendavi vobis, et nunc commendo. Conversatus est enim nobiscum inculpabiliter; credo quia et vobiscum[2] similiter. Sororem autem eius habebitis commendatam, cum venerit ad vos. Incolumes estote in Domino Iesu Christo. Gratia ipsius[3] cum omnibus vobis. Amen.

5) I. e. *Antiochiam.* Ignatius (c. 7.) Polycarpo mandaverat, ut ipse legatum ad ecclesiam Antiochenam mitteret ob pacem restitutam, et (c. 8.) huic legato simul epistolas aliarum ecclesiarum gratulatorias traderet. Praeter hoc Ignatii mandatum Philippenses quoque ipsi Polycarpum precibus adierant, ut ipsorum epistolam suo legato traderet ad Antiochenos perferendam. His votis se responsurum esse Polycarpus pollicetur. *H.*

6) Designantur duae Ignatii epistolae, una ad Polycarpum, altera ad Polycarpi seu Smyrnensem ecclesiam. *Cot.*

7) *habeo* p. *ab eo* Reg., *abeo* Pal.

8) *subiunctae* Pal.

9) *magnus erat vobis* Reg.

10) Quae sequuntur a solo vet. Interprete servata ad nos pervenerunt.

11) Polycarpus de morte Ignatii iam certior factus erat (vide c. 9.); sed circumstantias, dicta etc., ut videtur, ignorabat. *Iac.*

12) *ipsis* Reg.

Cap. XIV. 1) Hanc editionis principis et Fabri Stapulensis lectionem praetulimus, praeeunte cl. Routhio, qui suspicatur Polycarpum scripsisse ὃν μέχρι τοῦ παρόντος ὑμῖν συνέστηκα, καὶ νῦν συνίστημι. Vulgatum *in praesenti* exhibent Codd. Laur. et Magd. *Iac.* Etiam nostri Pal. Reg. *in praesenti.*

2) *vobis* Reg.

3) *ipsius* accessit ex Reg. In Pal. *in gratia cum omnibus vestris. Amen.* Ibidem subscribitur: *Explicit epistola beati Πολυκάρπου* ad *philippenses.* In Reg. *Explicit epistola beati Policarpi ad Philipenses.*

ΤΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΠΕΡΙ

ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ.[1]

Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα[2] *Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ*,[3] *καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ*[4] *καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις*·[5] *ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.*

ECCLESIAE SMYRNENSIS

DE

MARTYRIO SANCTI POLYCARPI

EPISTOLA CIRCULARIS.

Ecclesia Dei, quae Smyrnae peregrinatur, ecclesiae Dei, quae Philomelii peregrinatur, et omnibus ubique terrarum sanctae et catholicae paroeciis: misericordia, pax et charitas a Deo Patre et Domino nostro Iesu Christo multiplicetur.

Cum mihi pro textu huius opusculi emendando nova in bibliotheca Vaticana investigare adminicula non contigerit, Iacobsonum in criticis fere repetivi, qui e Codd. Vindobonensi, Parisino et Barocciano haud paucos eius locos emendavit. Ipsi autem rerum gestarum narrationi Interpolator asceticus vim intulisse mihi videtur plus, quam par esset. — 1) Eusebius postquam locutus est de Polycarpi martyrio (H. E. IV, 15.) ita pergit: *ἔστι δὲ ἡ γραφὴ ἐκ προσώπου, ἧς αὐτὸς ἐκκλησίας ἡγεῖτο, ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις τὰ κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα διὰ τούτων.* Cfr. Neander, Kirchengesch. T. I. p. 107 sqq.

2) Cfr. Clem. Rom. I Ep. ad Cor. c. 1., inscript. Ep. Polyc. ad Philipp., et ad Diognetum c. 5.

3) Ita legendum cum Cod. Vindob., cum vet. Int. et Euseb. Hist. eccl. IV, 15. Reliqui Codd. *Φιλαδελφίᾳ. Iac.* Philomelium est Phrygiae magnae oppidum, cuius meminit Cic. 3 Fam. 8 et 15 et Verr. 85. Nunc *Ilgun* vocatur.

4) *καὶ* om. Vind. Cfr. Ign. ad Smyrn. c. 8.

5) Accipitur parochia vel *late* pro tota dioecesi, ut apud Augustin. Epist. 261. [209 ed. Ben.], et hac significatione apud Christianos sequioris aevi denotabat *territorium et regionem Episcopi . . .*, vel *scricte* pro districtu ecclesiarum quarumvis *particularium;* quae significatio eo invaluit tempore, postquam nomen dioeceseos regionibus Episcopis assignatis tribui coepit. *Boehmer.* Ius Paroch. III. 3. 2. *Iac.*

I. *De martyrio Polycarpi et sociorum scribimus.*

Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας,[6] καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ[7] αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. Περιέμενεν γὰρ, ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ κύριος,[8] ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα, μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας. Ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

II. *Martyrum mira constantia.*

Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα, τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα. Δεῖ γὰρ[1] εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἀνατιθέναι.[2] Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν[3] καὶ ὑπομονητικὸν καὶ φιλοδέσποτον τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν· οἳ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε[4] μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν, ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι·[5] τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε γρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι, τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ, ὅτι παρεστὼς ὁ κύριος ὡμίλει αὐτοῖς; Καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι. Καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον πῦρ, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, ἃ[6] οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη,[7] ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ κυρίου, οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες ὑπέμειναν[7] δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

III. *Germanici constantia. Polycarpi mors postulatur.*

Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος. Ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς[1] ἐπερρώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου[2] πεί-

6) Ita Codd. Par. Vind. In Cod. Barocc. deest *τὰ* teste Iacobsono.

7) Eusebius *διὰ τῆς μαρτυρίας. Usser.*

8) Cod. Vind. *περιέμενεν γὰρ παραδοθῆναι καθὼς καὶ ὁ Κύριος. Iac.*

Cap. II. 1) Ita Iacobsonus e Codice Vindob. Male editi: *καὶ γὰρ*, sensu plane nullo. Cotelerius e coniectura *χρὴ* ad oram libri posuerat. Sensus est: quum Dei voluntate omnia regantur, etiam Polycarpus et socii iuxta divinam voluntatem martyrio sunt coronati. *H.*

2) Ita Cod. Vind.; Cod. Paris. *αὐτῷ ἀνατιθέναι.* Cod. Barocc. *ἀνατεθῆναι*, ut annotat Iac.

I. *De martyrio Polycarpi et sociorum scribimus.*

Scripsimus vobis, frates, de martyribus et de beato Polycarpo, qui martyrio suo, velut signaculo quodam, persecutioni finem imposuit. Fere enim cuncta, quae praecesserunt, ideo evenerunt, ut nobis Dominus desuper ostenderet martyrium, Evangelio congruum. Exspectavit enim tradi, sicut et Dominus, ut et nos ipsius essemus imitatores, non solum nostra considerantes, sed et ea, quae ad proximos pertinent. Charitatis enim verae ac solidae est, non modo se ipsum velle servari, sed etiam omnes fratres.

II. *Martyrum mira constantia.*

Beata et generosa fuerunt cuncta martyria, quae iuxta voluntatem Dei evenerunt. Cum enim nos religiosiores simus, Deo omnium rerum potestatem adscribamus oportet. Quis enim generositatem eorum et patientiam et erga Dominum charitatem non admiretur, qui flagellis adeo lacerati, ut ad intimas usque venas et arterias corporis structura cerneretur, tamen sustinuerunt; ita, ut etiam adstantes miserarentur et plangerent, ipsi vero eo fortitudinis venirent, ut nemo illorum neque murmuraret neque ingemisceret, omnibus ostendentes, quod martyres Christi hora ista, qua torquebantur, extra carnem fuerint, aut potius, quod Dominus assistens cum ipsis esset collocutus? Atque ad Christi gratiam adtendentes mundana tormenta spernebant, unius horae spatio se ab aeterna poena redimentes. Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Prae oculis enim habebant fugam illius ignis, qui aeternus est et nunquam exstinguetur, et oculis cordis respiciebant ad ea bona, quae reservantur sustinentibus, ‚quae nec auris audivit nec oculus vidit, quae nec in cor hominis ascenderunt,' quae vero a Domino monstrata sunt iis, utpote qui non homines amplius, sed iam angeli essent. Similiter qui ad bestias erant condemnati, graves cruciatus pertulerunt, super murices prostrati, variisque aliis tormentis excruciati, ut, si fieri potuisset, tyrannus eos assiduitate supplicii ad negationem Christi adduxisset.

III. *Germanici constantia. Polycarpi mors postulatur.*

Multa enim adversus illos diabolus machinatus est. Sed gratia sit Deo; nam neminem iste vincere potuit. Fortissimus enim Germanicus eorum timiditatem constantia sua corroboravit; quippe qui splendide cum bestiis pugnaverit. Nam cum proconsul eum flectere vellet diceretque,

---

3) Cod. Par. *Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτοῦ.* Cod. Vind. *Τὸ γὰρ γενναῖον, καὶ ὑπομονητικὸν, κτλ.* Iac. Graziani: Giàcchè la generosità, la tolleranza, e l'amor loro verso del Signore chi mai non ammirerà?

4) Cod. Vind. *καταξανθέντες τοσοῦτον ὥστε* asserente Iac.

5) *αὐτοὺς* add. Vind.

6) I Cor. 2, 9.

7) Ita reposuit Iac. e Codd. Vind. et Par.; Cod. Barocc. *χρόνον*, pro qua voce *ἔπαθον* e coniectura dederat Patr. Iunius.

Cap. III. 1) Eius memoriam Ian. 19. Latinorum celebrant martyrologia. *Usser.* Martyrologium Rom.: *Smyrnae natalis b. Germanici M., qui cum primaevae aetatis venustate floreret, sub Marco Antonino et Lucio Aurelio* sqq.

2) Infra c. 21. proconsul nominatus est Lucius Statius Quadratus.

θειν αὐτὸν, καὶ λέγοντος,[3] τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος, θαυμάσαν[4] τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· ‚αἶρε τοὺς ἀθέους· ζητείσθω Πολύκαρπος.‘

IV. *Quintus apostata.*

Εἷς δὲ, ὀνόματι Κόϊντος, Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καί τινας προσελθεῖν[1] ἑκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος, πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προδιδόντας ἑαυτούς·[2] ἐπειδὴ οὐχ' οὕτως διδάσκει[3] τὸ εὐαγγέλιον.

V. *Polycarpi secessus et visio.*

Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. Καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως· καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων,[1] νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· ‚δεῖ με ζῶντα καυθῆναι.‘[2]

VI. *Polycarpus a servulo proditur. Herodes irenarcha.*

Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον· καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν. Καὶ μὴ εὑρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. Ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον.[1] Καὶ ὁ εἰρήναρχος,[2] ὁ καὶ κληρονόμος,[3] τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν τὴν αὐτοῦ[4] τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

VII. *Polycarpus a persecutoribus invenitur.*

Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δείπνου ὥρᾳ, ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, ‚ὡς[1] ἐπὶ

---

3) Ita coniecit Iunius, et ita edidit Iac. ex Cod. Parisino, *λέγειν* Vind. Barocc. et prius libb. impr.

4) Ita Vind. Parisin. p. *θαυμάσας* Barocc. et vulg.

Cap. IV. 1) Gallicciolli: costui aveva sollecitato se stesso e alcuni altri a presentarsi volontarj.

2) *προδιδόντας ἑαυτοῖς* Vind., *προσιόντας ἑαυτοῖς* Paris. Barocc. et libb. impr. ante Iac. Nolte coniecit, notante *H.* in ed. IV., *προσιέντας ἑαυτοὺς* (*προσίημι* = mittere, tradere).

3) Iubet enim potius Evangelium, fugere ad aliam civitatem (Matth. 10, 23.); ita tamen, ut, si fugere non liceat, mors constanter feratur. *Cler.*

Cap. V. 1) Ita Cod. Par., *καὶ ἔτριβε*

ut suam ipse aetatem miseraretur, ille bestiam ultro ad se attraxit eique vim intulit, cupiens velocius ex iniusta et iniqua illorum hominum vita effugere. Exinde autem universa multitudo, fortitudinem pii ac religiosi Christianorum generis admirata, exclamavit: ‚tolle impios; Polycarpus requiratur!'

IV. *Quintus apostata.*

Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore perculsus est. Hic autem erat, qui se ipsum et alios quosdam impulerat, ut ultro accederent. Huic proconsul multis obsecrationibus persuasit iurare ac sacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non laudamus eos, qui sponte sese offerunt; quandoquidem non ita docet Evangelium.

V. *Polycarpi secessus et visio.*

Polycarpus autem, vir maxime admirabilis, primum, re audita non turbatus, in urbe permanere volebat; plerique tamen ei persuaserunt, ut secederet. Et secessit in villam, non multum ab urbe dissitam; ubi cum paucis mansit, diu noctuque nil aliud agens, nisi quod oraret pro universis et pro omnibus per orbem ecclesiis; quod ipsi erat solemne. Et cum oraret, triduo antequam comprehenderetur, visio ei obtigit, viditque cervical suum incendio conflagrans. Et conversus ad socios prophetice dixit: ‚oportet me vivum comburi.'

VI. *Polycarpus a servulo proditur. Herodes irenarcha.*

Instantibus autem iis qui quaerebant eum, in aliam villam migravit; et statim aderant exploratores. Cumque illum non reperissent, duos servulos comprehenderunt, quorum alter, tormentis subditus, confessus est. Impossibile autem erat latere ipsum, cum proditores domestici eius essent. Irenarcha vero, vel cleronomus, quod item munus est, nomine Herodes, in stadium illum ducere properabat, ut hic sortem suam impleret, Christi consors factus; proditores autem ipsius Iudae poenas subeant!

VII. *Polycarpus a persecutoribus invenitur.*

Habentes ergo puerulum, feria sexta, sub horam coenae, egressi sunt persecutores et equites cum consuetis armis, ‚tanquam adversus

---

μετ' ὀλίγων ἀδελφῶν Vind., *ἔτριβε μετ' ὀλίγον* Barocc. et prius libb. impr.

2) Ita Codd. Vind. Paris. Barocc., *κατακαυθῆναι* vulg. ante Iac.

Cap. VI. 1) *Ἦν γὰρ ... ὑπῆρχον* ex Interpolatoris manu esse, censet Dalrymplius. *Iac.*

2) Irenarchae munus erat, seditiosos homines et pacis publicae turbatores comprehendere. *Vales.*

3) *Κληρονόμοι* sunt magistratus sorte electi. *Cot.* Cum aliis Giallicciolli et Graziani *εἰρηνάρχους* et *κληρονόμους* eosdem fuisse magistratus putant. Mihi quidem vocc. *ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτὸ ὄνομα* glossematis speciem prae se ferre videntur.

4) Lege *αὐτήν*. Iac.

Cap. VII. 1) Matth. 26, 55.

λητὴν τρέχοντες.' Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας συνεπελθόντες,[2] ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον, ἐν[3] ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· ‚τὸ[4] Θέλημα τοῦ Θεοῦ[5] γενέσθω.' Ἀκούσας δὲ αὐτοὺς παρόντας,[6] καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς· θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, καὶ[7] ὅτι τοσαύτη σπουδῇ ἐχρήσαντο τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα. Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσε παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξητήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως, ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

VIII. *Polycarpus in urbem ducitur.*

Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε[1] συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν, ἦγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος σαββάτου[2] μεγάλου. Καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης ἐπὶ τὸ ὄχημα,[3] οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ λέγοντες· ‚τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, κύριος[4] Καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, καὶ διασώζεσθαι;' Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· ‚οὐ μέλλω ποιεῖν, ὃ συμβουλεύετέ μοι.' Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῆρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος,[5] ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καροὺχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς ὡς οὐδὲν πεπονθὼς, προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον, θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

IX. *Polycarpus Christo Domino suo non maledicit.*

Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· ‚ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρπε.' Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδεν, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν. Καὶ [λοιπὸν][1] προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. Λοιπὸν προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· ‚αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν,' καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ὡς

---

2) Hanc lectionem Usserius ex Eusebii scriptura *ἐπελθόντες* (H. E. IV, 15.) Smitho probante commendavit; *συναπελθόντες* vulg.

3) *ἐν* ap. Iac. accessit ex Vind.

4) Cfr. Matth. 6, 10. Act. 21, 14.

5) Ita Codd. Vind. Paris. Barocc. p. *κυρίου* vulg.

6) Sic Iacobsonus e Codd. Vind. et Paris. Vulg. *ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας.*

7) Ita Cod. Paris., lectio vulg. *εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· ἡ τοσαύτη*

latronem proficiscentes.' Et sub vespertinum tempus advenientes, illum in superiori cubiculo parvae cuiusdam domus discumbentem invenerunt; unde in aliud praedium abire poterat, sed noluit, dicens: ‚fiat voluntas Dei.' Cum vero eos adstantes audisset ac descendisset, cum eis collocutus est, mirantibus iis, qui aderant, aetatem eius et constantiam, quodque ipsi tanto studio usi fuerint ad huiusmodi virum senem comprehendendum. Statim nunc illa hora iis cibum et potum apponi iussit, quantum vellent; petiit autem ab illis, ut ipsi darent horae spatium ad libere orandum. Quod cum concessissent, stans orabat, plenus gratia Dei; adeo ut per duas horas tacere non posset, ac obstupescerent auditores, multosque eorum poeniteret, quod adversus senem, Deo tantopere gratum, venissent.

VIII. *Polycarpus in urbem ducitur.*

Cum autem precationem finiisset, in qua mentionem fecerat omnium qui aliquando cum ipso congressi fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum, totiusque per orbem terrarum catholicae ecclesiae; cumque hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes, in urbem duxerunt die magni sabbati. Et occurrit ei Herodes irenarcha, ac pater eius Nicetas, curru vecti, qui et eum in carrucam suam transtulerunt, assidentesque hortabantur, dicentes: ‚quid enim mali est, dicere dominus Caesar, et sacrificare atque ita salvum evadere?' Ille autem primum quidem eis non respondit; sed cum instarent, dixit: ‚facturus non sum, quod suadetis mihi.' Tum illi, frustrati spe flectendi eum, contumeliosa ei verba dixerunt, et cum vehementia deiecerunt eum e curru, adeo, ut e carruca exiens tibiam distraheret. Sed nequaquam commotus, et quasi nihil mali passus esset, alacriter et propere pergebat, ductus ad stadium. Tantus vero erat in stadio tumultus, ut nemo posset audiri.

IX. *Polycarpus Christo Domino suo non maledicit.*

Polycarpo autem, intranti in stadium, vox e coelo contigit: ‚fortis esto et viriliter age, Polycarpe!' Et eum quidem, qui vocem emisit, nemo vidit; vocem autem ii audierunt, qui ex nostris praesentes erant. Ceterum introducto illo magnus erat tumultus eorum, qui Polycarpum comprehensum esse audierunt. De cetero adductum eum interrogavit proconsul, an ipse esset Polycarpus. Cumque annueret, hortabatur ille, ut negaret, dicens: ‚revercre aetatem tuam,' aliaque his consentanea quae

---

σπουδὴ, ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν;

Cap. VIII. 1) Sic Codd. Vind., Paris., Barocc. p. *ποτὲ* vulg.

2) Vulgo dies sabbati intelligitur, qui Paschatis solemnia praecedebat. Attamen Orsi Ist. lib. 4. §. 4. adnotat: Secondo i calcoli più sicuri il martirio di s. Policarpo seguì li 23 febbraio; nè si può render ragione di questo sabbato grande, che non è certo il sabbato santo.

3) *ἐπὶ τὸ ὄχημα* glossema esse videtur. *Iac.*

4) Codices omnes habent *κύριος* Editi. *κύριε. Iac.*

5) *ἀπὸ τοῦ ὀχήματος* Iac. glossema esse putat.

Cap. IX. 1) Voc. [*λοιπὸν*] uncinis segregavit Iac.

ἔθος αὐτοῖς λέγειν·[2] ‚ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον, εἰπέ· αἶρε τοὺς ἀθέους.‘ Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν τῷ σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· ‚αἶρε τοὺς ἀθέους.‘[4] Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος· ‚ὄμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν·‘ ὁ Πολύκαρπος ἔφη· ‚ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

X. *Polycarpus se Christianum profitetur, et de Christo loqui vult.*

Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος· ‚ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην,‘ ἀπεκρίνατο· ‚εἰ κενοδοξεῖς, ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις, προσποιεῖ[1] δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ παῤῥησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν, καὶ ἄκουσον.‘ Ὁ ἀνθύπατος ἔφη· ‚πεῖσον[2] τὸν δῆμον.‘ Ὁ δὲ Πολύκαρπος εἶπεν· ‚σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα· δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς[3] καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ πρόσῆκον, τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐχ ἡγοῦμαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.‘

XI. *Nec bestiarum, nec ignis minae Polycarpum perterrent.*

Ὁ δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· ‚θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.‘ Ὁ δὲ εἶπεν· ‚κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια· καλὸν δὲ μετατίθεσθαί με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια.‘ Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· ‚πυρί σε ποιῶ δαπανηθῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.‘ Ὁ δὲ Πολύκαρπος·[1] ‚πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καιόμενον, καὶ μετ’ ὀλίγον σβεννύμενον· ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βραδύνεις; Φέρε, ὃ βούλει.‘[2]

XII. *Polycarpus ad rogum damnatur.*

Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν, ταραχθέντα[1] ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα, ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρῦξαι τρίτον· ‚Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι.‘ Τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· ‚οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀσεβείας[3] διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁτῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν, μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς.‘ Ταῦτα λέ-

2) Ita Vind., ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἔθος λέγειν Paris., ὡς ἔθος αὐτοῖς λέγων Barocc. Ap. Euseb. ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἐστὶ λέγειν. Lectio vulg. λέγων.

3) I. e. Christianos. Cfr. Chrysost. Hom. 46. in Act. Apost.

4) Vox alio certe sensu, quam ante Polycarpo intellecta atque prolata. Ac mihi quidem eos significare videtur, qui Dii *non* sunt.

Cap. X. 1) Ita Codd. Barocc. et Vind., Cod. Paris. προσποιῇ. Infra c.

isti proferre solent: ‚iura per fortunam Caesaris, resipisce, conclama: tolle impios.‘ Tunc Polycarpus gravi ac severo vultu turbam omnem sceleratorum, qui in stadio erant, gentilium contuens, manumque in eos porrigens, simulque gemens ac coelum suspiciens dixit: ‚tolle impios.‘ Urgente vero proconsule atque dicente: ‚iura, et dimitto te, maledic Christo,‘ Polycarpus respondit: ‚octoginta et sex anni sunt, ex quo servio ei, nec me ulla affecit iniuria; et quomodo possim maledicere regi meo, qui salvum me fecit?‘

X. *Polycarpus se Christianum profitetur, et de Christo loqui vult.*

Urgente rursus illo et dicente: ‚iura per fortunam Caesaris,‘ respondit: ‚si vanam ex eo quaeris gloriam, ut ego per Caesaris fortunam, ut tu ais, iurem, simulas autem nescire quis sim, palam audi: Christianus sum. Si vero christianae doctrinae rationem vis discere, da diei spatium et audi.‘ Proconsul dixit: ‚persuade populo.‘ Polycarpus respondit: ‚te quidem sermone dignum puto; edocti enim sumus, principibus et potestatibus, a Deo ordinatis, prout decet, honorem nobis non nocentem deferre; illos vero indignos puto, quibus rationem reddam.

XI. *Nec bestiarum, nec ignis minae Polycarpum perterrent.*

At proconsul ad ipsum dixit: ‚bestias habeo; his te obiiciam, nisi convertaris.‘ Ipse vero respondit: ‚arcesse eas, nos enim mutari non possumus conversione a melioribus ad deteriora; bonum autem est, me a malis ad iusta transire.‘ Rursus iste ad Polycarpum: ‚quandoquidem bestias spernis, igni te tradam consumendum, nisi sententiam mutes.‘ Cui Polycarpus: ‚ignem minaris, qui ad horae spatium ardet, ac paulo post exstinguitur; ignoras enim illum futuri iudicii et aeternae poenae ignem, qui impiis reservatur. Verum quid moraris? Profer, quodcunque volueris.‘

XII. *Polycarpus ad rogum damnatur.*

Haec vero atque alia plura cum diceret, fiducia et gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiae erat, adeo, ut non solum non concideret, iis quae ad eum dicta essent territus; sed contra proconsul stuperet, suumque mitteret praeconem ter in medio stadio proclamaturum: ‚Polycarpus confessus est, Christianum se esse.‘ Quod ubi pronuntiasset praeco, universa multitudo gentilium ac Iudaeorum, qui Smyrnam incolebant, effrenata ira et magna voce conclamabat: ‚hic impietatis est praeceptor, pater Christianorum, Deorum nostrorum eversor, qui multos docet, ne sacrificent, neve Deos adorent.‘ Haec dicentes clamabant rogabant-

---

11. ὃ *βούλει*. Male in libb. impr. *προσποιεῖς*. Apud Euseb. *προσποιούμενος ἀγνοεῖν ὅστις εἰμί. Iac.*

2) I. e. *audire te volo, si a populo prolationem supplicii poteris impetrare.* Neandro proconsul Ignatium servare voluisse videtur. Vide eius Historiam eccl. I. 1. p. 189. *H.* (ed. IV.)

3) Cfr. Rom. 13, 1. 7. Tit. 3, 1.

Cap. XI. 1) *Ὁ ἅγιος Πολύκαρπος λέγει* Vind.

2) Sc. aut bestias, aut ignem.

Cap. XII. 1) Sic Barocc. Euseb., *ταραχθέντος* Vind. Paris.

2) Pro *ἀσεβείας* restituendum esse *Ἀσίας*, Eusebii, Rufini et veteris Interpretis consentiens hic evincit auctoritas. *Usser.*

γοντες ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην[3] Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει[4] τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον ζῶντα[5] κατακαυθῆναι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς· ‚δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.‘

XIII. *Rogus exstruitur.*

Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγίνετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι, τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα· μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν, ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· παντὶ[1] γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν,[2] εἶπεν· ‚ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ δούς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας, ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.‘

XIV. *Polycarpi precatio.*

Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τας χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθείς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος[1] ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν ὁλοκάρπωμα[2] δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· ‚κύριε ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου· εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων σου, ἐν τῷ ποτηρίῳ[3] τοῦ Χριστοῦ σου, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σο υσήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας,[4] ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί· μεθ' οὗ σοὶ καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.‘

---

3) *Asiarchae* erant, qui ludos sacros in honorem Deorum pro salute provinciae suae statis temporibus procurabant. Quod vero spectacula, quae ab illis dabantur, sacra erant, inde *sacerdotes* sunt appellati. *Mader.* Valde onerosum erat hoc sacerdotium, atque idcirco nonnisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc est, quod Strabo observat, Asiarchas fere ex Trallianis desumtos fuisse, propterea quod eius urbis cives totius Asiae opulentissimi essent. *Vales.* Idem iste Philippus infra c. 21. ἀρχιερεὺς Τραλλιανὸς appellatur. *Iac.*

4) Ita Codices, teste Iacobsono, omisso augmento plusquamperfecti, quod saepius fieri testatur Winer Gramm. §. 12. *N.* 8. p. 69. ed. IV. *H.*

5) E Codd.Vind. et Paris.reposui ζῶντα, quam vocem Eusebii, Rufini, et Int. Vet.

que Philippum Asiarcham, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. At Philippus id sibi licere negavit, quia ludum bestiarium iam explevisset. Tunc placuit illis, uno consensu clamare, ut Polycarpus vivus comburetur. Necesse enim erat, ut visio illa de cervicali impleretur, quae ei ostensa fuerat, cum inter orandum illud ardens videret, et conversus ad fideles adstantes prophetice diceret: ‚oportet me vivum comburi.'

XIII. *Rogus exstruitur.*

Haec porro citius peracta sunt quam pronuntiata, cuncta plebe confestim ex officinis ac balneis ligna et sarmenta congerente; praecipue Iudaeis alacri animo, ut solent, ad ista iuvantibus.' Cum autem rogus apparatus esset, Polycarpus sibi detractis omnibus vestimentis et cingulo soluto, conabatur etiam se excalceare; quod prius non faciebat, quia semper cuncti fideles contendebant, quisnam celerius corpus eius tangeret; omni enim bono propter sanctos mores suos ille etiam ante martyrium ornatus erat. Illico nunc ille omnibus instrumentis circumdabatur, quae pro rogo parata erant. Cum vero et clavis ipsum affigere vellent, dixit: ‚sinite me sic; qui enim mihi dat ignem pati, dabit et sine vestra ex clavis cautione, immotum in pyra permanere.'

XIV. *Polycarpi precatio.*

Illi ergo non quidem clavis defixerunt, sed ligaverunt eum. Hic vero manibus in tergum reiectis ac vinctus, tanquam aries insignis ex magno grege ad oblationem, victima acceptabilis Deo praeparata, coelum intuitus dixit: ‚Domine Deus omnipotens, pater dilecti ac benedicti filii tui Iesu Christi, per quem tui notitiam accepimus, Deus angelorum et virtutum, ac universae creaturae, totiusque generis iustorum in conspectu tuo viventium, benedico tibi, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut partem acciperem in numero martyrum tuorum, in calice Christi tui, ad resurrectionem in vitam aeternam, animae et corporis, in incorruptione per Spiritum sanctum; inter quos utinam suscipiar hodie coram te in sacrificio pingui et accepto, quemadmodum praeparasti et mihi praemonstrasti et nunc adimplevisti, Deus, mendacii nescius ac verax. Quapropter de omnibus laudo te, benedico tibi, glorifico te, cum sempiterno et coelesti Iesu Christo, dilecto tuo filio, cum quo tibi et Spiritui sancto gloria, et nunc et in futura secula. Amen.'

---

auctoritate freti, hic esse legendum monuerunt Usserius et Smithus. Cod. Barocc. *Πολύκαρπον ἐπιβοῆσαι κατακαυθῆναι.* Pro *κατακαυθῆναι* Eusebius *κατακαῆναι. Iac.*

Cap. XIII. 1) *ἐν παντὶ* Euseb.

2) Non videntur haec ita intelligenda, quasi Polycarpi manus clavis transfixuri essent, et palo adfixuri; non fuisset enim haec exigua pars supplicii [quam carnifices non remisissent]. Crediderim ergo, catenas, quibus revinctae erant ad tergum manus, palo clavis adfixas fuisse, ne moverentur. *Cler.*

Cap. XIV. 1) In Martyrio Ignat. c. 2. *ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος.*

2) A graecis Interpretibus Hebraeorum עלה non per *ὁλοκαύτωμα* solum redditur, sed interdum etiam per *ὁλοκάρπωμα*, ut Lev. 1, 14. 16, 24. *Usser.*

3) Matth. 20, 22. 26, 39. Marc. 10, 38.

4) Patefecerat enim ei Deus fore, ut Christi causa combureretur, quod nunc impletum videbat. *Cler.*

XV. *Polycarpus igne non laeditur.*

Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, καὶ πληρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα μέγα εἴδομεν, οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ ἐτηρήθημεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ[1] *καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος. Καὶ γὰρ εὐωδίας*[2] *τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.*

XVI. *Polycarpus pugione transfigitur.*

Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα[1] *παραβῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ*[2] *καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γεγόνει*[3] *ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα, ὃ ἐξαφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη καὶ τελειωθήσεται.*

XVII. *Polycarpi corpus Christianis non traditur.*

Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς, ὁ ἀντικείμενος[1] *τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ, καὶ βραβεῖον ἀναντίῤῥητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν, ὡς μηδὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν ληφθῆναι,*[2] *καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. Ὑπέβαλε γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης,*[3] *ἐντυχεῖν τῷ ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῇ· ‚μὴ, φησὶν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι.' Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν,*

Cap. XV. 1) Quod ignis fornicis praebens speciem steterit, id causis physicis tribui posse censet Dalrymplius. *Iac.*

3) Ita scriptor asceticus loquitur suis ipsius affectibus plus consentaneum, quam physicae. Aliter quidem Iacobsono videtur scribenti: Exstitisse quidem fragrantiam affirmant Smyrnaei; e corpore autem Polycarpi eam effluxisse non dicunt. Neque mirum, uti monuerunt tum Iortinus tum Dalrymplius, quum sarmenta e balneis, officinis, ergasteriisque raptim comportata fuerant, si ligna nonnulla interessent odorata et aromatica.

Cap. XVI. 1) *Confectores* = qui bestias in amphitheatro *conficiebant*; si quando enim bestiae efferatae stragem populo minarentur, ii immittebantur, qui eas *conficerent* et occiderent. *Iac.*

2) De hac columba ne verbum quidem legitur apud Eusebium, Rufinum et Nicephorum; quo fit, ut falsa a multis lectio Codicum sit putata. Moynius pro *περιστερὰ* coniecit *ἐπ' ἀριστερᾷ* = *a sinistra.* Ipsi accesserunt complures viri docti. Ruchatus scribendum censuit *περὶ στέρνα*, Editor Bibliothecae Bremensis Cl. III. p. 429. coniicit *περὶ στέρνου* vel *περὶ στέρνων.* Heumannus in Exam. *fabulae de columba e Polycarpi rogo evo-*

XV. *Polycarpus igne non laeditur.*

Et postquam ‚Amen' emisisset, precationemque complevisset, ministri ignis ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma emicasset, grande miraculum vidimus, nos, quibus illud spectare concessum fuit, qui et ideo reservati sumus, ut aliis, quae contigerunt, annuntiaremus. Ignis enim fornicis speciem praebens, tanquam navis velum a vento repletum, in circulo corpus martyris circumdedit; quod, in medio positum, non ut caro assa videbatur, sed veluti panis coctus, vel sicut aurum et argentum in fornace candens. Tantam autem nos percepimus suavitatem odoris, ac si thus aut aliud quoddam pretiosorum aromatum oluisset.

XVI. *Polycarpus pugione transfigitur.*

Tandem igitur cernentes improbi, corpus eius ab igne non posse consumi, iusserunt confectorem propius accedere pugioneque eum transfigere. Quod cum ille fecisset, evolavit columba, et effluxit tanta sanguinis copia, ut ignem exstingueret, utque universa plebs miraretur, tantum esse discrimen inter infideles et electos; quorum unus hic fuit maxime admirandus martyr Polycarpus, qui nostris temporibus apostolicus et propheticus doctor exstitit, atque catholicae ecclesiae Smyrnensis episcopus. Omne enim verbum, quod ore suo emisit, aut impletum est aut implebitur.

XVII. *Polycarpi corpus Christianis non traditur.*

Sed cum aemulus ille et invidus et malus, iustorumque generi adversus, insigne illius martyrium cerneret, moresque ab ineunte aetate irreprehensos, et eum corona immortalitatis coronatum, praemiumque sine controversia reportantem; operam dedit, ne reliquiae eius a nobis auferrentur, quamvis multi id facere et sancto illius corpore participes fieri cuperent. Suggessit ergo diabolus Nicetae, Herodis patri, fratri autem Alces, adire proconsulem, ne corpus illius ad sepeliendum traderet: ‚ne,' inquit, ‚relicto crucifixo, hunc colere incipiant.' Atque haec dicebant, suggerentibus et instantibus Iudaeis, qui quoque observaverant nos, ex

---

lante statuit, monachos hoc prodigio Acta nostra auxisse. Mihi quidem longe verisimilius videtur, lectorem quempiam in animo habuisse, ad oram Codicis notare locum epistolae, ubi animam suam efflavit b. Polycarpus; ideoque, mori ecclesiae veteris obsecutum, vocem *περιστερὰ* margini adscripsisse, qua scilicet significaret, animam b. Martyris illo temporis momento e corpore liberatam, sub columbae specie ad coelum evolasse. Columbarum enim imagines etiam Christianorum sepulchris frequenter exsculptae sunt. *Iac.* Addidit ad haec *H.* ed. IV. Imago columbae apud veteres signum erat animae e corpore migrantis et in epitaphiis etc. saepe depingebatur, quo factum ut temporum progressu de multis Martyribus fama divulgaretur, ipsorum animos sub specie columbarum e corporibus mortuis evolasse. Cf. Döllinger, Hippol. 1853. p. 63. Nolte coni. *ἐξῆλθε περίπτερα αἵματος κατὰ πλῆθος = scintillarum instar sanguis spargebatur versus multitudinem.* Cf. Cant. Cantic. 8, 6.

3) Ita Iacobsonus e Codicibus. Plusquamperf. sine augmento ut supra c. 12. Vulg. *γέγονεν.*

Cap. XVII. 1) Cfr. Clem. Rom. I. Ep. ad Cor. c. 51.

2) *ληφθῆναι* Vind. Paris., *ληφθείη* vulg. ante Iac. Cfr. Mart. Ign. c. 6.

3) *Alcen* quandam salutat Ign. Ep. ad Smyrn. c. 13., ad Polyc. c. 8. Proconsulem more suo Archontem appellat.

μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες, ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα [ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν],[4] οὔτε ἕτερόν τινα σέβεσθαι. Τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς[5] τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

XVIII. *Polycarpi corpus comburitur. Reliquiae.*

Ἰδὼν οὖν ὁ [ἑκατόνταρχος][1] κεντυρίων τὴν[2] τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. Ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν ἠθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

XIX. *Laus Polycarpi martyris.*

Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων μνημονεύεται,[2] ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι· οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος, οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσιν μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν,[3] καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.[4]

XX. *Mittite hanc epistolam fratribus.*

Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα· ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε,[1] ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσιν τὸν κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων. Τῷ[2] δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλοσύνη, εἰς αἰῶνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους. Ἅμας οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν, καὶ Εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικεί.

---

4) Parenthesis ista neque in Eusebio habetur, neque in Rufino, neque in vetere nostro Interprete. *Usser.* Interpolata fuisse videtur a librario quopiam, qui in animo habebat 1 Petr. 3, 18. *Iac.*

5) Ita Iac. ex Cod. Paris. et Euseb. p. *κοινωνοὺς* vulg.

Cap. XVIII. 1) Cod. Vind. vocem [*ἑκατόνταρχος*] non exhibet teste Iac.

2) *τὴν* accessit ex Vind.

Cap. XIX. 1) Eusebius habet *δώδεκα*. Apud Eusebium Strothius et Heinichenius exhibent *δώδεκα τοῖς ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσασι*. *Iac.*

igne eum extracturos; ignari, quod nec Christum, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi fient, passus et [inculpatus pro peccatoribus], unquam derelinquere poterimus, neque alium quemquam colere. Illum enim utpote filium Dei adoramus; martyres vero tamquam Domini discipulos et imitatores merito diligimus, propter illorum eximiam erga regem ac magistrum suum benevolentiam; quorum utinam et nos fiamus consortes ac condiscipuli.

XVIII. *Polycarpi corpus comburitur. Reliquiae.*

Videns autem centurio a Iudaeis ortam contentionem, corpus in medio ignis positum exussit. Atque ita nos postea ossa illius gemmis pretiosissimis exquisitiora et super aurum probatiora tollentes, ubi decebat, deposuimus. Quo etiam loci nobis, ut fieri poterit, in exsultatione et gaudio congregatis, Dominus praebebit, natalem martyrii eius diem celebrare, tum in memoriam eorum qui certamina pertulerunt, tum ut posteri exercitati sint et parati [ad eadem sustinenda].

XIX. *Laus Polycarpi martyris.*

Haec de beato Polycarpo, qui cum iis, qui ex Philadelphia, duodecimus Smyrnae martyrium est passus, sed solus ab omnibus celebratur, ita ut a gentilibus quoque ubique locorum memoretur; qui non solum doctor insignis exstitit, sed etiam martyr eximius, cuius martyrium, evangelio Christi congruum, omnes imitari desiderant. Postquam enim sustinendo iniustum praesidem vicit, sicque immortalitatis coronam recepit, cum apostolis omnibusque iustis exsultans, Deum ac patrem glorificat, et benedicit Domino nostro Iesu Christo, animarum nostrarum salvatori, et corporum nostrorum gubernatori, nec non pastori catholicae in toto orbe ecclesiae.

XX. *Mittite hanc epistolam fratribus.*

Vos quidem petieratis, ut cuncta, quae gesta sunt, fusius vobis exponerentur; nos vero impraesentiarum summatim indicavimus per fratrem nostrum Marcum. Quae quidem cum legeritis, epistolam fratribus remotioribus transmittatis, ut et ipsi glorificent Dominum, qui ex suis famulis delectum facit. Ei, qui omnes nos gratia sua atque indulgentia in regnum suum aeternum potest inducere per unigenitum filium suum Iesum Christum, ipsi sit gloria, honor, imperium, maiestas, in secula. Amen! Salutate omnes sanctos. Vos, qui nobiscum sunt, salutant, et qui scripsit haec, Evarestus cum omni domo sua.

---

2) Apud Euseb. *ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημονεύεται.*

3) *Ἰησοῦν — ψυχῶν ἡμῶν* e Cod. Paris. restituit Iac.

4) Post haec subiungit Cod. Vind. *καὶ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα· ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες τὸν μὲν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, ὡς υἱὸν ἀληθινὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μιμητὰς καὶ μαθητὰς τοῦ Κυρίου ἀγαπῶμεν ἀξίως· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς πάντας σὺνκοινωνοὺς* (sic.; *συγκοι* alia manus alio atramento ad oram) *αὐτῶν γενέσθαι, καὶ ἐπιτυχεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, σὺν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* Caetera, usque ad finem epist. non agnoscit Cod. Vind. *Iac.*

Cap. XX. 1) *διαπέμψατε* proposuerunt Usserius et Smithus.

2) Cfr. Rom. 16, 25—27.

XXI. *Martyrii tempus.*

Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ[1] *δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων,*[2] *σαββάτῳ μεγάλῳ,*[3] *ὥρᾳ ὀγδόῃ.*[4] *Συνελήφθη δὲ*[5] *ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως*[6] *Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στατίου*[7] *Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.*

XXII. *Salutatio. Epistolae transscriptores.*

Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν· καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς.

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος,[1] *ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.*

Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι τοῦ μακαρίου[2] *Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν αὐτοῦ,*[3] *ᾧ ἡ δόξα, σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Cap. XXI. 1) Smyrnaei a 25 die Martii Xanthicum suum inchoarunt. *Usser.* De chronologia huius capitis Hef. conferri vult Ideler, Handb. der Chronol. T. I. p. 419. 430.

2) Longe meliori Codice usus est Constantinopolitanus Chorographus, Siculorum Fastorum auctor, qui legit *Ἀπριλλίων*. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum, et Asiani anni ratio et magni Sabbati character evincit, licet apud Latinos 26 Ian., apud Graecos 23 Febr. celebretur. Ex quibus etiam characteribus manifeste deprehenditur, anno vulgaris aerae christianae 169, et imperii M. Aurelii nono passionem eius contigisse. *Usser.* Cui adstipulatur Pagius ad ann. 167 n. 3 et 4. Anni 161 rem agit Stieren, über d. Todesjahr Justins, in Illgenii Zeitschr. f. d. histor. Theol. 1842. fasc. I. p. 34. *H.*

3) Vid. supra c. 8.

XXI. *Martyrii tempus.*

Martyrium autem passus est beatus Polycarpus Xanthici mensis ineuntis die secundo, ante septimum Calendas Maias, magno sabbato, hora octava. Captus est autem ab Herode, sub pontifice Philippo Tralliano, proconsule Statio Quadrato, regnante autem in secula Iesu Christo, cui sit gloria, honor, maiestas, thronus sempiternus, a generatione in generationem. Amen!

XXII. *Salutatio. Epistolae transscriptores.*

Optamus, fratres, vos valere ac incedere in evangelico sermone Iesu Christi; cum quo gloria sit Deo, et Patri et Spiritui sancto, ob sanctorum electorum salutem; quemadmodum beatus Polycarpus martyrium pertulit, ad cuius vestigia utinam inveniamur in regno Iesu Christi!

Atque haec ex codice Irenaei, discipuli Polycarpi, descripsit Caius, qui et ipse cum Irenaeo conversatus est. Ego vero Socrates Corinthi ex Caii exemplari haec descripsi. Gratia sit cum omnibus.

Et posthaec ego Pionius ex suprascriptis haec exaravi, postquam illa perquisivissem, et beatus Polycarpus ea per revelationem mihi manifestasset, ut in sequentibus declarabo. Collegi ea, propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentia, ut me quoque cum electis suis in regnum suum coeleste colligat Dominus Iesus Christus, cui sit gloria cum Patre et Spiritu sancto, in secula seculorum. Amen!

---

4) I. e. ante meridiem; non enim de Romana, sed de Asiatica horas computandi ratione hic est sermo, eadem scilicet, qua nos hodie utimur. *Iac.*

5) δὲ ex Paris. addit Iac.

6) Qui prius (c. 12.) ἀσιάρχης, nunc ἀρχιερεὺς appellatur. *Usser.*

7) Στρατίου ed. etiam Iac. ex Codd., quod cum vet. Int. in *Statii* mutandum.

Cap. XXII. 1) Vitam Polycarpi ‚primum graece conscripsisse Caium, S. Irenaei Lugdunensis Episcopi discipulum,‘ non recte hinc collegit P. Halloixius. Nam aliud nihil hinc deduci potest, quam ex Irenaei exemplaribus Gaium, ut ex Gaii exemplaribus Socratem Corinthium, praesentem hanc Smyrnensis Ecclesiae Epistolam transcripsisse. *Usser.*

2) Vocc. τοῦ μακαρίου e Codd. Paris. et Barocc. in textum admissa.

3) Verba εἰς τὴν — αὐτοῦ praetermiserat Usserius. *Iac.*

HERMAE[1] PASTOR.

LIBER PRIMUS,

QUI INSCRIBITUR:

VISIONES.

VISIO I.

Contra turpes et elatas cogitationes, et negligentem Hermae filiorum castigationem.

(A) I. Qui enutriverat me, vendidit[2] quandam puellam Romae. Post multos autem annos hanc visam ego recognovi,[3] et coepi eam diligere ut sororem. Exacto autem tempore aliquo,[4] lavari eam in flumine Tiberi vidi, et porrexi ei manum, et eduxi eam e flumine.[5] Visaque ea cogitabam in corde meo, dicens: ‚felix essem, si talem uxorem, et specie et moribus, sortitus essem.' Hoc solum, nec ultra quicquam cogitavi. Post tempus autem aliquod, cum iis cogitationibus proficiscens, honorificabam creaturam Dei, cogitans quam magnifica et pulcra sit.[6] Et dum ambulassem, obdormivi. Et spiritus me rapuit,[7] et tulit me per quendam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, et abruptus, et invius[8] ab aquis. Cumque transissem locum illum, veni ad planitiem, et genibus positis coepi orare Dominum, et confiteri peccata mea. Et orante me apertum est[9] caelum, et video mulierem illam, quam concupieram, salutantem me de caelo et dicentem: ‚Herma, ave.' Et ego prospiciens illam dico ei: ‚domina, quid tu heic facis?'[10] Ac[11] illa respondit mihi: ‚recepta sum huc,[12] ut

---

Titulus iste in libb. impressis praevius auctoritate Mss. niti videtur nulla, ab editoribus quippe pro cuiuslibet commodo atque arbitrio conflictus. In Codice Vaticano 3848 haec inscriptio:

INCIPIT PROLOGUS LIBRI PASTORIS - IN HOC CORPORE CONTINETUR

liber qui appellatur pastoris quem sanctus Hieronimus presbiter in cathalogo illustrium virorum inter ecclesiasticos scriptores ita meminit· dicens· Herman cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit· salutate flegontam hermen patrobam herman et qui cum eis sunt fratres· et asserunt auctorem esse libri qui appellatur pastor et apud quasdam gretie ecclesias publice legitur. Revera utilis liber· multique de

INCIPIT LIBELLUS SANCTI PASTORIS.

INCIPIT VISIO PRIMA, QUAM VIDIT HERMA.

(B) I. Qui me nutrivit, vendidit me in urba Roma cuidam[1] feminae nomine Radae. Post multum temporis eam cognovi et coepi quasi sororem amare. Quam cum postea in flumine, qui appellatur Tiberis, lavantem [se] vidissem, porrexi ei manum, et produxi eam. Et bonam speciem eius considerans, coepi in animo meo cogitare dicens: beatus essem, si talem uxorem haberem bonis moribus et optima specie. Cumque hoc solum cogitassem et postea venissem apud civitatem Ostiorum et gratularer in omnibus creaturis Dei, quod magnae et ornatae et potentes essent, ambulans obdormivi. Et spiritus me sustulit, et tulit me in altam viam, per quam homo ambulare non poterat; erat enim rupibus et scissuris delabentibus conrosa.[2] Transiens ergo flumen illud veni in locis mollibus, et posui genua mea et coepi orare Dominum et confiteri mea peccata. Me autem orante apertum est caelum, et video feminam illam, quam desideraveram, salutantem me de caelis [et] dicentem: ave Herma. Respiciens autem eam dixi ei: domina, quid ibi facis? Quae respondit mihi: sursum sublata sum, ut tua peccata redarguam apud

---

eo scriptorum veterum usurpaverunt testimonia. Sed apud latinos pene ignotus est.

liber pastoris

Liber pastoris nuntii penitentie. Mandata ac similitudines eius quibus apparuit et locutus est herme. Cui etiam in principio apparuit ecclesia in variis figuris. Sunt ergo uisiones ecclesie numero quattuor pastoris nuntii penitentie uisionum numerus quinque· mandata eiusdem numero duodecim· similitudines ipsius numero decem.

Capitum lemmata Cotelerii sunt.

2) *vendit* Vat. Esse Hermam Roma oriundum, hinc male nonnulli colligunt; Romae plus minusve temporis eum vixisse, haud dubie illinc apparet, quod Tiberim ac civitatem Ostiorum viamque Appiam (Campanam) et agrum Cumanum praesens vidit.

3) *cognovi* Vat., vocc. *autem* et *visam* omissis.

4) *post tempus aliquod* p. *Exacto autem tempore aliquo* Vat.

5) *duxi eam de flumine* Vat., qui ante scr. *libris.*

6) Exhibet Vat. *Visaque ea dixi. felix essem si talem uxorem haberem. et speciem cum vidissem cogitabam in corde meo dicens. felix essem si talem uxorem haberem et spetie et moribus. Hoc solum cogitavi nec ultra aliquid cogitavi. post tempus aliquod proficiscens cum his cogitationibus proficiscens honorificans creaturam dei· quam magnifica et pulcherrima sit.*

7) Spiritus afflatu ad visionem obtuendam idoneus superne redditur.

8) *abrupens* p. *abruptus, et invius* Vat.

9) *est* om. Vat., ex quo dedi, suffragante editione principe (Fabri Stapulensis) et Codice Palatino 150. *mulierem illam, quam concupieram* p. *mulierem, quam concupiveram* vulg.

10) *quid hic facis domina* Vat.

11) *Ac* p. *At* cum. Vat.

12) *precepta sum* p. *recepta sum huc* Vat.

1) In Cod. Palatino prima manus scripserat *qumdū*, unde radendo factum est *cuidū*. Deinde distincte *radae.*

2) *conrosas* Pal.

peccata tua arguam apud Dominum.'[13] ‚Domina,' inquam, ‚num tu me argues?' ‚Non,' inquit. ‚Sed audi verba, quae tibi dictura sum. Deus, qui in caelis habitat, et condidit ex nihilo ea quae sunt, et multiplicavit propter sanctam ecclesiam suam, irascitur tibi, quoniam peccasti in me.' Respondens dico ei: ‚domina, si in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco,[14] aut quando tibi turpe verbum[15] locutus sum? Nonne semper te quasi dominam[16] arbitratus sum? Nonne semper te veritus[17] velut sororem? Quid in me[18] commentiris haec tam nefanda?' Tunc illa arridens mihi ait: ‚in corde tuo ascendit concupiscentia nequitiae. An[19] non videtur tibi, viro iusto rem iniquam esse, si ascenderit in corde mala concupiscentia? Peccatum est ei, et quidem grande. Iustus enim vir iusta[20] cogitat. Cogitante ergo illo quae iusta sunt, et recte eo incedente,[21] in caelis propitium habebit Dominum in omni negotio suo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus suis, mortem et captivitatem sibi[22] assumunt; maxime ii,[23] qui seculum hoc diligunt, et gloriantur in divitiis suis, et qui non exspectant futura bona: vacuantur animae eorum. Haec autem faciunt dubii, qui non habent spem in Domino, et contemnunt et negligunt vitam suam.[24] Sed tu ora ad Dominum, et sanabit peccata tua, totiusque domus tuae, et omnium sanctorum.'

(A) II. Postquam autem locuta est[1] verba haec, clausi sunt caeli. Et ego totus eram in maerore[2] et metu, et dicebam intra me: ‚si hoc mihi peccatum adscribitur, quo modo potero salvus esse, aut quo modo exorabo Dominum pro peccatis meis abundantissimis? Quibus[3] verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius sit?' Haec me recogitante et discernente in corde meo, video contra me cathedram[4] de lanis candidis, sicut nix, factam magnam. Et venit mulier anus in veste splendida, habens librum in manu; et sedit sola,[5] et salutavit me: ‚Herma, ave.' Et ego maestus et plorans dixi: ‚domina, ave.' Et illa dixit mihi: ‚quid maestus es, Herma, qui eras patiens et modestus et semper hilaris?' Respondens dico ei: ‚domina, contumelia mihi[6] obiecta est a muliere optima, dicente, quod[7] peccavi in eam.' Ac[8] illa dixit mihi: ‚absit a servo Dei res ista. Sed forte in corde tuo ascendit illius concupiscentia.[9] Est quidem in servis Dei talis cogitatio peccatum inferens. Non enim debet haec cogitatio abhorrenda esse in servo Dei, neque spiritus probatus concupiscere malum

---

13) *a domino* p. *apud Dominum* Vat., qui pergit *domina nec tu me arguis. Non inquit sed audivi verba que tibi incipio dicere · dominus qui in celis.* Laudatum hunc locum habemus apud Orig. Tom. I. comment. in Ioann. I, 1. T. I. P. I. p. 37. ed. Lommatzch. Cfr. infra Mand. 1.

14) *et ubi aut in quo loco* Vat.

15) *Vulg.* pron. *aliquod* post *verbum* exclusi c. Pal. Vat.

16) *ac si deam* p. *quasi dominam* Vat.

17) *veritus* (Fab. Stap. *veritus sum*) p. *reveritus sum* ex Vat.

18) *mei* p. *in me* Vat., cum quo subinde mutavi *comminisceris* in *commentiris. Quid michi commentaris* Fab. St.

19) *Aut* p. *An* Vat., mox *sevam rem esse si ascendit in corde illius mala concupiscentia peccatum ei quidem magnum.*

20) *iuste* Vat.

21) *ingrediente illo* p. *eo incedente* Vat.

22) *sibi* adiunxi ex Pal. Vat. et Fab. St.

23) *hi* Vat., qui repetit post *divitiis suis* vocc. *mortem et captivitatem sibi assumunt.*

24) *et contempnunt negligunt viam suam* Vat.

Dominum. Dico ego ei: tu ergo me accusas? Et ait mihi: ego non; sed audi sermones meos, quos incipio tibi dicere. Deus, qui habitat in caelis, et fecit ex nihilo, ut essent omnia abundare et crescere propter sanctam ecclesiam suam, irascitur[3] tibi, quoniam peccasti in me. Respondens autem dixi ei: in te quomodo peccavi, aut quando tibi impudicum verbum locutus sum? Non semper te verecundatus sum quomodo sororem? Quid in me mentiris haec iniqua et immunda? Illa autem ridens dixit mihi: in corde tuo ascendit concupiscentia iniqua. Aut non tibi videtur homini iusto iniqua res esse, si ascenderit in corde eius iniqua concupiscentia? Peccatum est, et magnum. Dicebas mihi: vir iustus iusta cogitat. Quando autem iusta cogitat, ipse se corrigit, et gratia eius in caelis erit, et propitium habebit Dominum in omni negotio suo. Qui autem iniqua cogitant in cordibus suis, mortem et captivitatem sibi adquirent; maxime illi, qui seculum hoc sibi vindicant, et luxuriantes in divitiis suis gloriam venturam negligunt. Non resistunt iisdem luxuriis[4] animae suae non habentes spem vitae; ipsi enim de se et de vita sua desperant. Tu autem ora ad Dominum, et dimittet tibi peccata tua et totius domus tuae et omnium sanctorum.

(B) II. Et cum locuta fuisset verba ista, clusi[1] sunt caeli. Et ego totus in timore eram tremens et tristis. Dicebam autem in corde meo: si hoc peccatum mihi adscribitur, quomodo possum salvari, aut quomodo Dominum Deum propitiare in his peccatis possum meis, aut quibus verbis eum rogare, ut mihi propitietur in his quae cogitavi? Et me hoc disputante[2] in corde meo, video contra me cathedram candidam de lanis niveis factam magnam. Et veniens quaedam femina senior in veste limpida, habens librum in manibus, et sedens sola salutavit me dicens: ave Herma. Et ego tristis et plorans dixi ei: ave domina. Et dixit mihi: quid tristis es tu, longanimis et sine iracundia et omnia ridens? Quid sic vultu tristi[3] es et non hilari? Et ego dixi ei: a femina bona dicente mihi, quod peccassem in ea. Et illa dixit mihi: nequaquam super servum Domini hoc negotium. Sed forte in corde tuo [concupiscentia] ascendit de ipsa. Est quidem servis Dei cogitatio peccatum adferens. Iniqua autem cogitatio est[4] timida in omni casto spiritu et

---

Cap. II. 1) *postquam locuta est autem* Vat. Respicit animo ancipite homines sive *διψύχους*. Cfr. Ep. Iac. 1, 8. Vis. 3, 4.

2) *memore* Vat.

3) *plenissimis. Quantis* p. *abundantissimis? Quibus* Vat.

4) I. e. ex adverso positam sellam. *Fabricius.*

5) *singularis* Vat. *Mulier anus* (Pal. *femina senior*) Hermam salutans figura Ecclesiae est. Huc spectant, quae Hieron. scribit in Osee ad c. 7, 9.

6) *mihi* ponitur post *est* in Vat.

7) *quī* Vat.

8) Ita c. Vat., *Et* Pal., *At* vulg. Sequens *mihi* non est in Vat.

9) *illa* p. *illius concupiscentia* Vat. *Concupiscentiae* voce usum fuisse auctorem ex notione in scholis recepta, ut docet Oxon., vix persuasum sibi habebit, qui haec et quae sequuntur, attente legerit.

3) *irascor* Pal.

4) *et luxoriantes indi divitiis suis gloriam venturam negligent. Non resistens hisdem luxoriis* Pal.

Cap. II. 1) Ita scribit Pal.

2) *disputantem* Pal.

3) *tristis* Pal.

4) *et* Pal.

opus; et praecipue Hermas, qui est continens ab omni concupiscentia scelesta,[10] et est omni simplicitate plenus et innocentia magna.'

(A) III. ‚Verumtamen[1] non causa tua irascitur Deus, sed propter domum tuam, quae nefas admisit in Dominum et in parentes suos. Et tu cum sis amator filiorum, non commonuisti domum tuam, sed dimisisti illos conversari violenter.[2] Propter hoc enim[3] irascitur tibi Dominus; sed sanabit[4] omnia quae ante gesta sunt mala in domo tua. Propter illorum enim peccata et iniquitates consumtus es a secularibus negotiis.[5] Iam enim misericordia Dei miserta[6] est tui et domus tuae, et conservavit te in gloria. Tu tantum noli vagari, sed animaequus[7] esto, et conforta domum tuam. Tanquam aerarius producens opus suum exponit ei cui vult, sic et tu verbum quotidianum iustum docens abscindes grande peccatum.[8] Ne desinas ergo commonere natos tuos; scit enim Dominus, quod[9] poenitentiam agent ex toto corde suo, et scribet[10] te in libro vitae.' Cumque finisset verba haec, ait mihi: ‚vis audire me legentem?' Dico ei:[11] ‚domina, volo.' ‚Esto ergo auditor.' Et revoluto libro legebat gloriose,[12] magnifice et mirifice, quae non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terrifica,[13] quae non poterat homo sustinere. Novissima tamen verba memoriae mandavi;[14] erant enim pauca[15] et utilia nobis: ‚ecce Deus virtutum, qui invisibili virtute et magno sensu suo condidit mundum, et honorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae, et fortissimo[16] suo verbo confixit caelum, et fundavit terram[17] super aquas, et virtute sua potenti condidit sanctam ecclesiam suam,[18] quam benedixit; ecce, transferet caelos ac montes, colles[19] ac maria, et omnia plana fient electis eius, ut reddat illis repromissionem, quam repromisit, cum multo honore et gaudio, si servarint[20] legitima Dei, quae acceperunt in magna fide.'

(A) IV. Cumque consumasset legendo, exsurrexit de cathedra; et venerunt quattuor iuvenes, et tulerunt cathedram[1] ad orientem. Et vocavit me ad se, et tetigit pectus meum aitque mihi: ‚placuit tibi lectio mea?'

---

10) In Vat. enuntiatio ita sonat: *Non enim cogitatio hec debet esse abhorrenda servo dei et spetie probatus concupiscere in malum opus et precipue herma qui est continens ab omni pollutione scelesta.* Ex Codice. Carmelit. Paris. Cotelerius affert *spiritu probatus*, quod praestat, nisi scripseris *castus spiritus et probatus.*

Cap. III. 1) *sed* Vat., ex quo reposui *causa tua* p. *causa tui*, et favente Pal. *Deus* p. *Dominus.* In Vat. *irascetur* p. *irascitur.* Quid significet Hermae *domus*, distinctius dicitur Vis. 2, 2.

2) *conviolari seve* p. *conversari violenter* Vat.

3) *enim* om. Vat.

4) *sanauit* Vat.

5) Hinc et ex verbis: *negotationibus implicitus es* (Vis. 2, 3.) coniecit Cotta (Kirchengesch. I. p. 648.), Hermam exercuisse mercaturam, divitiasque suas filiorum nequitia perdidisse. Similiter Fleury (hist. eccl. T. I. Lib. 2. §. 44.) suspicatur, Hermam fuisse *laicum*, a filiis ad inopiam redactum (*consumtus a secularibus negotiis*). Contra Dodwellus et Tillemontius Hermam *clericum* fuisse opinantur. Cfr. Iachmannus, Der Hirte des Hermas, Königsberg 1835. p. 26 et 27. *H.*

6) *miserata* Vat. Ibidem mox om. *te.*

7) *animequius* Vat.

8) *tamquam errarius producens domum opus suum opricuum ei cui vult. sic et tu verbum cotidianum iuste dicens absides grande peccatum* Vat.

9) *deus qm̄* p. *Dominus, quod* Vat.

10) *scribit* Vat. In Pal. *et scribentur*

probato, si desideravit opus iniquum, et maxime tu, qui abstines ab omni desiderio iniquo, et [es] totius simplicitatis et innocentiae magnae.

(B) III. Sed non propter hoc irascitur tibi Deus, sed ut domum tuam quae iniqua egit ante Dominum et in vobis parentibus suis corrigas. Tu autem satis diligens filios tuos non monebas domum tuam, sed reliquisti eos, ut multum corrumperentur. Propter hoc ergo irascitur tibi Deus; sed purgabit omnem iniquitatem suam, quae ante facta est in domo tua. Propter illorum autem peccata et iniquitates tu corruptus es a secularibus actibus. Sed in multa miseratione Dominus misertus est tibi et domui tuae, et conservavit domum tuam. Sicut enim faber ferrarius molliens opus suum et quomodo voluerit perficiet:[1] ita et sermo iustus quotidianus convincit omnem iniquitatem. Non deficias ergo monens filios tuos; scio autem, quod iam poenitentiam agent ex omni corde suo,[2] et scribentur in libris vitae sanctorum. Et postquam locuta est haec verba, dixit mihi: vis audire me legentem? Et ego dixi: etiam domina. Et ait mihi: esto audiens: audi laudes Dei. Et cum audissem magna et mirabilia, non potui ea in mente habere: omnia autem verba terribilia, quae non potest homo portare. Novissima autem verba in mente habui; erant autem nobis consentanea et mansueta: Ecce Deus virtutum, qui omnia virtute sustentabili et sensu suo magno aedificans seculum et magno consilio ponens decorem creaturae suae et fortissimo verbo[3] suo configens caelum et fundans terram super aquam, et potenti virtute aedificans sanctam ecclesiam suam, quam et benedixit — ecce transferet caelos et montes et colles et maria, et omnia plana fient electis eius, ut reddat eis promissionem, quam promisit, cum multa gloria; et gaudium [erit magnum,] si servaverint legitima Dei sui, quam acceperunt cum magna fide.

(B) IV. Cum ergo finisset legens et se levasset de cathedra, venerunt quattuor iuvenes et tulerunt cathedram et ierunt ad orientem. Vocans autem me tetigit pectus meum et ait mihi: placuit tibi lectio mea? Et

---

in libris vitae sanctorum. Cfr. Phil. 4, 3. Apoc. 20, 15.

11) *ei* om. Vat.

12) *glorias* Vat.

13) In libro apocrypho Esdrae IV. 6, 17. auditur *sonus eius sicut sonus aquarum multarum.* Plura persimilia Esdrae et Hermae Pastoris congessit Iachmann l. c. p. 65.

14) *Novissima tamen verba in verba memoria mandavi* Vat.

15) *modica* Vat.

16) Vocc. *circumdedit decorem creaturae suae, et fortissimo* des. in Vat.

17) *terras* Vat.

18) *suam* om. Vat.

19) *colles* om. Vat., ubi mox c. ed. pr. et Cot. *plena* p. *plana*, quod quidem distincte exhibet Pal. Vid. II Petr. 3, 5. Loquitur de *electis* (Cfr. Rom. 8, 33. Matth. 22, 16. Ioan. 13, 18. Eph. 1, 4.), docens simul hominis libertatem Sim. 8, 6. 11. Vide Iachmann p. 78.

20) *si servarint* Vat., *si servaverint* Vict. ap. Cot. et Pal., *servaverint* absque *si* Cot.

Cap. IV. 1) *tricum* (sic) *cathedram* p. *cathedram* Vat.

Cap. III. 1) *perficiet eum* Pal., ubi postmodum *convincit omne iniquitatem.*

2) *quod iam penitentiam agebunt ex omni corde tuo* Pal.

3) *vero* Pal.

Dico ei; ‚domina, haec mihi novissima placent; priora autem saeva et dura sunt.' Ac[2] illa ait mihi: ‚haec novissima iustis,[3] priora autem refugis et ethnicis.' Et cum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt, et sustulerunt illam humeris,[4] et abierunt, ubi et cathedra erat, ad orientem. Hilaris autem discessit. Et cum iret,[5] ait mihi: ‚confortare, Herma!'

VISIO II.

Rursum de negligenti uxoris loquacis et filiorum libidinosorum castigatione, et eius moribus.

(A) I. Cum vero proficiscerer Cumis[1] circa illud tempus quo et anno priore, ambulans commemoratus sum anni prioris visionem. Rursumque me abstulit spiritus, et duxit[2] me in eundem locum, quo anno priore.[3] Cumque venissem ad illum locum, positis genibus[4] coepi orare Dominum, et honorificare nomen eius, quod dignum me arbitratus sit, et manifestaverit mihi peccata pristina. Et cum surrexissem ab oratione, video[5] contra me anum illam, quam et anno superiore[6] videram, ambulantem et legentem libellum aliquem. Et ait mihi: ‚potes haec electis Dei renuntiare?' Dico ei: ‚domina, tanta[7] in memoria retinere non possum; da autem mihi libellum, et describam.' ‚Accipe,' inquit, ‚et restitues mihi cum.'[8] Ut autem accepi, in quendam locum agri secedens,[9] descripsi omnia ad litteram; non inveniebam enim syllabas. Cumque consummassem scripturam[10] libelli, subito de manu mea raptus est libellus; a quo autem, non vidi.

(A) II. Post quindecim autem dies, cum ieiunassem, multumque Dominum rogassem,[1] revelata est mihi scientia scripturae. Erat autem scriptura haec: ‚semen tuum, Herma, deliquit in Dominum,[2] et prodiderunt parentes suos in nequitia[3] magna. Et audierunt proditores parentum, et prodentes[4] profecerunt. Sed etiamnunc adiecerunt peccatis suis libidines et commaculationes[5] nequitiae, et sic impleverunt iniquitates suas.

---

2) Ita Vat., *et* Pal., *At* vulg.

3) Cotelerii mendum *istis* ab ipso correctum, repetiit Cler. e. lectione Lamb. *iustis* ad oram, ac si ea fuisset nova.

4) *eam in humeris* p. *illam humeris* Vat.

5) Sic ex Pal. Vat., *abiret* vulg.

Vis. II. 1) Ita edidi duce Cod. Pal. In Vat. sicuti in rlqq. Mss. et libr. impr. *cum his* suppl. *cogitationibus*. Verum iam vidit Cotelerius.

2) *spetie et eduxit* p. *spiritus et duxit* Vat., i. e. per apocalypsin.

3) *priore* c. Vat. et Fab. St., *primo* Cot.

4) *genubus* Vat. Vocc. *Cumque venissem ad illum locum, positis genibus coepi orare Dominum* Gallandius non inique textui inseruit ex Cod. Carmel.; extant eadem in Vat. et pauca cum varietate in Pal.

5) *audivi* Vat.

6) *priore* Vat. Cfr. Vis. 1, 2.

7) *tanta* non est in Vat.

8) Ita ex Vat., *restituas mihi illum* vulg.

9) *sedens* Vat., *in uno loco sedi* Pal. Cfr. Clemens Alex. Strom. VI, 15. p. 806. Veteres scriptione continua multum quoque temporis post saeculum secundum non solum in nummis et lapidibus signandis, sed in libris etiam conscribendis usos fuisse, testes sunt Codd. manu scripti SS. Bibliorum Gr., Virgilii et Ternetii, qui in bibliotheca Vaticana numeris 1209. 3225. 3226. signati asservantur, ut de multis aliorum auctorum palimpsestis

ego dixi: haec novissima mihi placent; priora autem dura et difficillima. Et ait mihi: haec novissima iustis, priora autem gentibus et qui praevaricatores sunt. Cum autem loqueretur mihi, duo quidam viri paruerunt et sustulerunt eam manibus suis et ierunt, ubi et cathedra, ad orientem. Hilaris enim ibat. Et cum iret, dixit mihi: viriliter age.

VISIO SECUNDA.

(B) I. Cum apud regionem Cumanorum iter facerem, eo tempore quo antea fueram, ambulans memoratus sum prioris visionis. Et iterum tulit me spiritus et duxit in eo loco, ubi et antea. Veniens ergo ad illum[1] locum posui genua et coepi orare Deum et laudare nomen eius, quoniam dignum me duxit et nota mihi fecit peccata mea priora. Et cum surrexissem ab oratione, video contra me illam seniorem, quam videram, ambulantem et librum legentem. Et ait mihi: potes haec electis Dei nuntiare? Et ego dixi ei: haec tanta memor esse non possum; sed da mihi ipsum librum, ut scribam mihi illum. Accipiens autem librum, in uno loco sedi et scripsi omnia per ordinem. Non autem inveniebam per syllabas declinare ipsam scripturam. Et cum finissem omnem scripturam eiusdem libri, subito idem[2] liber a nescio quo raptus est de manibus meis.

(B) II. Post quindecim autem dies, cum ieiunarem et multum Dominum orarem, demonstrata est mihi notitia ipsius scripturae. Erant autem scripta haec: semen tuum Herma deliquit in Domino, et blasphemaverunt Dominum et tradiderunt parentes suos in nequitia magna. Et audierunt traditores parentum, et tradentes eos nihil sibi profuerunt. Sed superaddiderunt peccatis luxurias et compositiones iniquitatum, et

---

nostro tempore proditis taceam. Quae cum ita sint, mirantur viri docti, quod Hermas *syllabas* desideret, cum ne *voces* quidem in scriptione continua reperiantur separatae. Ast in hoc loco ab interpretibus tantum agitato nihil eum offendit, qui genuinum eius sensum capiat. Hermas quippe in libro illo non quaerit, quod invenire nequit. Nihil sane ex libro intelligit, utpote quem legere non possit. Legere autem non potuit id, quod syllabatim oculis dividere, iamque eo ipso tempore mente comprehendere (*συλλαμβάνειν*) non valebat. Unde nihil aliud notat novi, quam quod nec ore nec oculis nec mente scripturam illam potuerit syllabatim efferre. Favet huic interpretationi lectio Codicis Pal. *Non autem inveniebam per syllabas declinare ipsam scripturam*, sive vocem *syllaba* proprio suo sensu sive de *verbis* accipias, ut est ap. Martial. 1, 62. de Catullo:

Verona docti syllabas amat vatis,
Marone felix Mantua est,

ubi intelligas numeros et versus.

10) *scripturas* Vat.

Cap. II. 1) Ita est in Vat. et ap. Fab. St., *dominum orarem* Pal., *rogassem Dominum* Cot. Revelata est Hermae scientia scripturae libelli ei traditi.

2) *deliquid in domino* Vat.

3) *equiciam* Vat.

4) Sic Cod. G. (Sanct. Germ.) ap. Cot., cuius textus et Vat. *prudentes*, ut ed. Fab. St. Recte Gallicciolli: Porsero orecchio a quelli che si fan beffe de' genitori, e nelle loro onte quelli sopravanzarono. Aliter Pal. in secundo membro. Agitur autem in primo de Christianis parentibus apud iudices paganos denuntiatis.

5) *commoderationes* Vat., *compositiones* Pal., quod praestat.

Vis. II. 1) *illud* Pal.

2) *sibito ide* scr. Pal. Ultima vox fortassis transcriptio est verbi *ἴδε* (*ἰδού*) = *ecce*. Tum legas *subito ecce* vel *ecce subito*.

Sed impropera verba haec filiis tuis omnibus et coniugi tuae, quae futura est soror tua.[6] Et ipsa enim compescat linguam suam, in qua malignatur. Sed[7] auditis verbis his continebit se, et consequetur[8] misericordiam. Erudietur enim, postquam improperaveris illi haec verba, quae mandavit ille dominator,[9] ut tibi revelentur. Tunc remittentur[10] illis peccata, quae[11] iampridem peccaverunt, et omnibus sanctis, qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex toto corde suo egerint poenitentiam, et abstulerint[12] a cordibus suis dubitationes. Iuravit enim dominator ille per gloriam suam super electos suos, praefinita ista die[13] etiammunc si peccaverit aliquis, non habiturum illum salutem. Poenitentiae enim iustorum habent fines. Impleti[14] sunt dies poenitentiae omnibus sanctis; gentibus autem poenitentia usque in novissimo die.[15] Dices ergo eis qui praesunt ecclesiae, ut dirigant vias suas[16] in iustitia, ut recipiant in pleno repromissionem cum multa gloria. Permanete[17] ergo, qui operamini institiam, et sic facite, ut sit transitus vester cum sanctis angelis. Felices vos, quicunque sustinetis pressuram supervenientem magnam, et quicunque non negaverit vitam suam. Iuravit enim Dominus per Filium suum: qui denegaverit Filium et se, spondentes se vitam illius, et ipsi denegaturi sunt illum in advenientibus diebus.[18] Ii[19] autem qui nunquam[20] denegaverint, ob nimiam misericordiam propitius factus est illis.'

(A) III. ,Tu autem, Herma, noli meminisse iniuriarum[1] filiorum tuorum, sed nec sororem tuam negligas; sed cura, ut emendentur[2] a pristinis peccatis. Erudientur[3] enim doctrina ista, si tu iam non fueris memor iniuriae[4] illorum. Memoria enim iniuriarum[5] mortem operatur, oblivio vero earum vitam aeternam. Tu autem,[6] Herma, magnas tribulationes seculares sustinuisti propter praevaricationes domus tuae, quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexisti,[7] et in negotiationibus tuis malignis implicitus es. Sed illud te salvum faciet, quod non discesseris a Deo

---

6) Durante primo Christianae pietatis ardore, coniugati subinde, ex consensu, thori commerciis abstinebant, et uxor in sororem cessit. *Oxon.* Cfr. Tertull. lib. I. ad uxor. c. 6. Vid. cap. seq. et Sim. 9, 11. Clemens Alex. Strom. III, c. 6. VI, c. 12.

7) Ita G, Vat., Gallicciolli, *et* Cot. c. Fab. St. Maiori signo distinxi post *malignatur* c. Vat. Pal.

8) *habebit* Vat.

9) *improbaveris hec verba illi que mandavit illi dominator* Vat.

10) *emittentur* Vat.

11) *qui* Vat., ubi des. vocc. *et omnibus sanctis, qui peccaverunt.*

12) *abstulerunt* Vat.

13) *quod si super statuta die adhuc peccatum fuerit* Pal. Interpunctione post *die* c. Vat. sublata alius nascitur sensus. Iam non de die iudicii locus accipiendus esse videtur. Neque autem de illa die cogitaverim, qua Hermas oraculum accepit, sed de ea, quam Dominus sapienter sibi praefixit, hominibus certe ignotam.

14) *repleti* Vat.

15) *et gentibus autem penitentie usque in novissima die* Vat.

16) *suas* om. Vat.

17) Prius *permanente* Vat.

18) Ita iam edidit Fab. St., nescio an Codd. auctoritate nisus. Coniectando potius ita conflictus mihi esse videtur totus locus. At si coniectura necesse est, proposuerim hanc, quae ad Mss. proprius accedit: *Iuravit enim Dominus per filium suum: qui denegaverint filium seque, despondent vitam suam, quia eum denegaturi sunt etiam in advenientibus diebus.* In Codd. Carmel. Bodl. Lamb. Vat. *qui denegaverit filium seque despondentes vitam suam qui nunc denegaturi sunt in*

sic completae sunt iniquitates ipsorum. Sed increpa his sermonibus filios tuos omnes et uxorem tuam, quae incipit soror tua esse, et non abstinet lingua, in qua nequiter agit. Audiens enim haec verba evadet, et habebit misericordiam post istam increpationem tuam et horum sermonum, quos[1] mihi mandavit Dominus ut tibi manifestentur, quando dimittuntur eis omnia peccata, quae ante peccaverunt. Et omnibus quidem dimissio erit, qui peccaverunt usque in hunc diem, si ex omni corde poenitentiam egerint et tulerint de cordibus suis dubietatem. Iuravit enim Dominus per gloriam suam super electos suos, quodsi super statuta die adhuc peccatum fuerit, non habere eos salutem. Poenitentia autem iustorum habet finem. Completi sunt dies poenitentiae omnibus sanctis; nam et gentibus poenitentia est usque ad novissimum diem. Dic ergo prioribus ecclesiae, ut corrigant vias suas ad iustitiam, ut recipiant plenam promissionem cum magna gloria, perseveranter operantes iustitiam. Et nolitis in quibusdam dubii[2] esse, ut fiat iter vestrum cum angelis sanctis. Beati vos, qui perseveratis in tribulatione, quae supervenit magna, et qui non negent vitam suam. Iuravit enim Dominus per filium suum, eos qui negaverunt Dominum suum desperatos haberi a vita sua, qui nunc[3] incipiunt negare in diebus superveni-entibus. Nam his, qui primum negaverunt, propter multam misericordiam suam propitiabitur Deus.

(B) III. Tu autem ne memor sis malitiae filiorum tuorum, nec[1] demittas sororem tuam, ut purgentur a peccatis suis. Corripientur[2] autem correptione iusta, si tu memor non fueris malorum illorum; malitiae autem memoria mortem operatur aeternam. Tu autem multas tribulationes habuisti proprias propter praevaricationes domus tuae, quoniam non tibi pertinet de ipsis, sed recogitasti et in negotiis tuis nequissimis circuisti et te involvisti. Sed salvaberis eo, quod non recessisti a Deo vivo.

---

advenientibus diebus. Genuinus sensus latet in Pal. Coniectura nostra aut lectione Codicis Pal. recepta, deest quidem apodosis illa, quam habemus Matth. 10, 33. Sed alia heic, quam illic, exposcitur, neque ea caremus. Felices praedicat, quicumque sustinent pressuram supervenientem maguam et quicumque non negaverint vitam suam; despondent i. e. amittunt vitam suam Dominum negantes, quia etiam diebus affuturis idem facient. Cfr. Sim. 9, 28. 26.

19) *Hi* Vat.

20) Legas c. Pal. *primum* i. e. *semel.* Nam qui numquam denegaverint, iis profecto nimia illa Dei misericordia non opus est.

Cap. III. 1) *malorum* Vat. Iam uxor Hermae soror facta est ipsi.

2) *sinas, sed ut emendetur* p. *negligas, sed cura, ut emendetur* Vat.

3) *erudietur* Vat.

4) *malorum malicie* Vat.

5) *malorum* Vat.

6) *oblivio enim malorum vitam eternam cooperatur. Tu enim* Vat., postea *habuisti* p. *sustinuisti.*

7) *quoniam non pertinuit ad te de illis* p. *quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexisti* Vat.

Cap. II. 1) *quae* Pal.

2) *perseverantes operantes iustitiam. Et non in quibusdam dubios* Pal.

3) Legerim *quia iam nunc.*

Cap. III. 1) *et* Pal. Quam lectionem si retinere malueris, saltem scribendum tibi erit *et dimittas sorori tuae* (sc. *malignitatem*). Sic Tacit. III. Hist. 55. *His tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare.*

2) *corripiantur* Pal.

vivo. Et simplicitas tua et singularis continentia salvum facient te,[8] si permanseris. Et omnes salvos facient, quicunque huiuscemodi operantur,[9] et ingrediuntur in innocentia et simplicitate. Hi, qui huiusmodi sunt, invalescent adversus omnes nequitias,[10] et permanebunt in vitam aeternam. Felices omnes, qui operantur iustitiam; non absumentur usque in vitam aeternam.[11] Dices autem: ecce[12] magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega.[13] Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in Heldam et Modal,[14] qui vaticinati sunt in solitudine populo.'

(A) IV. Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti[1] a iuvene specioso et dicente mihi: ‚anum illam, a qua accepisti libellum, quam putas esse?' Et ego dixi: ‚Sibyllam.'[2] ‚Erras,' inquit, ‚non est.' ‚Quae est ergo,[3] Domine?' Et dixit mihi: ‚ecclesia Dei est.' Et dixi ad illum: ‚quare ergo anus est?' ‚Quoniam,' inquit, ‚omnium prima creata est,[4] ideo anus; et propter illam mundus factus est.' Post haec autem visionem vidi in domo mea, et venit illa anus, et interrogavit me, si iam libellum dedissem senioribus.[5] Et respondi: adhuc non.' Ac[6] illa dixit: ‚bene fecisti; habeo enim quaedam verba adiicere[7] tibi. Cum autem consummavero omnia verba, aperte scientur ab[8] electis.' *Scribe[9] ergo duos libellos, et mittes unum Clementi, et unum Graptae.[10] Mittet autem Clemens[11] in exteras civitates; illi enim permissum est. Grapte[12] autem commonebit viduas et orphanos. Tu autem leges in hac civitate cum senioribus, qui praesunt ecclesiae.'

*Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις Ἐν Κλήμεντι, καὶ Ἐν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Κλήμης

---

8) *et nimia continentia hec salvum fecerunt te* Vat.

9) *Et omnes salvum faciet — operatur* Vat.

10) *invalescunt adversus omnem nequitiam* Vat.

11) *assummentur usque in eternum* Vat. Melius Pal. *non peribunt usque in saeculum.*

12) Dixerit forsan aliquis: Persecutio instat permagna, qui in fide permanere potero? *dices autem magna ecce* Vat.

13) Scilicet fretus sponsionibus de misericordia divina, quas temere adhibet liber apocryphus, sub Eldadi et Medadi nomine conscriptus. *Oxon.*

14) *scriptum i nelda et i nelda* Vat. Istorum prophetarum nomina Num. 11, 26. 27. in Hebraeo et in Vulgata sunt *Eldad et Medad* Cot. Liber apocryphus, qui eorum nomine ferebatur, iam diu periit. Cfr. Fabricius Cod. pseudepigr. V. T. I, p. 801 sq. In Nicephori Stichometria invenitur liber *Ἐλὰδ καὶ Μωδὰδ* ac notatur ex 400 stichis constare. *Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ* est in Synopsi Athanasii, in Pal. *heldat et modat.*

Cap. IV. 1) *Revelatum est fratres dormiente* Vat.

2) Non inde sequitur, Hermam libros nostros Sibyllinos legisse. Cotelerius putat, in Graeco exstitisse *προφῆτιν*, quam latinus interpres verterit *Sibyllam*; sicut infra Lib. II. Mand. VI. *ἀγγέλους Genios* reddidit. Sed si supra Vis. II, 1. *Cumis* legendum est, obvia satis est causa, quare Hermas anum Sibyllam esse coniecerit. *Gall. Oxon.*

3) *que ergo est* V.

4) *Quoniam omnium prior creata est inquit* Vat. Ut Clemens Alexandrinus ecclesiam coelestem et terrestrem discernit, ita et Hermas; cui ecclesia coelestis quasi Aeon quidam est, prima Dei creatura, cuius gratia mundus creatus est. Cfr. Rothe, Anfänge etc. p. 612. Not. 42,

Nam simplicitas et multa abstinentia tua, hae[3] salvaverunt te. Et si perseveraveris, tu et omnes salvabuntur, qui eadem agunt et ambulant sine malitia cum simplicitate. Tales enim vincent omnem nequitiam et permanent in vitam aeternam. Beati omnes, qui operantur iustitiam; non peribunt usque in seculum. Dicis autem: maxima ecce tribulatio supervenit. Si placuerit tibi, iterum negaris. Iuxta est[4] Dominus his qui convertuntur ad ipsum, quemadmodum scriptum est in Heldat et Modat,[5] qui prophetaverunt ad populum in deserto.

(B) IV. Revelatum est autem mihi, fratres, dormienti a iuvene specioso dicente mihi: illam seniorem, a qua librum accepisti, quam putas esse? Et ego dixi: Sibyllam. Erras, ait mihi: non est Sibylla. Et ego dixi: quis ergo est? Et ait mihi: ecclesia est. Et dixi ei: quare senior? Et ait mihi: quoniam prior omnium creata est, propterea senior est, eo quod propter ipsam seculum creatum est. Postea iterum visionem vidi in domo mea: venit illa senior et interrogavit me, si librum dedissem prioribus ecclesiae. Et cum negassem me eis dedisse,[1] ait mihi: bene fecisti; habeo enim[2] aliqua verba addere. Cum ergo omnia verba finiero, per te nota fient electis. Et scribe duos libros: unum mittes Clementi,[3] quem scriptum mittet in alias civitates. Illi autem, ut supra dictum est, monebunt[4] viduas et orphanos. Tu autem legis ea in ista civitate cum senioribus et maioribus natu ecclesiae.

δὲ πέμψει εἰς τας ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας.

---

ubi Iachmanni sententia (p. 86.) emendatur. *H.* Mihi quidem non de tempore, sed de excellentia auctorem modo Hebraeorum hic loqui videtur. In mundo quippe creando omnia Dei consilia ad ecclesiam spectabant. Cfr. Ep. Barnabae c. 12. not. 25.

5) Qui praesunt Ecclesiae, vide infra.

6) Ita Vat., *At* vulg.

7) *adicere* Vat., *addere* Pal., *edicere* vulg.

8) *ab* om. Vat.

9) Ita Vat., eadem constructio in Pal., et supra c. 1. *Accipe — restitues.* Apud Fab. St. et Cot. *Scribes.* Inde a *Scribe* usque *ecclesiae* legitur Graece in Orig. Philocal. c. 1. ex lib. IV c. 2. de Princ., unde adscripsimus. Neutrum libellorum Hermae, postquam omnia revelata fuerint, scribendorum ab eo diversum esse credo, quem adhuc ante oculos habemus. Si enim libellum intelligeret ab ano muliere acceptum, utendum ei erat verbo *describere* ut supra c. 1. Vid. Apoc. 1, 11. Clementem Romanum hic respici credunt. Grapte aeque ac Clemens fidelibus notissima esse debebat, cum praeter nomen eius nihil aliud Hermae indicetur. Sunt, qui diaconissam, vel viduarum et orphanorum praesidem, vel ipsius Hermae uxorem fuisse eam opinentur. Cognomen Grapte haud raro occurrit in inscriptionibus lapid.; apud Grut. 434, 4. *Mamercia Grapte.* Aliter narrat Pal.

10) *grappate* Vat.

11) *Mitte ergo clementi* p. *Mittet autem Clemens* Vat.

12) *grappate* Vat.

3) *haec* Pal. Forte = *haecce.* Cfr. Bentley ad Ter. Andr. I, 1, 99.

4) *Dicis autem maximo. Ecce tribulatio supervenit tibi si placuerit tibi iterum negare iusta* (fuit *iuxta*) *es* Pal.

5) *in heldat et modat*: sic Pal.

Cap. IV. 1) *dedissem* Pal.

2) Post *enim* in Pal. pron. *me* lineola subnotatur.

3) Hoc loco nonnulla exciderunt.

4) *monebant* et infra *civita* (italice) Pal.

VISIO III.

De triumphantis ecclesiae structura et variis hominum reproborum ordinibus.

(A) I. Visio, quam vidi, fratres, visio talis erat. Cum ieiunassem frequenter, et precatus essem Dominum, ut mihi ostenderet revelationem, quam pollicitus est ostendere per anum illam; eadem nocte apparuit mihi anus illa,[1] et dixit mihi: ‚quoniam sic langues et sollicitus es[2] ad sciendum omnia, veni in agrum, ubi vis, et circa horam sextam manifestabo me tibi, et ostendam tibi quae oporteat te videre.‘ Rogavi illam, dicens: ‚domina, in quem locum agri?‘ ‚Ubi,‘ inquit, ‚vis, elige locum bonum, secretum.‘ Antequam autem[3] loqui coepissem et dicere ei locum, ait mihi:[4] ‚veniam, ubi vis.‘ Fui ergo, fratres, in agro, et observavi[5] horas, et veni in locum, ubi constitueram[6] ei venire. Et video subsellium positum; erat cervical lineum, et super linteum expansum carbasinum. Videns haec posita, et neminem esse in loco,[7] stupere coepi, et capilli mei exsurrexerunt, et quasi horror[8] me comprehendit, cum essem solus. Ad[9] me autem reversus, et memoratus gloriam Dei, et accepta audacia, positis genibus confitebar Deo iterum peccata, quae prius. Ecce venit illuc[10] cum iuvenibus sex, quos et ante videram, et stetit post me[11] et audiebat me orantem, et confitentem Domino[12] peccata mea. Et tangens me dixit: ‚desine iam pro peccatis tuis tantum orare. Ora et[13] pro iustitia, ut accipias partem ex ea in domo tua.‘ Et erexit me de loco, et apprehendit manum meam, et adduxit me ad subsellium, et ait illis iuvenibus: ‚ite et aedificate.‘ Postquam autem discesserunt iuvenes, et nos soli fuimus,[14] ait mihi: ‚sede heic.‘[15] Dico ei: ‚domina, sine seniores ante sedere.‘ ‚Quod tibi dico,‘ inquit, ‚sede.‘[16] Cumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passa,[17] sed annuebat mihi manu, ut ad sinistram partem sederem. Cogitante autem[18] me, et maesto existente, quod non sivit me ad dextram[19] partem sedere, ait mihi: ‚quid maestus es, Herma? Locus, qui est ad dextram, illorum est[20] qui iam meruerunt Deum, et passi sunt causa nominis eius.[21] Tibi autem superest multum, ut cum illis sedeas. Sicut manes, in simplicitate tua permane, et sedebis cum illis, et[22] quicunque fuerint operati illorum opera, et sustinuerint quae illi sustinuerunt.‘

(A) II. Dico ei: ‚domina, vellem scire, quae sustinuerunt.‘ ‚Audi,‘ inquit: ‚feras bestias, flagella, carceres, cruces, causa nominis eius.[1] Propter hoc illorum sunt dextrae partes sanctitatis, et quisquis patietur[2] pro-

Vis. III. 1) *apparuit mihi illa anus* Vat.
2) *quoniam sic egens es et sollicitus* Vat. Similiter Esdras (IV, 9, 26.) in campum Ardath nominatum mittitur. Vid. Iachmann p. 65.
3) *ei* addit Vat.
4) *mihi* om. Vat.
5) *extimavi* Vat.
6) *constituerem* Vat.
7) *eum locum* p. *loco* Vat.
8) *horripilatio* Vat.
9) *apud* Vat., ibidem *gloria* p. *gloriam*. Ita peccatores et poenitentiam agentes orare consuevisse, ceteros stantes, monet Hef.
10) *Et ecce venit ibi* Vat.
11) *orantem* post *me* exclusi c. Vat. et Fab. St.

VISIO TERTIA.

(B) I. Visio, quam vidi, fratres, talis est. Cum ieiunassem frequenter et rogassem Deum, ut mihi revelaret visionem,[1] quam repromiserat mihi per illam seniorem, in ipsa nocte paruit mihi illa senior et ait mihi: quia sic perseveras in oratione et ita argutus es ad cognoscenda omnia, veni in agrum, ubi mavis,[2] et circa horam quintam apparebo tibi, et ostendam tibi quae oportet te videre. Interrogavi eam dicens: domina, in quo loco agri? Et ait mihi: ubi tu vis. Et elegi[3] locum bonum, semotum. Et antequam dicerem ei de loco, ait mihi: venio ibi, ubi vis. Cum ergo venissem, fratres, in loco agri illius hora opportuna, sicut promiseram me venturum, vidi scamnum positum eburneum, et supra scamnum cervical lineum, et supra scamnum sparsum carbasinum. Et cum vidissem haec ita posita et nullum ibidem praesentem, stuporatus factus sum et tremor me habuit solum, et capilli mei steterunt, et frigidus factus sum. Et cum apud me reversus fuissem et memoratus gratiae Dei, confirmatus sum, et posui genua mea et coepi iterum confiteri Deo peccata mea. Et cum tetigisset me illa senior, ait mihi: silentium habe, et pro peccatis tuis noli interrogare; interroga autem de iustitia, ut[4] accipias partem ex ea in domo tua. Et levavit me manu sua et duxit me ad scamnum, et ait iuvenibus: ite, aedificate. Et cum recessissent iuvenes, solis nobis derelictis[5] ait mihi: sede hic. Et ego dixi ei: dimitte, senior,[6] primo sedere. Et ait mihi: quod tibi dico, fac et sede[7] hic. Volente autem me sedere in parte dextra, non permisit mihi,[8] sed manu sua annuit mihi, ut in parte sinistra sederem. Disputante autem me et triste [existente], quoniam non permisisset me in parte dextra sedere, ait mihi: tristaris, quoniam in parte dextra non sedisti? Aliorum locus est: eorum, qui iam placuerunt Deo, et passi sunt pro nomine eius. Tibi autem multa restant, ut cum ipsis sedeas. Sed quomodo manes, in simplicitate tua permane; et sedebis cum eis tu et omnes, quicunque fecerint, quod illi fecerunt, et passi fuerint ea, quae passi sunt.

(B) II. Et dixi ei: domina, volebam scire, quae passi sunt. Et ait mihi: audi nunc: flagella, carceres, tristitias magnas, cruces, bestias, propter nomen Dei. Ideo ipsorum est pars dextra sanctificationis, et

12) *Deo* Vat.
13) *et* om. Vat., idem *ut accipies*.
14) *facti sumus* Vat., coniunct. *autem* ante omissa.
15) *hic* Vat.
16) Ordo vocc. in Vat. *sede inquit*.
17) *mihi* adiungit Vat., qui mox *manum* loco abl.
18) *Recogitante ergo* Vat.
19) *dexteram* Vat. Ita constanter.
20) Des. *est* in Vat. Laureolam martyrum gloria peculiari praefulgere, studiose docent omnes scriptores veteres. *Oxon.*
21) *sui* Vat.
22) *et* deest in Vat.
Cap. II. 1) Vocc. *cruces, causa nominis eius* des. in Vat.
2) *fuerit passus* Vat.
Vis. III. 1) Ante *visionem* in Pal. praep. *de* punctis suppositis excluditur.
2) *manes* aut *maues* Pal.
3) *elige* vulg.
4) *aut* Pal.
5) *derelictos* erat in Pal.
6) *senior* correctum ex *seniore* in Pal.
7) Ante *sede* expungitur *c* litera in Pal.
8) *me* Pal.

pter nomen Dei; reliquorum autem sinistrae partes sunt. Sed utrisque, et eis qui ad dexteram, quique[3] ad sinistram sedent, sunt dona et promissiones; tantum quod ad dextram sedentes[4] habent gloriam quandam. Tu autem cupidus es sedere ad dextram cum eis; sed exiguitates tuae multae sunt. Emundaberis[5] autem ab exiguitatibus tuis. Sed et omnes, qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem.' Et cum haec dixisset, volebat abire. Et procidens[6] illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonstraret quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit manum meam, et erexit me, et fecit sedere super subsellium ad sinistram, et elevata virga quadam splendida, dixit mihi: ‚vides rem magnam?'[7] Dico ei: ‚domina, nihil video.' ‚Ecce, non vides contra te turrim magnam, quae aedificatur super aquas, lapidibus quadris splendidis?' In quadrato enim aedificabatur turris ab illis sex iuvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem[8] de profundo trahebant lapides; alii de terra[9] transferebant, et porrigebant illis sex iuvenibus. Porro illi[10] accipiebant, et aedificabant. Eos autem,[11] qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic imponebant[12] in structuram; politi enim erant, et convenientes commissurae cum illis lapidibus, sicque[13] coniungebantur alius ad alium, ita ut commissurae eorum non paterent.[14] Et in hunc modum apparebat structura turris tanquam ex uno lapide aedificata. Caeteros[15] autem lapides, qui afferebantur de terra, quosdam quidem reiiciebant, quosdam vero adaptabant[16] in structuram. Alios[17] excidebant et proiiciebant longe a turri. Alii autem lapides multi[18] circa turrim positi erant, et non utebantur illis ad[19] structuram. Erant enim quidam ex illis[20] scabrosi; alii autem scissuras habebant, alii vero candidi et rotundi,[21] non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios lapides proiici longe a turri, et incidentes in viam,[22] et non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum; alios autem in ignem incidentes et ardentes; alios cadentes secus aquam, nec posse volvi[23] in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

(A) III. Et cum haec mihi demonstrasset, volebat recedere.[1] Dico ei: ‚domina, quid mihi prodest haec vidisse, et non scire, quae sint[2] haec res?' Respondens dixit mihi: ‚versutus es homo, volens scire ea, quae

---

3) Ita est in Vat., *Sed utrisque eis, et qui ad dextram, et qui ad sinistram sedent* Cot.

4) *tantum qui ad dexteram et* p. *tantum quod ad dextram sedentes* Vat.

5) *emendabris* (sic) Vat., paulo post *emendabuntur* p. *emundabantur*. Cf. Vis. 2, 2.

6) *ire procedens* p. *abire. Et procedens* Vat.

7) *et elevata virga quadam splendida et dixit mihi. Vides magnam rem* Vat., ubi mox desiderantur vocc. *nihil video. Ecce, non vides contra te turrim magnam.* Idem *quadratis* p. *quadris*, et *autem* p. *enim.*

8) In Vat. *Alii autem multa milia hominum apportabant lapides quidam quidem.*

9) Vocc. *de terra* non leg. in Vat.

10) *Porro illi* om. Vat.

11) *quidem* Vat.

12) Dedi *imponebant* c. Carmel. Lamb. Vat. Fabro St. et var. lect. ap. Cot., in cuius textu *ponebantur*. Eadem dicendi ratio infra c. 5 not. 3. *et imponuntur in structuram.* Codex Bodl. *ponebant;* at tum rectius Pal. *ponebant in eadem fabrica.*

13) *et sic* Vat.

14) *parerent* Vat., qui annectit: *et sic parebat structuram turris.* Huius loci mentionem facit Orig. Philocal. c. 8.

qui ita passi fuerint; caeterorum autem pars sinistra est. Utrorumque autem una donatio est et una promissio. Illi autem soli ad dextram[1] sedent et habent gloriam quandam. Si autem et tu desideras sedere cum ipsis, reliquiae tuae satis sunt. Munda[2] ergo te a reliquiis tuis. Et omnes, qui non sunt dubii,[3] mundabuntur ab omnibus peccatis hac die. Haec igitur dicens volebat recedere. Cadens autem ad pedes eius rogavi illam[4] per Dominum adiurans, ut mihi ostenderet quam promiserat visionem. Illa autem accipiens manum meam levavit me in scamnum, et fecit me in parte sinistra sedere, et ipsa [sedit] in parte dextra. Et levans virgam longam[5] ait mihi: vides magnam rem? Dico ei: nihil video. Illa autem dixit mihi: ecce, non vides contra te turrem magnam, quae aedificatur supra aquam lapidibus quadratis candidis? In quadro autem aedificabatur ipsa turris a sex viris, qui venerunt cum ipsa. Alia autem multitudo virorum transferebant lapides: quidam ex altitudine fundamentorum, quidam ex ipsa terra, et tradebant sex viris. Quos cum acciperent, aedificabant. Illos, qui de fundamentis eruebantur, omnes sic ponebant in eadem fabrica; apti enim erant et pares eidem[6] iuncturae cum aliis similibus lapidibus, et ita iungebantur alter ad alterum, ut nulla[7] eorum iunctura pareret. Parebat autem aedificatio turris quasi ex uno lapide aedificata. Alii autem lapides, qui erant[8] sublati a terra, quidam eorum reprobabantur, quidam in aedificio ponebantur, alii concidebantur et longe proiiciebantur a turre. Alii autem iacebant, et de eis in eadem fabrica non utebantur. Erant autem ex iis scabiosi et scissuras habentes, alii minimi ac modici effecti, et alii albi et rotundi, qui non erant apti[9] in fabrica. Videbam autem et alios lapides proiectos longe a turre et venientes in viam[10] et non perseverantes in ipsa, sed volutantes in aliam viam; alios autem in ignem cadentes iuxta aquam et non sufficientes volutari in aquam, et maxime volentes venire ad aquam.

(B) III. Ostendens autem mihi haec, voluit currens recedere. Dico ei: domina, quid mihi prodest haec videnti et non cognoscenti, quae sint res istae? Respondens autem dixit mihi: exquisitissimus homo es

---

(Comment. in Ossee) Tom. XIII. P. III. p. 304. ed. Lommatzch. Visionis explanationem invenies infra c. 3. et sqq. Sim. 9, 3. 4. 6. 7. 15. 16. 32.

15) *ceteri* Vat.
16) *quosdam autem ponebant* Vat.
17) *autem* inserit Vat.

18) *multi lapides* ordo vocc. in Vat. Locum habes laudatum a Didymo in Catena ad Iobi 8, 17. 18. p. 202. ed. Long. 1637.

19) *in* Vat.
20) *his* Vat.
21) *alii autem rotundi et candidi* Vat.
22) *venientes in via* Vat., absque sq. *volvi.*

23) *alios autem cadentes secus aquam non posse volvi* Vat.

Cap. III. 1) *recurrere* Vat.
2) *sunt* Vat.

Cap. II. 1) *ad dextra* Pal., dein *quendam* p. *quandam*, maluerim *quondam.*
2) *multa* Pal.
3) Prius *dubiis* Pal.
4) *illum* Pal.
5) *virga longa* Pal.
6) *eadem* Pal.
7) *nullo* Pal.
8) *erat* Pal.
9) *acti* mutatum in *atti* italice Pal.
10) *in via* Pal., ubi paulo post *in alia via — in igne — in aqua.*

circa turrim sunt.' ‚Ita,' inquam, ‚domina, ut fratribus annuntiem, et hilariores fiant, et haec audientes honorificent Dominum cum multa gloria.' Et illa ait: ‚audient quidem multi; et cum audierint, quidam ex eis[3] gaudebunt, quidam autem flebunt. Sed et[4] isti audientes, si poenitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. Audi nunc similitudinem[5] turris omnia haec, et hactenus mihi[6] de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istae finem habent; impletae sunt enim. Sed tu non desinis petendo[7] revelationes; improbus enim es. Turris quidem, quam vides aedificari, ego sum ecclesia,[8] quae tibi apparui, et modo et prius. Quodcunque igitur[9] volueris, interroga de turri, et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis.' Dico ei: ‚domina, quoniam me semel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela.' Ait mihi: *‚quodcunque oportuerit tibi revelari,[10] revelabitur, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, et ne dubites, quodcunque videris.' Interrogavi illam: ‚quare turris[11] aedificata est super aquas, domina?' Respondit:[12] ‚dixeram tibi et prius, versutum te esse, circa structuras diligenter[13] inquirentem; igitur invenies[14] veritatem. Quare ergo[15] super aquas aedificatur turris, audi: quoniam vita vestra per aquam salva facta est,[16] et fiet. Fundata est[17] enim verbo omnipotentis et honorifici nominis; continetur autem[18] ab invisibili virtute Dei.'

(A) IV. Respondens dico ei: ‚magnifice habent se[1] res hae. Illi autem iuvenes sex, qui aedificant, qui sunt, domina?' ‚Ili sunt sancti[2] angeli Dei, qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, creandi et[3] aedificandi et dominandi creaturae illius. Per hos enim consummabitur structura[4] turris.' ‚Caeteri autem, qui apportant lapides, qui sunt?' ‚Et ipsi sancti angeli Domini: sed illi sunt his excellentiores.[5] Cum ergo consummata fuerit structura[6] turris, omnes simul epulabuntur iuxta turrim, et honorificabunt Dominum, quoniam consummata erit[7] structura turris.' Interrogavi eam, dicens: ‚vellem[8] scire exitum lapidum, et vim eorum, qualis sit.' Respondens autem[9] dixit mihi: nunquid tu prae omnibus melior es, [10] ut tibi id[11] revele-

* ὃ ἐὰν ἐνδέχεται σοι ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται.

---

3) *quidem ex his* Vat.

4) *et* deest in Vat.

5) Ita Vat., *et parabolas* Pal., *de similitudine* vulg.

6) *mihi* om. Vat., ubi esse videtur *nolui* p. *noli*.

7) Vulg. *in* ante *petendo* omisi c. Vat. Editi *importunus* p. *improbus*. *Oxon.* Gallicciolli vertit: Ma tu non finisci mai di chiedere rivelazioni, e sei insaziabile.

8) *ego ecclesia sum* Vat. Structura Ecclesiae, qualis heic graphice describitur in primaevis veterum Christianorum cryptis, quae Neapoli sunt, fucis colorum effigiata cernitur. Vid. Christ. Fr. Bellermann: Über die ältesten christlichen Begräbnissstätten und besonders die Katakomben zu Neapel mit ihren Wandgemälden. Hamburg 1839. p. 77. Eiusdem picturae insigne fragmentum vidimus in crypta quadam cymeterii S. Calixti, loculo Sixti episcopi vicina, inter viam Appiam et Ardeatinam a cl. P. Iosepho Marchio prope Urbem nuper detectum. Secundi autem saeculi ego cum aliis, quibus huius rei iudicium est, id esse opus crediderim. In cryptae Romanae pictura etiam candida et ingens petra quadrata apparet, ea quidem vetus, sed cum nova porta, super qua turris aedificari iussum erat. Cfr. Sim. 9, 2. 3.

9) *erga* Vat.

volens cognoscere ea, quae ad turrem pertinent. Et ego dixi: etiam domina, ut fratribus meis nuntiem, et audientes cognoscant Dominum in multa gloria et laetitia. Et illa dixit mihi: audient quidem multi, sed quidam eorum audientes exultabunt, et quidam plorabunt. Sed et isti, si audierint et poenitentiam egerint, et ipsi exultabunt. Audi ergo et parabolas huius turris, quas[1] revelo tibi, et nunquam me fatiges de iisdem. Revelationes autem istae finem habent, quoniam completae sunt. Non autem relinquetur revelatio, quae postulata fuerit,[2] vacua. Turris enim quam vides, quae aedificatur, ego sum ecclesia, quae parui tibi modo et antea. Quid ergo nunc vis interrogare de turre? Et revelo tibi, ut gaudeas cum sanctis. Et dixi ei: domina, quia semel dignum me fecisti, ut omnia mihi reveles, revela. Illa autem dixit mihi: quicquid poterit tibi revelari,[3] revelabitur, tantum cor tuum apud Deum sit et non dubius sis in his, quae videris. Et ego interrogavi eam: quare turris supra aquam[4] fabricabitur? Et illa ait mihi: dixi tibi iam et primo: et tu quaeris diligenter; ergo requirens invenis veritatem. Propter quid turris supra aquam[5] fabricatur, audi, inquit: quoniam vita vestra per aquam salvata est et salvabitur. Fundata est enim turris verbo omnipotentis et gloriosi nominis et invisibilis virtutis Domini.

(B) IV. Et respondens ei dixi: domina, magne et mirabiliter habet se res haec. Sex autem viri illi, qui aedificabant, qui sunt isti? Et illa dixit mihi: isti sancti angeli, qui primo creati sunt, quibus tradidit Dominus omnem creaturam suam incrementare et superaedificare, et dominare totius creaturae. Per istos ergo finietur aedificatio turris. Et ego dixi: illi, qui transferebant lapides, qui erant? Illa autem dixit mihi: et isti sancti sunt angeli Dei; illi enim sex praecessores eorum sunt. Finietur ergo aedificatio turris, et omnes simul exultabunt in circuitu turris, et laudabunt Deum, quoniam completa est aedificatio turris. Interrogavi eam dicens: domina, vellem scire lapidum illorum exitum et virtutem illorum, qualis est. Et respondens ait mihi: non quia

---

10) *revelare* Vat., qui interpunctione vitiata vb. *ait* reiicit post *revelabitur*. Extant haec graece in Clem. Alex. Strom. II, 1. p. 430., unde adscripsimus.
11) *turris quare* Vat.
12) *Respondit* om. Vat.
13) *versutu te esse circa scripturas diligent* imperfecte Vat.
14) *inveniens* Vat.
15) *ergo* om. Vat.
16) *perquam salva facta es* Vat.
17) *est* om. Vat.
18) *continentur enim* p. *continetur autem* Vat.

Cap. IV. 1) *se habent* Vat.
2) Adiunxi *sancti* ex Pal. Vat. et Fab. St.
3) *creandi et* ex Vat. p. *struendi* Cot.
4) *structam* Vat.
6) *et ipsi sancti angeli domini? Hi autem praecellentes illos* Vat. Diversos angelorum gradus non ignorat N. T. Cfr. I Thess. 4, 16. Ephes. 1, 21. 3, 10. I Petr. 3, 22.
6) *structuram* Vat. lineola *m* literae calamo supposita.
7) *erit* om. Vat.
8) *volebam* Vat.
9) *autem* om. Vat.
10) *sis es* p. *es* Vat.
11) *id* excludit Vat.

Cap. III. 1) *quos* Pal., qui scr. *hisdem* p. *iisdem*.
2) Expungitur *est* ante *fuerit* in Pal.
3) *revelare* prius Pal.
4) *aqua* Pal.
5) *aqua* Pal.

tur? Alii enim priores te sunt et meliores te, quibus oportebat revelari visiones istas;[12] sed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum est, et revelabitur *propter dubios, qui cogitant in cordibus suis, utrumne sint haec, an non sint.[13] Dic illis, quod[14] haec omnia sunt vera, et nihil extra veritatem est; sed omnia firma et certa, quae[15] fundata sunt.'

(A) V. ‚Audi nunc et de lapidibus, qui sunt in structura. Lapides quidem illi quadrati et albi, convenientes in commissuris suis, ii[1] sunt apostoli et episcopi et doctores et ministri, qui ingressi sunt in clementia Dei, et episcopatum gesserunt, et docuerunt, et ministraverunt sancte et modeste electis Dei, qui dormierunt, quique adhuc sunt, et semper cum illis convenerunt, et in se pacem habuerunt, et se invicem audierunt. Propter hoc et in structuram turris conveniunt commissurae[2] eorum. Qui vero de profundo trahuntur, et imponuntur in structuram,[3] et conveniunt commissurae eorum cum caeteris lapidibus, qui iam aedificati sunt; ii[4] sunt, qui iam dormierunt, et passi sunt causa nominis Domini.' ‚Caeteri autem lapides, qui adportabantur a terra, volo scire qui sunt, domina?'[5] Ait: ‚eos quidem, qui in terram[6] vadunt, et non sunt politi, illos Deus probavit,[7] quoniam ingressi sunt in aequitatem Domini, et direxerunt vias[8] in mandatis eius. Qui autem afferuntur, et ponuntur in structura turris, ii[9] sunt novelli in fide, et fideles. Commonentur[10] autem ab angelis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa nequitia in illis.' ‚Quos autem reiiciebant et ponebant iuxta turrim, qui sunt illi?' Ait mihi: ‚ii sunt, qui peccaverunt,[11] et voluerunt poenitentiam agere; propter hoc non sunt longe proiecti a turre, quoniam utiles erunt in structura,[12] si poenitentiam egerint. Qui ergo poenitentiam acturi sunt, si egerint poenitentiam, fortes erunt in fide, si nunc poenitentiam egerint, dum aedificatur turris. Nam si consummata fuerit structura, iam quis[13] non habet locum, ubi ponatur, sed erit reprobus; solummodo autem hoc habebit, qui iam[14] ad turrim positus est.'

(A) VI. ‚Qui autem recidebantur, et longe proiiciebantur a turre, vis scire,[1] qui sunt?' ‚Volo,' inquam, ‚domina.' ‚Ii[2] sunt filii iniqui-

*διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν,

12) Ita Vat., annuente Pal., *has* vulg. Quae sequuntur: *propter dubios — an non sint*, graece extant in Clem. Alex. Strom. I, 29. p. 426., ut apposuimus.

13) *utrum ve* (*n* aliena man. supra) *sint an ne* Vat. absque *haec* et sq. *sint.*

14) *quoniam* Vat. Pal.

15) Ita scripsi c. G. Vat. et Fab. St. *firma, certeque* Cot.

Cap. V. 1) *Ili* Vat., ubi *ingrediuntur* p. *ingressi sunt,* dein *sanctis* p. *electis,* sub enuntiationis finem *alterutrum* p. *invicem.* Cotelerius distinctos hierarchiae ordines hic notatos esse dulce somniat. Accuratior loci explicatio petenda est ex Sim. 9, 3. 4. 15. 16.

2) *structurae* Vat.

3) Ita Bodl. Vat. Cot., *et imponuntur in structura* prima Hefelii ed. cum Gallandio. In Pal. *et positi in aedificatione.* Cfr. supra c. 2, not. 12.

4) *hi* Vat.

5) Ita Vat. et Fab. St. annuente Pal., *qui sint Domina?* Cot. H. puncto distinguit post *domina.*

6) Reponendum censeo cum Pal. *in aedificationem*, exclusa Hefelii opinione de fundamentis, etiamsi vulg. lectionem retineas. Indicari videntur homines iusti Veteris Testamenti.

7) *hos deus probabit* Vat., ubi labiales haud raro permutatae.

tu dignitosior es super omnes, ut tibi reveletur (alii enim priores tui sunt et meliores te, quibus debebunt revelari visiones istae), sed ut laudaretur nomen Dei, tibi revelata sunt et revelabuntur propter eos, qui dubii sunt, qui disputant in cordibus suis, si vere haec ita sunt, aut non. Dic[1] eis, quoniam haec omnia vera sunt, et nihil extra veritatem est, sed omnia fortia et firma et fundata sunt.

(B) V. Audi nunc de lapidibus, qui vadunt in aedificationem. Et quidem lapides albi et pares in coniunctione sua, isti sunt apostoli et episcopi et magistri et ministri, qui ambulaverunt in castitate et sanctitate Dei, quidam dormientes et quidam adhuc viventes, et semper sibi consentientes et secum pacem habentes et alterno audientes. Propterea in aedificatione turris pares sunt in iuncturis suis. Et dixi ei: qui autem de profundo levati sunt et positi in aedificatione et conveniunt in iuncturis eorum cum aliis lapidibus, qui ex aedificatione erunt, qui sunt? Et illa dixit mihi: isti sunt, qui patiuntur propter nomen Domini. Et dixi ei: alii autem lapides, qui de terra prolati sunt, volo scire qui sunt, domina? Et illa ait mihi: illi quidem, qui in aedificationem[1] vadunt non dolati, istos Dominus probavit, quoniam ambulaverunt in sanctitate ante Dominum et correxerunt in se mandata eius. Et dixi ei: qui autem adducti et positi in aedificatione, qui sunt? Illa autem dixit mihi: isti non[2] sunt in fide et fideles. Monentur autem ab angelis in bonis factis, quoniam inventa est in eis malitia. Et dixi: qui autem reprobabantur et proiiciebantur, qui sunt? Et ait mihi: isti sunt, qui delinquebant et poenitentiam facere volebant. Propter[3] hoc non longe proiecti sunt a turre, quoniam utiles erunt in aedificatione, si poenitentiam egerint. Si ergo coeperint poenitentiam agere et egerint, fortes erunt[4] in fidem, si veram poenitentiam gesserint, cum adhuc turris aedificatur. Si autem turris peraedificata fuerit, non habebunt locum, et inutiles erunt; solum tamen hoc habebunt, quoniam iuxta turrem iacebunt.

(B) VI. Concisos autem et longe proiectos a turre vis scire? Isti sunt filii iniquitatis. Crediderunt autem subdole: omnis malitia non

εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν.

---

8) *vias* des. in Vat. In Pal. *Et illa ait mihi. Illi quidem qui in aedificatione vadunt non dolati: istos dominus probavit: quoniam ambulaverunt in sanctitate ante dominum: et correxerunt in se mandata eius.* Gallicciolli: Ella risposemi: quelli che vanno in terra, e non furono puliti, Dio gli approvò perchè camminarono le vie giuste del Signore, e con dirittura ordinarono i loro costumi a tenore dei mandamenti di lui.

9) *hi* Vat.

10) *commoventur* esse videtur in Vat., qui dein *propter quod* p. *propterea quod.*

11) *Quos autem proiciebant et reiciebant iuxta turrim qui sunt? Hi sunt, qui peccaverunt* Vat.

12) *structuram* Vat. Cfr. c. 6 not. 3.

13) *quis* des. in Vat.

14) *quoniam* p. *qui iam* Pal. Vat. Cot. ad oram.

Cap. VI. 1) Interrogationis terminus heic est in Vat., vocc. *qui sunt? Volo, inquam, domina* praetermissis.

2) *hi* Vat. Puncto post *iniquitatis* p. commate posito, exclusi vulg. *qui* post *Et*, suffragante Pal. et ed. pr.

Cap. IV. 1) *de* Pal.

Cap. V. 1) *edificatione* Pal.

2) Corrige *novi.*

3) *volebant. non propter* Pal., ibidem *erant* p. *erunt.*

4) *erant* supra *u* Pal.

tatis. Et crediderunt in simulatione, et omnis nequitia non discessit ab eis. Propter hoc non habent salutem, quoniam non sunt utiles in structura,[3] propter nequitias suas. Quapropter[4] excisi sunt et longe proiecti propter iram Domini, quia exacerbaverunt eum. Caeteros autem lapides, quos vidisti complures positos, non euntes in structuram, ii[5] quidem, qui scabrosi erant, hi sunt, qui cognoverunt veritatem, nec permanserunt in ea, nec coniuncti sunt sanctis; propter hoc inutiles sunt. Qui autem scissuras habebant, hi sunt,[6] qui alius adversus alium in cordibus discordiam habent, et non habent pacem inter se; in praesentia[7] quidem pacem habentes, cum autem unus ab alio discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hae sunt ergo scissurae, quas habent lapides. Qui vero curti[8] sunt, ii sunt, qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes[9] iniquitatis; propter hoc curti et non integri sunt.' ‚Candidi autem et rotundi, et non convenientes in structuram turris, qui sunt, domina?' Respondens mihi dixit: ‚usquequo stultus es et insensatus, et omnia interrogas, et nihil intelligis? Hi sunt habentes[10] quidem fidem, habentes autem et divitias huius seculi. Cum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas et negotiationes suas[11] abnegant Dominum.' Respondens dico ei: ‚domina, quando ergo utiles erunt Domino?' ‚Cum circumcisae,' inquit, ‚fuerint divitiae eorum, quae eos delectant, tunc[12] erunt utiles Domino ad aedificium. Sicut enim lapis rotundus, nisi decisus fuerit et abiecerit ab se aliquid,[13] non potest quadratus fieri; sic et, qui divites sunt in hoc seculo, nisi circumcisae fuerint divitiae eorum, non possunt Domino utiles esse. A te primum scito. Quando dives fuisti, inutilis eras; nunc vero utilis es et aptus vitae tuae; nam et tu ipse ex eis[14] lapidibus fuisti.'

(A) VII. ‚Caeteros autem lapides, quos vidisti longe proiectos a turri, et currentes in via, et volvi de via in loca deserta, ii[1] sunt, qui crediderunt quidem, dubitatione autem sua reliquerunt viam suam veram, putantes, se meliorem viam posse invenire. Errant[2] autem, et miseri sunt, ingredientes in desertas vias.[3] Qui autem cadebant in ignem et ardebant, ii sunt, qui in perpetuum[4] abscesserunt a Deo vivo, nec amplius illis ascendit in corda, poenitentiam agere, propter desideria libidinum suarum et scelerum, quae operantur.' ‚Caeteri vero, qui cadebant iuxta aquas, et non poterant volvi in aquas,[5] qui sunt?' ‚Ii[6] sunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus cum venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se,[7] ambulantque rursus post desideria sua scelesta.'[8] Consummavit igitur enarrationem turris. Ego

3) *structuram* Vat.

4) *Et propter hoc* Vat. Ibidem *proiecti sunt.* Adnotat H: Qui fidem tantum simulant, excludentur ab ecclesia, quae est *sancta.* Cfr. Rothe, Anf. p. 600.

5) *hi* Vat., cum quo et Fab. St. eieci Cotelerii *et* ante *nec;* Pal. *et non.*

6) Vocc. *hi sunt,* mox *discordiam* non leg. in Vat.

7) *persona* Lamb. Vat., quo tendit Codicis Pal. *personam.* Illa quidem lectio esse videtur genuina, *in presentia* vero eiusdem interpretamentum.

8) *eruti* Vat., qui dein om. *ii sunt.*

9) *habent* Vat. iteratque mox *eruti* p. *curti.*

10) Pronomine *qui* ante *habentes* interposito omittitur seq. *autem* in Vat.

11) *suas* accessit ex Pal. Vat. et Fab. St.

12) *tum* Vat.

13) Ordo vocc. in Vat. *aliquid a se,*.

recessit ab eis. Propterea non habebunt salutem, quoniam non sunt utiles in aedificatione propter malitiam suam. Ideo concisi et longe proiecti sunt propter iracundiam Domini, quoniam exacerbaverunt eum. Caeteros vero, quos vidisti multos iacentes, positos in aedificationem non ire, isti aliquando scabiosi erant, qui cognoverunt veritatem et non permanserunt in ea.[1] Et dixi ei: qui autem scissuras habebant, qui erant? Et ait mihi: isti sunt, qui adversum se divisionem[2] habebant, et non erant secum pacifici, in personam habentes pacem. Recedentes autem a se, malitia eorum in cordibus eorum perseverabat. Ipsae ergo scissurae erant, quae erant in lapidibus illis. Illi autem lapides, qui breves et minimi erant, isti sunt, qui crediderunt quidem et maiorem partem habent iustitiae; aliquantam autem partem habent iniquitatis: propterea breves et non consumati sunt. Et ego dixi: albi ergo et rotundi et qui non aequantur in aedificatione, qui sunt, domina? Et illa dixit mihi: usque quo non sentis, sed semper interrogas et nihil intelligis? Isti sunt, qui habent quidem fidem, et habent divitias huius seculi. Quando fit tribulatio, propter divitias suas et propter negotiationes suas negant Deum suum. Et respondens dixi ei: domina, quando ergo utiles erunt in aedificatione? Et illa dixit mihi: quando circumcisa fuerit substantia eorum, quae confortat eos, tunc utiles erunt Deo. Sicut lapis rotundus, nisi praecisus fuerit et amittat aliquid de se, non poterit quadratus fieri: sic et divites seculi huius, nisi praecisa fuerit eorum substantia, non poterunt Domino utiles fieri. A te autem ipso primo intellige: quando dives eras, inutilis eras; modo autem utilis es,[3] et proderit vitae tuae. Utiles estote Deo: et tu autem utilior de ipsis lapidibus eris.

(B) VII. Alios autem lapides, quos vidisti longe a turre proiectos et cadentes in viam[1] et volventes se de via in aliam viam, isti sunt credentes quidem; per dubietatem suam dimittunt viam suam veram, sperantes se meliorem viam invenire. Et falluntur in miseriis suis, ambulantes in viis perversis. Qui[2] autem cadunt in ignem et ardent, isti sunt, qui praevaricant a Deo vivo. Et nunquam ascendit illis in corde poeniteri propter concupiscentias libidinum suarum et malitias, quas operantur. Et ego dixi: alii autem lapides cadentes iuxta aquam et qui non poterant volvi in aquam, dic mihi, qui erant? Illa autem dixit mihi: isti sunt, qui verbo audierunt et volentes baptizari in nomine Domini. Quando venit illis in mentem castitas veritatis, poenitentur et ambulant iterum post concupiscentias iniquitatis suae. Finit ergo

---

dein *divites qui*, tum *eorum divitiae fuerint*. Matth. 19, 21—24.

14) *eis* om. Vat.

Cap. VII. 1) *Hi* Vat., qui exh. *a dubitatione*. Idem *relinquit* p. *reliquerunt*. Vid. II Petr. 2, 15.

2) *Erant* Vat.

3) *in desertis viis* Vat.

4) *Hi sunt qui in fine* Vat., mox *in corde*.

5) *aquam* Vat.

6) *Hi* Vat.

7) *cum venerit in memoria sanctitas veritatis retrahent se* Vat.

8) *ambulantque rursus primo desideria sua scelestia* Vat.

Cap. VI. 1) *eam* Pal.

2) *divisione* Pal.

3) *est* Pal.

Cap. VII. 1) *via* Pal. cum *in* supra addito.

2) *Quibus* erat in Pal., postmodo est *in igne*. Infra *verbo* non correximus.

vero,[9] cum adhuc essem improbus, interrogavi illam: ‚an iis omnibus lapidibus‘,[10] qui proiecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, an est poenitentia, et habebunt locum in turre hac?‘ ‚Habent,‘ inquit, ‚poenitentiam; sed in hac turre[11] non possunt convenire; alio autem[12] loco ponentur multo inferiore; et hoc, cum cruciati fuerint, et impleverint[13] dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt[14] verbum iustum. Et tunc illis continget transferri de poenis, si ascenderint in corda ipsorum[15] opera, quae operati sunt scelesta. Quodsi non ascenderint in corda[16] ipsorum, non erunt salvi propter duritiam cordis sui.‘

(A) VIII. Cum ergo destiti interrogare[1] illam de omnibus istis, ait mihi: ‚vis aliud videre aliquid?‘[2] Cumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respiciens me subrisit, et ait mihi: ‚vides septem[3] mulieres circa turrim?‘ ‚Video,‘ inquam, ‚domina.‘ ‚Turris haec,‘ inquit, ‚ab iis[4] supportatur secundum praeceptum Domini. Audi nunc[5] effectus earum. Prima quidem earum,[6] quae continet manu, ‚fides‘ vocatur; per hanc salvi fient[7] electi Dei. Alia vero, quae succincta est et viriliter agit, ‚abstinentia‘ vocatur; haec filia est fidei.[8] Quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet[9] in vita sua, quoniam ab omnibus operibus malis abstinebit. Credens autem, quoniam si abstinuerit se[10] ab omni concupiscentia, haeres erit vitae aeternae.‘ ‚Caeterae autem,‘ inquam,[11] ‚domina, quinque quae sunt?‘ ‚Filiae,‘ inquit, ‚invicem sunt. Vocatur autem quaedam ‚simplicitas,‘ alia ‚innocentia,‘ alia ‚modestia,‘ alia ‚disciplina,‘ alia autem ‚caritas.‘ Cum ergo servaveris opera matris earum, omnia poteris[12] custodire.‘ ‚Volebam[13] scire, domina, quam quaeque earum habeat virtutem.‘ ‚Audi,‘ inquit: ‚virtutes aequales habent, connexae autem ad invicem sunt[14] virtutes earum, et sequuntur se invicem sicut natae sunt. Ex fide[15] nascitur abstinentia, de abstinentia simplicitas, de simplicitate innocentia, de innocentia modestia, de modestia disciplina et caritas.[16] Harum ergo opera sancta et pudica et recta sunt. Quicunque ergo servierit his, et invaluerit tenere opera earum, in turri[17] habebit habitaculum cum Sanctis Dei.‘ Interrogavi eam[18] de temporibus, si iam consummatio est? Illa autem exclamavit voce magna, dicens: ‚insensate homo! nonne vides turrim adhuc[19] aedi-

9) *qui* Vat. *Improbus* ut supra c. 3.

10) *an hi omnes lapides* Vat. enuntiationem ita terminans: *si est illis penetentia et habebuntur in turrim hanc.*

11) *turri* Vat.

12) *enim* Vat.

13) *repleverint* Vat. Falluntur quotquot de Purgatorio intelligunt. Haud dubium quin loquatur de Poenitentia. *Cot.*

14) *praeceperunt* Vat., in sententiae fine *istud* p. *iustum.*

15) *in cor eorum* Vat.

16) *ascenderit in corde* Vat.

Cap. VIII. 1) *desini interrogando* Vat.

2) *aliquid* accessit ex Vat., ubi ante *videre* literae *ve d* apparent uti vocabuli membra disiecta.

3) *sex* Vat.

4) *his* Vat. vb. *inquit* omisso.

5) *nunc* excidit exemplari Vat.

6) *enim* Vat.

7) *fiant* Vat. Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. 10, 52. Luc. 7, 50. 8, 48. 17, 19. Act. 26, 18. Rom. 3, 22. 28. 5, 1. Apud Clem. Alex. Strom. II, 12. p. 458., ubi ecclesia manu contineri dicitur. Editio Oxoniensis: Manus contracta, rectissime Fidem repraesentat, qua divina promissa apprehendimus. Aliter Pal. *Prima quidem ipsarum quae tenet manus fides vocatur.*

8) *continentia vocatur haec est filia dei* Vat.

9) *fiat* Vat.

ea, quae referebat de turri. Et iterum interrogavi illam, si omnes lapides isti ascendentes et non apti in turre, si est illis poenitentia, et habebunt locum in turre hac.[3] Et ait mihi: habent quidem poenitentiam, sed in ista turre non possunt convenire; in alio autem loco poterunt convenire multo minore. Et hoc postquam[4] tormentis afflicti fuerint, et complebuntur dies peccatorum suorum. Et ideo transferentur, quoniam receperunt verbum iustum. Et tunc contingit eis transferri de tormentis suis propter opera, quae operati sunt mala. Si autem non ascenderit in corde eorum [poenitentia], non salvabuntur propter durum cor eorum.

(B) VIII. Et cum pausassem interrogans eam de omnibus his, dixit mihi: vis aliud videre? Et ego aliquid desiderans, factus sum vultu meo gaudens. Illa itaque respiciens ait mihi: vides septem feminas in circuitu turris? Et dixi ei: video, domina. Et ait mihi: turris haec[1] ab istis portatur iuxta dispositionem Domini. Audi ergo operas earum. Prima quidem ipsarum, quae tenet manus, fides vocatur: per hanc salvantur electi Dei. Alia autem, quae praecincta est et viriliter agit, abstinentia vocatur: haec filia est fidei. Quicunque secutus fuerit illam, beatus erit in vita sua, quoniam omnium malorum operum evadet credens, quoniam evadet ab eadem concupiscentia iniqua, et haereditabit vitam aeternam. Et dixi ei: illae aliae, quae sunt, domina? Et ait mihi: filiae suae alterutro[2] sunt. Vocantur enim una simplicitas, alia disciplina, alia innocentia, alia castitas et alia caritas.[3] Quando ergo operas matris earum servaveris, omnes poteris videre. Dixi itaque ei: volebam cognoscere, domina, quaeque[4] earum quam virtutem habet. Et ait mihi: audi virtutes ab alterutro. Virtutes ipsarum, quas habent, tenentur ab alterutro, et sequuntur[5] alterutro, sicut natae sunt. De fide ergo nascitur abstinentia, de abstinentia simplicitas, de simplicitate innocentia, de innocentia castitas, de castitate disciplina, de disciplina caritas. Harum ergo opera casta, sancta et divina sunt. Quisquis ergo servierit istis et potuerit tenere opera earum, in turre habebit habitationem cum sanctis.[6] Cum autem interrogassem eam[7] de temporibus, illa exclamavit voce magna dicens: insensibilis homo, non vides, turrem adhuc aedificari? Usque

---

10) Ita dedi c. Vat., *abstinebit; credens, quod, si se continuerit* Cot.

11) *inquam* sicuti mox *inquit* excid. libro Vat., ubi subinde *alterutrum* p. *invicem*.

12) *servaveritis — poteritis* Vat., quae lectio locum suum tuetur.

13) *Volo* Vat., ubi *que quam earum* (*quaeque earum quam* Pal.) p. *quam quaeque earum*.

14) *Tenentur autem ab invicem* p. *connexae autem ad invicem sunt* Vat.

15) Sensum huius loci putat Cl. Potterus expressisse Clementem Alex. l. c. hisce verbis: *Καὶ πάλιν· Προηγεῖται* (*praecedit*) *μὲν πίστις· φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. Gall.*

16) Cf. ad haec Pal.

17) *turrim* Vat.

18) *eam* c. Pal. Vat. et Fabr. St., *illam* Cot.

19) Ita transcripsi ex Pal., *super* Vat., unde vulg. lectionem *semper* parum commode provenisse puto.

3) *in turrem hanc* Pal.

4) Vocc. *et hoc postquam* bis scribuntur in Pal. Infra servavimus *in corde*.

Cap. VIII. 1) *hanc* Pal.

2) Post *alterutro* expungitur *domina* Pal.

3) *claritas* erat in Pal.

4) *quis* Pal.

5) *sequentur* Pal.

6) Post *sanctis* erasum est *tuis* in Pal.

7) *ea* Pal.

ficari? Quando ergo consummata fuerit[20] turris et aedificata, habet finem; sed et cito consummabitur. Noli me amplius interrogare quicquam. Sufficiat[21] tibi et omnibus Sanctis commemoratio ista, et renovatio spirituum vestrorum. Sed non tibi haec soli[22] revelata sunt, sed ut omnibus demonstres ea. Post triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba haec, quae tibi incipio dicere, ut loquaris ea omnibus[23] in auribus Sanctorum, ut audientes ea, cum fecerint, emundentur a nequitiis suis, sed et tu[24] cum illis.'

(A) IX. ‚Audite me ergo,[1] filii: ego vos enutrivi in[2] multa simplicitate et innocentia et modestia, propter misericordiam Dei, quae super vos stillavit in iustitia, ut sanctificemini et iustificemini ab omni nequitia et omni pravitate; vos autem non vultis requiescere a nequitiis vestris. Nunc ergo audite me, et pacem habete alius cum[3] alio, et visitate vos alterutum, et suscipite vos invicem, et nolite soli creaturas Dei percipere; abundantius etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis infirmitatem carnis suae contrahunt, et violant carnem suam.[4] Aliorum autem, qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter id, quod non habent sufficientem cibum; et propter hoc[6] consumitur corpus eorum. Haec igitur intemperantia nociva[7] est vobis habentibus et non communicantibus iis, qui egent. Attendite iudicium superveniens. Qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata. Postquam enim consummata fuerit[8] turris, voletis benefacere, et non habebitis locum. Videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris, ne forte ingemiscant ii,[9] qui egent, et gemitus eorum ascendat[10] ad Dominum, et excludamini cum bonis vestris extra ianuam turris. Nunc itaque vobis dico, qui praeestis ecclesiae, et amatis primos consessus:[11] nolite similes[12] fieri maleficis. Et malefici quidem venena sua in pixidibus baiulant;[13] vos autem venenum vestrum et pharmacum[14] in corde continetis, et non vultis purgare corda vestra, et permiscere sensum vestrum puro cordi,[15] ut habeatis misericordiam a rege magno. Videte ergo, filii, ne[16] forte hae dissensiones vestrae fraudent vitam vestram. Quomodo vos erudire vultis electos Dei, cum ipsi[17] non habeatis disciplinam? Commonete[18] ergo vos invicem, pacatique estote inter vos,[19] ut et ego coram patre vestro astans, rationem reddam pro vobis Domino.'

---

20) *fuerit* non est in Vat.

21) *aliquid. Sufficient* p. *quidquam. Sufficiat* Vat.

22) *solo* Vat., qui mox *demonstrares* p. *demonstres ea.*

23) *omnibus* addidi ex Vat. (*omnia* Pal.) i. e. in omnium sanctorum auribus. Quae se dicturam promittit, in capite proximo subsequuntur.

24) *tu* om. Vat.

Cap. IX. 1) *ergo* non est in Vat.

2) *et* Vat. Ecclesiae nomine Hermas ut propheta alloquitur non filios suos, sed primo omnes fideles, seu ecclesiae filios, secundo eos, qui ecclesiae praesunt. Hinc in extremo capite: *ut et ego coram patre vestro astans, rationem reddam pro vobis Domino.*

3) *in* Vat. Idem in sqq. ponit *in alterutrum*, omittit *vos* exhibetque *sibi* p. *soli.* Quae hic et sub capitis finem commendantur praecepta, in mentem revocant quae legimus in Ep. Barnab. c. 19. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἢ διὰ λόγου σκοπῶν καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. Recte Gallicciolli: e non vogliate godervi soli le cose create da Dio i. e. *creaturas.* Vid. Iob. 13, 17.

4) *enim quidam cum pluribus cibis*

dum compleatur turris, quae fabricatur, habebunt finem. Sed cito peraedificabitur. Iam noli me interrogare aliquid; sufficiat tibi commonitio haec et sanctis, et renovatio spiritus vestri. Sed non tibi soli revelata sunt ista, sed ut omnibus nunties.[8] Illa post dies tres intelligere te oportet. Primo quidem mando tibi verba haec, quae incipio tibi dicere: loquere ea omnia in auribus sanctorum, ut audientes ea et facientes mundentur a nequitiis suis, et tu cum ipsis.

(B) IX. Audite me, filii. Ego vos enutrivi in multa simplicitate et innocentia et castitate propter misericordiam Domini eius, qui desuper stillavit iustitiam suam, ut iustificemini et sanctificemini ab omni nequitia et ab omni vacatione.[1] Vos autem recedite a nequitiis vestris. Nunc ergo audite me, et pacem habete in vobis ipsis et visitate alterutros et suscipite alterutros et nolite soli, quae a Deo creata sunt, accipere infrunite, sed date etiam eis, qui dehabent. Qui autem a multis escis imbecillitatem corporis adquirunt, et fatigant carnem suam; et qui non habet escam, fatigatur caro eius eo, quod sufficienter non habeat escam: et corrumpitur caro eorum. Haec ergo intemperantia nocens est eis, qui abundant et non porrigunt[2] eis, qui dehabent. Videte ergo iudicium venturum. Qui autem plus habetis, quaerite esurientes, usque quo turris non est completa. Postea autem cum completa fuerit turris, velle habetis benefacere, et non habebitis locum. Videte ergo vos, qui luxuriamini in divitiis vestris, ne forte suspirent qui egent, et suspirium eorum ascendat ad Dominum, et excludamini cum omnibus divitiis vestris foris portam turris. Modo ergo dico prioribus ecclesiae et his qui primas sessiones amant: nolite esse similes maleficis. Malefici autem maleficia sua in thecis[3] suis portant; vos autem mala vestra et acta in cordibus vestris inserta habetis, et non vultis purgare corda vestra, et temperare vestram sapientiam[4] in unum et in corde puro vestro, ut habeatis misericordiam a rege magno. Videte ergo filii, ne forte hae dissensiones vestrae deserant vitam vestram. Quomodo vos vultis corripere electos Dei, ipsi non habentes disciplinam? Corripite ergo alterutros, et pacem habete in vobis, ut et ego ante patrem hilaris adstans rationem pro vobis omnibus reddam Domino vestro.

---

infirmitatem carnis sue assumunt sed et convolant carnem suam Vat.

5) *id* excludit Vat.

6) Recepi *propter hoc* ex Vat., qui subinde *consummuntur*. Tum voc. *corpus* esset quartus casus.

7) *nocua* Vat., ubi mox habes *his* p. *iis*.

8) Haec non contradicunt iis, quae vulg. legitur supra c. 8. *nonne vides turrim semper aedificari?* Nam *semper* idem est ac *adhuc*, quod exhibet Pal. Turris autem consummatio affutura est die consummationis totius saeculi.

9) *hi* Vat.

10) *ascendit* Vat. Vid. Iac. 5, 4.

11) *consessus* om. Vat.

12) *similis* Vat., ibidem *maleficis* erat *maleficus*. Cfr. Matth. 23, 6. Marc. 12, 39. Luc. 11, 43. 20, 46.

13) *venena sua in buxides et* (expunctum) *baiulant*. Vat.

14) *medicamentum* Vat.

15) *corde* Vat.

16) *ne* excidit exemplo Vat.

17) *ipsis* Vat.

18) *Commonente* Vat., dein *alterutrum* p. *vos invicem*.

19) Ita Vict. Carmel. Lamb. Vat. favente Pal. c. Fab. St., *eos* Cot.

8) *nuntietis* Pal.

Cap. IX. 1) Scribendum opinor *praevaricatione*.

2) *porrigent* Pal.

3) *thetis* Pal.

4) *vestra sapientia* Pal.

(A) X. Cumque desiisset[1] mecum loqui, venerunt illi sex iuvenes, qui aedificabant, et tulerunt eam[2] ad turrim, et alii quattuor sustulerunt subsellium, et abierunt ipsi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam aversi[3] erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Respondens autem[4] mihi dixit: ‚de his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur.' Apparuit autem mihi, fratres, prima visione, anno superiore,[5] valde anus, et in cathedra sedens. Alia autem[6] visione faciem quidem iuvenilem habebat, carnem autem et capillos aniles, et stans mihi loquebatur; hilarior autem erat, quam[7] primum. Tertia autem visione tota iunior[8] erat et aspectu decora, tantum quod capillos aniles habebat; hilaris autem facie erat, et super subsellium sedens. De his ipsis maestus eram valde, donec[9] cognoscerem visionem hanc. Video anum illam in visu noctis dicentem mihi: ‚omnis rogatio humilitate eget;[10] ieiuna ergo, et percipies a Domino, quod postulas.' Ieiunavi ergo diem unam.[11] Eadem nocte apparuit mihi iuvenis, et ait: ‚quid tu frequenter petis revelationes in oratione?[12] Vide, ne multa[13] postulans noceas carni tuae. Sufficiant tibi revelationes istae.[14] Nunquid poteris fortiores revelationes videre, quam quas[15] vidisti?' Respondens ei dico: ‚domine, hoc solum peto pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio.' Respondit mihi: ‚vos non insensati estis; sed dubitationes vestrae vos insensatos[16] faciunt, eo quod non habetis cor vestrum ad Dominum.' Respondi illi et dixi: ‚sed a te ea diligentius cognoscamus.'[17]

(A) XI. ‚Audi,' inquit, ‚de figuris, quas inquiris. In prima[1] quidem visione quare anus tibi apparuit super cathedram sedens? Quoniam spiritus vester antiquior et iam[2] marcidus est, et non habens vim a vestris infirmitatibus et dubitatione cordis. Sicut enim seniores, qui non habent spem renovandi, et nihil aliud expectant nisi dormitionem suam; sic et vos infirmati a secularibus negotiis tradidistis vos in socordiam,[3] et non proiecistis a vobis sollicitudinem in Domino, et confusus[4] est sensus vester, et inveterastis in tristitiis vestris.' ‚Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, domine?' Respondit: ‚quoniam omnis infirmus[5] super cathedram sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas eius. Ecce habes figuram primae visionis.'

Cap. X. 1) *desinisset* Vat.

2) Sic leg. Pal. Vat. et Fab. St., *illam* Cot., *a turri* p. *ad turrim* Vat., qui scr. *subtulerunt* p. *sustulerunt* et *ierunt* p. *abierunt*.

3) Revocavi lect. *aversi* c. Pal. Fab. St. et Cot. *adversi* Vat. = ad turrim versi. At simplicius illud, quod ap. Hef. parum commode in hoc commutatum. Cfr. Vis. 4, 3. extrem.

4) *autem* excludit Vat. Discrepat Pal. *de his postea debes me interrogare, ut tibi reveletur.*

5) *priore* Vat. omisso voc. *fratres*, tum *in cathedram*. Vis. 1, 2 sq.

6) *quidem* Vat. absque sqq. *quidem* et *mihi*.

7) Vocc. *erat*, *quam* om. Vat. Cfr. Vis. 2, 1 sq.

8) *iuvenior* Vat., qui *quidem* p. *quod*, deinde *in fine* p. *facie*. Cfr. Vis. 3, 1 sq.

9) Voci *donec* adscribendae lacuna aperta extat in Vat.; ibidem *revelationem* p. *visionem*.

10) Antiochus hom. 106.: *χωρὶς δὲ ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχήν*. In Vat. *participes* p. *percipies*.

11) *unum diem* Vat.

(B) X. Quando autem cessavit loquens mecum, venerunt sex viri, qui aedificabant turrem. Et tulerunt eam in turrem, et alii quattuor tulerunt scamnum.[1] Horum personam non vidi, quoniam aversi erant. Eunte autem illa[2] interrogabam, ut mihi revelaret de tribus personis, in quibus mihi paruit. Quae respondens dixit mihi: de his postea debes me interrogare, ut tibi reveletur. Visa enim mihi est, fratres, prima quidem visione annotina satis senior, et super cathedra sedens. Alia autem visione faciem iuvenis habebat, carnem[3] autem et capillos senioris, et stans loquebatur mihi; hilarior autem erat quam ante. Tertia autem visione visa est mihi tota iuvenis et formosa specie; solum autem capillos senioris habebat. Hilaris autem in finem erat et super scamnum sedens. Propter hoc satis tristis eram, ut cognoscerem visionem istam. Video itaque seniorem ipsam[4] in visione dicentem mihi: omnis interrogatio humilitate[5] opus habet. Crede ergo et accipies, quod quaeris ad Dominum. Ieiunavi una die.[6] Et ipsa nocte visus est iuvenis et ait mihi quoniam tu sub manu petiturus es visiones in prece, vide ne satis petens noceas carni tuae.[7] Sufficiunt tibi visiones istae: ne putes fortiores visiones his, quibus vidisti, videre. Respondens autem dixi ei: domine, hoc solum quaero de tribus formis praedicatae senioris, ut visio perfecta fiat. Respondens autem dixit mihi: quam diu insensati estis? Nam et dubietates vestrae ipsae vos insensatos faciunt, et quod non habeatis cor vestrum paratum ad Dominum. Respondens dixi illi: a te autem domine diligentius ea cognoscere debemus.

(B) XI. Audi, inquit, de formis, [de] quibus interrogas. Prima quidem visione propter quid senior tibi apparuit in cathedra sedens? Quoniam spiritus[1] senior et fatigatus et non habens virtutem a luxuriis vestris et dubietatibus. Sicut autem seniores non habentes spem renovari nihil aliud sperant, ni dormitionem propriam: sic et vos fatigati a secularibus actibus tradidistis vos anxietatibus et non proiecistis solicitudinem vestram in Dominum; sed obtusus est sensus vester et veteres[2] facti estis in cogitationibus vestris. Et dixi ei: propter quid ergo in cathedra sederat, volo cognoscere domine. Qui dixit mihi: quoniam omnis aegrotans in cathedra sedet propter aegritudinem suam, ut contineatur imbecillitas corporis eius. Habes formam visionis primae.

---

12) *orationem* Vat., voc. *visione* ante *revelationes* expuncto.
13) *Videas ne multum* Vat.
14) Ita Pal. Vat., *hae* vulg.
15) *quod* Vat.
16) Vocc. ordo in Vat. *insensatos vos;* cum eodem *habetis* p. vulg. *habeatis.*
17) Praetuli lectionem Vat. *cognoscamus* vulg. *cognoscemus.*

Cap. XI. 1) *priori* p. *in prima* Vat.
2) Ita Vat. et Fab. St. p. Cotelerii *etium,* quae lectio mentem scriptoris non reddit. Vis. 2, 4. senectutis causa erat ecclesiae: *quoniam omnium prima creata est.*
3) *accidias* Vat. Fortassis *anxietates.*
4) *concussus* Vat.
5) *infirmis* Vat.

Cap. X. 1) In Pal. enunciatio languet: *et tulerunt eam in ea et alii quattuor tulerunt scamnum: et tulerunt eam in turre.*
2) *illam* erat in Pal.
3) *carne* Pal.
4) *ipsa* Pal.
5) *humilitatem* Pal.
6) Lege potius *unam diem.*
7) *carnem tuam* Pal.
Cap. XI. 1) *spiritu* Pal.
2) *veteris* Pal.

(A) XII. ‚Secunda autem visione vidisti illam stantem, et iuvenilem faciem habentem, et hilariorem quam pristinam;[1] carnem autem et capillos aniles. Audi, inquit, et hanc parabolam. Cum senior iam fuerit aliquis, desperat de se ipso[2] propter infirmitatem suam et paupertatem, et[3] nihil aliud expectat, nisi diem extremum vitae suae. Deinde subito illi[4] relicta est hereditas, et audiens exsurgit, hilarisque factus induit virtutem; et iam non discumbit, sed stat, et liberatus[5] est a prioribus maeroribus, et iam non sedet, sed viriliter agit. Ita et vos, audita revelatione,[6] quam Deus vobis revelavit. Quia misertus est Dominus vestri,[7] et renovavit spiritum vestrum, et deposuistis infirmitates vestras; accessit vobis fortitudo, et invaluistis in fide, et visa Deus fortitudine vestra gavisus est. Propter hoc demonstravit vobis structuram turris; et alia ostendet,[8] si ex toto corde pacem habueritis inter vos.‘

(A) XIII. ‚Tertia autem visione vidisti illam adolescentiorem, honestam et hilarem, et serenum vultum eius.[1] Sicut enim, si alicui maesto[2] supervenerit nuntius bonus aliquis, statim oblitus est maeroris, nihilque aliud expectat, nisi annuntiationem quam audivit, et confortatur de cetero, et renovatur spiritus eius[3] propter gaudium quod accepit; sic et vos renovationem accepistis spirituum vestrorum, videntes haec bona. Et quia super subsellium vidisti sedentem, fortis positio est,[4] quoniam quattuor pedes habet subsellium, et fortiter stat. Nam et mundus per quattuor elementa continetur. Qui ergo poenitentiam egerint integre, iuniores erunt; et qui ex toto corde poenitentiam egerint, erunt fundati.[5] Habes in pleno revelationem; nihil amplius postules de revelandis.[6] Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.‘

VISIO IV.

De tentatione et tribulatione hominibus superventura.

(A) I. Visionem vidi, fratres, post dies viginti pristinae visionis, figuram tribulationis superventurae.[1] Proficiscebar[2] in illa via Campana; a via autem publica in villam sunt fere[3] stadia decem. Raro[4] autem iter fit per locum illum. Et solus ambulans rogabam Dominum, ut revelationes eius, quas mihi ostendit per sanctam ecclesiam suam, confirmaret, et daret poenitentiam omnibus servis suis, qui scandalizati sunt;

Cap. XII. 1) *pro pr pristina* (sic) p. *quam pristinam* Vat.
2) *se ipsum* p. *de se ipso* Vat.
3) *et* excidit Vat.
4) *Deinde illi subito* Vat., idem *exurexit* p. *exurgit*.
5) *superatus* leg. videtur Vat.
6) Ita (*audientes hanc visionem* Pal.) var. lect. ap. Cot., qui in textu c. Fab. St. *audite revelationem* ut Vat.
7) *vobis* Vat.
8) *ostendit* Vat.

Cap. XIII. 1) *Tertiam autem visionem vidisti illam adolescentiorem et bonam et hylarem et bene vultum eius* Vat.
2) *si in alicui moesto* Vat. Ibidem *nihil* p. *nihilque;* deest prox. *et* ante *confortatur*.
3) *et renovatur eius spiritus* Vat.
4) *est* des. in Vat. (suspicor etiam in Lamb.)
5) In Vat. des. vocc. *integre, iuniores erunt; et qui ex toto corde poenitentiam egerint, erunt fundati.* In Pal. *perfecte* p. *integre,* quam vocem invito Gallandio bene locum suum tueri censeo.

(B) XII. In secunda autem visione vidisti eam stantem et faciem iuvenem habentem, et hilarem[1] magis quam ante, et corpus et capillos senioris. Et hanc ergo similitudinem audi. Quando aliquis senior desperat de se propter imbecillitatem et mendicitatem suam, nihil aliud expectat, nisi diem novissimum vitae suae. At si postea subito ei relinquatur haereditas, et audiens surrexit, et gaudens effectus[2] induit se fortitudinem, et non iam iacens, sed stans renovabatur in spiritu, qui iam corruptus erat a prioribus suis defectionibus: non iam sedit, sed viriliter agit. Sic et vos audientes hanc visionem, quam vobis Dominus revelavit. Quoniam misertus est super vos Dominus et renovavit spiritum et deposuit languores vestros: et accessit vobis fortitudo et potestas, et potentes effecti estis in fide. Et videns Dominus fortitudinem vestram gavisus est. Et propterea nunciavit vobis fabricam turris. Et alia quidem nuntiabit, si ex totis praecordiis pacem habueritis in vobis.

(B) XIII. Tertia autem visione vidisti illam iuvenem, et bonam et hilarem, [ac] spetiosa [fuit] facies sua. Sicut enim [si] alicui tristi venerit nuntius bonus, statim obliviscitur priorem tristitiam et nihil aliud expectat nisi nuntium quod audivit, et fortis efficitur de caetero in bono; etenim renovatur[1] spiritus propter gaudium quod accepit: sic et vos renovationem accepistis spiritus vestri videntes haec bona. Et quoniam super scamnum vidisti illam sedentem, fortis positio, quia quattuor habet pedes scamnus[2] et fortis stat. Siquidem et seculum per quattuor angulos continetur. Qui ergo perfecte poenitentiam egerint, renovabuntur et fundati in toto corde suo poenitentiam agent. Habes perfecte omnem revelationem. Nunquam iam aliud quaeras; si autem rogaveris, revelabitur tibi.

VISIO QUARTA.

(B) I. Visio, quam vidi, fratres, [haec erat.] Post dies viginti prioris diei usque ad advenientem diem ibam in agrum per viam Campanam. De strata publica sunt quasi stadia decem; raro autem ambulatur ipse locus.[1] Solus autem ambulans rogabam Dominum, ut revelationes et visiones, quas[2] mihi ostendit per sanctam ecclesiam suam, fortes faceret, et viderem poenitentiam servorum Dei, qui scandalizabantur, ut lauda-

---

6) *revelatis* Vat.

Vis. IV. 1) Tribulationem intelligit sub Domitiano. *Oxon.*

2) *proficiscebam* erat in Vat.

3) *in villa sunt vero* Vat. Est ille Viae Appiae tractus, qui Campaniam percurrit.

4) *Rare* Vat., deinde *eum* p. *illum*. Sequens periodus cum hacce sine *Et* copulatur.

Cap. XII. 1) *hilaris* Pal.

2) Maluerim *gaudio affectus*. In Pal. haec habes: *Aut si postea subito ei relinquatur haereditas: et audiens surrexit et gaudens affectus induit se fortitudinem et non iam iacens sed stans renovabatur in spiritu: quod iam corruptum erat a prioribus suis defectionibus: et non iam sedit sed viriliter agens.*

Cap. XIII. 1) *et renovatur enim* Pal.

2) Sic Pal. distincte.

Vis. IV. 1) *Visio quam vidi fratres: post dies viginti prioris diei, usque ad advenientem diem ibam in agrum per via campana: de strata publica: sunt quasi stadia decem. Raro autem ambulatur ipse locus* Pal.

2) *quae* Pal.

ut honorificetur nomen eius magnum et honorificum; et, quia me dignum existimavit,[5] ut ostenderet mihi mirabilia sua, et eum honorificarem, et gratias agerem. Tanquam vox mihi respondit: ‚ne dubites, Herma!' Intra me ergo coepi cogitare et dicere: ‚ego quid habeo dubitare, sic fundatus a Domino, et qui vidi honorificas res?' Progressus sum paululum, fratres, et ecce video pulverem usque ad caelum. Coepi dicere intra me: ‚nunquid iumenta veniunt, et pulverem excitant?' Distabat autem a me[6] tanquam stadium. Et ecce, video magis magisque[7] pulverem exsurgentem, adeo ut suspicarer, esse aliquid divinitus. Pusillum autem[8] resplenduit sol, et ecce video bestiam magnam veluti cetum, et ex ore eius locustae igneae procedebant. Erat autem statura bestiae illius pedes fere centum, caput autem habebat tanquam vas urnale.[9] Coepi flere et invocare Dominum, ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus sum verbi,[10] quod audieram: ‚ne dubites, Herma.' Iudutus ergo, fratres, fidem Dei, et memoratus quae[11] docuit me magnalia, audenter in bestiam me tradidi. Sic autem veniebat bestia illa,[12] ita ut posset in ictu civitatem delere. Veni prope illam, et tam grandis bestia extendit se in terram, et nihil nisi linguam proferebat, et in totum non movit se, donec pertransissem[13] illam totam. Habebat autem bestia illa[14] super caput colores quattuor: nigrum, deinde rubeum et sanguinolentum, inde[15] aureum, deinde album.

(A) II. Postquam autem pertransivi bestiam[1] illam, progressus sum fere pedes triginta; et ecce occurrit mihi virgo quaedam exornata, tanquam de thalamo prodiens, tota in albis, et calceamentis albis circumdata, et usque ad faciem mitram habens,[2] pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo a pristinis visionibus, quoniam ecclesia est; et hilarior factus sum. Salutavit autem me dicens:[3] ‚ave tu, homo.' Et illam resalutavi dicens: ‚domina, ave.' Respondens autem[4] dixit mihi: ‚nihil tibi occurrit, homo?' Dico ei: ‚domina, occurrit mihi[5] talis bestia, quae possit populum consumere; sed virtute Dei et singulari[6] eius misericordia evasi illam.' ‚Bene effugisti,' inquit, ‚quoniam solitudinem et sollicitudinem tuam ad Dominum proiecisti,[7] et cor tuum aperuisti ad eum, credens, quod per nullum alium poteris salvus esse, nisi per magnum et honorificum nomen eius. Propter hoc misit Dominus angelum

---

5) *extimavit* Vat., sub finem *ut et gratias agerem.* Periodi explicationem omnium praestantissimam praebet lectio Codicis Pal.

6) *Sic erat autem* p. *Distabat autem a me* Vat.

7) *Magis magisque video* p. *Et ecce, video magis magisque* Vat., cui excidit seq. *esse.*

8) *autem* om. Vat., ubi mendum *locute* p. *locustae.*

9) *Erat autem statura bestie illius fere pedes centum. caput quidem habebat tamquam urnalem* Vat. De ceto, quod Iachm. (p. 49. 59.) aliique centum pedibus praeditum invito Herma asserunt, cfr. Apoc. 11, 7. 12, 3. 13, 1 sq. 17, 8 sq. Clarius, ut solet, etiam de isto Pal.

10) *rememoratus sum verbum* p. *recordatus sum verbi* Vat.

11) Ita dedi c. Lamb. Pal. Vat. et Fab. St., *quis* Cot.; tum *in me bestiam tradidi* Vat.

retur nomen eius gloriosum, quoniam dignum iudicavit, ut ostenderet mihi mirabilia sua. Et laudante me et gratias ei agente, quasi sonus vocis mihi respondit et ait mihi: noli dubius esse. Ego autem mecum cogitare coepi dicens: ego quid habeo dubius esse, ita fundatus a Domino, et qui viderim tam gloriosas res? Et accessi modicum, et ecce video pulverem quomodo in caelum ferebatur. Et coepi dicere mecum: putas[3] animalia veniunt et pulverem levant. Sic autem erat longe hoc a me, quasi stadium unum. Cum fieret ergo amplior pulveris spissitudo, sensi aliquid esse divinum. Modicum autem eluxit sol, et ecce video magnam bestiam quasi aliquem cetum, et ex ore eius locustae igneae exibant. Erat autem bestia longior quasi pedum centum, et caput habens quasi laguenam.[4] Unde cum coepissem plorare et rogare Dominum, ut me liberaret a bestia, memoratus sum sermonis, quem audieram: noli dubius esse. Induens ergo me, fratres, fidem Domini, et in mentem habui eorum magnorum quae docuerat me, et confirmatus tradidi me bestiae. Sic autem veniebat bestia rugiens, quasi posset civitatem exterminare. Veni igitur iuxta illam;[5] at bestia volvebat se in terra, et nihil aliud faciebat nisi linguam[6] proferebat, et in totum non se movebat, quamdiu transivi illam. Habebat autem ipsa bestia super caput colores quattuor: nigrum et igneum sive sanguineum, et aurosum et album.

(B) II. Quando autem transivit me illa bestia, et accessit quasi pedes triginta, ecce obvia mihi venit virgo ornata quasi de thalamo procedens in albis calceamentis et albis vestibus operta usque ad frontem, et mitra erat opertorium eius; habebat autem capillos albos. Cognovi ergo ex prioribus visionibus, quoniam ecclesia est, et hilaris effectus sum. Illa autem salutavit me dicens: ave homo. Et ego illam resalutavi: ave domina. Illa respondens ait mihi: nihil [tibi accurrit?] Dico ei: etiam domina, talis bestia, quae poterat populos consumere; sed virtute Domini et miseratione eius evasi ab ipsa. Bene, inquit, evasisti, quoniam sollicitudinem tuam in Dominum proiecisti, et cor tuum aperuisti apud Dominum, credens, quia per nullum poteras salvari, nisi per magnum et gloriosum nomen [ipsius.] Propter hoc Dominus destinavit angelum suum,

---

12) *illa bestia* ordo in Vat., tum *possit* p. *posset*.
13) *transirem* Vat.
14) *illa bestiā* transp. Vat.
15) *deinde* Vat.

Cap. II. 1) *bestiam* accessit ex Vat. et Fab. St., suffragante Pal., subinde *progressum* p. *progressus sum* Vat.

2) *virgo quaedam exornata tamquam de thalamo progrediens tota in albis et calciamentis albis circumdata ut usque ad faciem mitram* (sine *habens*) Vat. Vid. Apoc. 21, 2. et Iachm. l. c. p. 61.

3) *Et ego illam salutavi dicens* Vat.
4) *autem* om. Vat.
5) Vocc. *occurrit mihi* des. in Vat.
6) *nimia* Vat.

7) *proiecisti ad dominum* ordinatur in Vat., tum *quia* p. *quod* Vat. Pal. Vid. I Petr. 5, 7. et Act. 4, 12.

3) Sic Pal. Fortasse scr. *potis*.
4) Ita scr. Pal.
5) *illa* Pal.
6) *lingua* Pal.

suum, qui est super bestias, cui[8] nomen est Hegrin, et obturavit os eius, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem effugisti propter fidem tuam, et qui talem bestiam non dubitasti. Vade ergo, et enarra electis Dei magnalia ipsius, et dices illis, quod[9] bestia haec figura est pressurae superventurae. Si ergo praeparaveritis vos, *poteritis effugere illam,[10] si cor vestrum fuerit purum ac sine macula, et reliquos dies vitae vestrae[11] servieritis Deo sine querela. Immittite[12] sollicitudines vestras super Dominum, et ipse diriget eas. Credite[13] Deo, qui estis dubii, quoniam omnia potest, et avertere iram suam a vobis, et mittere vobis praesidia. Vae dubiis iis,[14] qui audierint verba haec, et contempserint; melius erat illis non nasci.'

(A) III. Interrogavi eam de illis quattuor coloribus, quos habebat bestia in capite. At[1] illa respondit mihi dicens: ‚iterum tu curiosus es, de rebus[2] huiusmodi interrogans.' Et dixi: ‚domina, demonstra mihi, quid sint illa.' ‚Audi,' inquit: ‚illud nigrum mundus est, in quo commoramini: ignem autem et sanguinolentum, quoniam oportet seculum hoc per sanguinem et ignem deperire; aurea[3] autem pars vos estis, qui effugistis seculum hoc. Sicut enim per ignem aurum probatur et utile fit; sic et vos probamini, qui habitatis[4] in illis. Qui igitur permanserint et perseveraverint[5] et probati fuerint, ab eis purgabuntur. Et sicut aurum emundatur,[6] et remittit sordem suam; sic et vos abiicietis omnem tristitiam et angustiam, et emundabimini in structuram turris. Alba autem pars superventuri est[7] seculi, in quo habitabunt electi Dei, quoniam immaculati et puri erunt electi Dei in vitam aeternam. Tu ergo ne desinas loqui haec[8] auribus sanctorum. Habetis et figuram tribulationis superventurae[9] magnae. Nam si vos volueritis, nihil erit. In mente[10] habete ista, quae praescripta sunt.' Haec cum dixissit, discessit. Non vidi autem, quem in locum abierit.[11] Strepitus autem factus est, et aversus sum retrorsum metuens: et putabam bestiam illam advenire.[12]

*ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγρίου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται

8) *cuius* Vat. Pal. Hieronymus in Comment. ad proph. Habac. 1, 14. Hermae librum stultitiae condemnandum esse censet, cum angelum quemdam, nomine *Tyri*, reptilibus praeesse scribat. Sed angelus ille non *Tyrus*, sed *Hegrin* ab Herma appellatur, et procul dubio *Tyri* vox apud Hieronymum librariorum vitio ortum debet. Cotelerius duas coniecturas ad nomen *Hegrin* explicandum nobis reliquit: 1) Fortasse scriptum fuisse *εγρην* i. e. compendiosa scriptura pro *ἐγρήγορος*, vigil, עיר, quo nomine apud Danielem 4, 10. et 20. angelus significatur; pro *εγρην* autem scriptum seu lectum fuisse *εγρην*. 2) Fortasse Hermam hoc fere modo scripsisse: *ἔπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὅς ἐστιν ἐπὶ θηρίον, ᾧ ὄνομα ἄγριον, misit Deus angelum suum super bestiam, cui* (bestiae) *nomen est τὸ ἄγριον*, i. e. *ferum*. Huic interpretationi favet Clem. Alex. (Strom. IV, 9. p. 596.), eique adstipulatur Nourrius; priori autem patrocinatur Lücke (Einleit. in d. Offenbarung Iohannis) p. 145. not. 2. Cfr. quoque Ittigium, l. c. p. 168. Cfr. Apoc. 9, 11.: *ἄγγελος Ἀββαδών*. *H.* Attamen Hieronymus illic Hermam nec nominat, nec accusat. Dicit potius, scriptum quoddam apocryphum stulte narrare, quemdam angelum nomine Tyri praeesse reptilibus, et in hanc similitudinem piscibus quoque et arboribus et bestiis universis proprios in custodiam angelos assignatos. Ultima Hieronymi verba melius quadrant ad Clementis Romani Recogn. I, 45. In Codice Pal. est *tegri*. Fortassis vocem habes ex *θήγειν* (acuere, excitare, instigare) et *ἄγριον* (ferum) ab Herma ex Graeco Iudaeo facto Christiano modo Hebraeorum conflatam, sed librariorum incuria mutilatam. Legendum propono Thegrin.

qui super bestias est, cuius nomen est Tegri,[1] et lusit[2] os eius, ne te consumeret. Magnam tribulationem evasisti propter fidem tuam, et quia talem bestiam videns non fuisti dubius. Vade ergo et refer electis Domini, et dic illis, quoniam bestia haec forma est tribulationis magnae. Si ergo paraveritis vos et poenitentiam feceritis ex toto corde vestro ad Dominum, poteritis evadere illam, si cor vestrum fuerit mundum et immaculatum, et caeteros vitae vestrae dies servieritis[3] immaculati. Proicite sollicitudines vestras in Dominum, et ipse corriget eas. Credite Domino, quia omnia[4] potest, et avertit iracundiam suam a vobis. Vobis autem, qui dubii[5] estis, mittet flagella. Vae audientibus haec verba et contemnentibus ea; melius erat enim non nasci.

(B) III. Et interrogavi eam de quattuor coloribus, quos habet super caput suum. Illa autem respondens ait mihi: iterum exquaeris de talibus rebus? Dico ei: etiam domina, nota fac mihi, quae sunt haec. Audi, ait: nigredo seculum hoc est, in quo habitatis: igneum autem vel sanguineum, quoniam debet seculum hoc per sanguinem et ignem perire; aurosum autem vos estis, qui evadetis seculum hoc. Quoniam autem aurum probatur per ignem et bonum invenitur: sic et vos probamini in vobis. Qui ergo perseverat et igni probatur, ab ipso purgabitur: et quomodo aurum dimittet sordem, sic et vos dimittitis omnem tristitiam et angustiam, et purgamini et utiles eritis in fabrica turris. Album autem, quod erat, mundus venturus est, in quo habitabunt electi Dei, quoniam mundi et sine macula erunt hi, qui eliguntur a Deo in vitam aeternam. Tu ergo noli intermittere loquens in auribus sanctorum. Habetis et formam tribulationis venturae. Si autem et vos volueritis, nihil erit. In mente habete, quae ante scripta sunt. Haec dicens recessit, et non vidi, quo loco iit; nebula autem fuit. Et ego reversus sum retro timens et sperans, quoniam bestia venit.

καθαρὰ καὶ ἄμωμος,

---

9) *quoniam* Vat. Pal.

10) *effugere* p. *poteritis effugere illam* Vat.

11) *vestrae* om. Vat.

12) *iniuncte* Vat. Scribe saltem *iniungite*. Idem *dirigit eos* p. *diriget eas* ex Lambeth., *corriget eas* Pal., *dirigat eas* Cot. Cfr. Ps. 54, 23. Matth. 6, 25. Luc. 12, 22. Phil. 4, 6.

13) *creditis* Vat., dein om. *et* ante *avertere*, tum *suffragia* p. *praesidia*.

14) *his* Vat. Matth. 26, 24. Marc. 14, 21.

Cap. III. 1) *Ac* Vat.

2) *de illis* (expunctum) *rebus* Vat.

3) *aureum* Vat. Cfr. II Petr. 2, 20.

4) *habitis* mendose Vat. Subsequens *in illis* ad huius mundi homines referunt. Praestat lectio Codicis Pal. *sic et vos probamini in vobis*. Cfr. I Petr. 1, 7.

5) Vocc. *et perseveraverint* non leg. in Vat. Commate distinxi post *fuerint*, cum prius interpungeretur post *eis* = huius mundi hominibus. Eo spectat Pal. *Qui ergo perseverat et igni probatur ab ipso purgabitur*.

6) Ita Fab. St. et Cot. in textu, ut videtur sine Codd. auctoritate, cum C et G exhibeant *emendatur* aeque ac Lamb. Vat., mox quoque *emendamini* p. *emundabimini* Vat.

7) *supervenientur* p. *superventuri est* Vat.

8) *loquendo* p. *loqui haec* Vat.

9) *superveniente* Vat.

10) *mentem* Vat., mox *perscripta* p. *praescripta*.

11) *quo loco abiit* p. *quem in locum abierit* Vat.

12) *et adversus sum retro metuens. et putabam illam bestiam venire* Vat. Similis strepitus auditus est IV Esdr. 10, 26.

Cap. II. 1) *tegri*: sic Pal.

2) non muto in *illusit*.

3) *servitae* Pal.

4) *omnes* Pal.

5) *dubi* Pal.

LIBER[1] SECUNDUS

QUI INSCRIBITUR:

MANDATA.

Prooemium.

Cum orassem domi, et consedissem[2] supra lectum, intravit vir quidam reverenda facie, habitu pastorali, pallio albo amictus, peram in humeris, et virgam in manu gestans, et salutavit me. Et ego resalutavi eum.[3] Protinusque consedit iuxta me, et ait mihi: ‚missus sum ab illo[4] venerabili nuntio, ut habitem tecum reliquos dies vitae tuae.' Et ego putabam, ipsum[5] ad temptandum me venisse. Et dico ei: ‚tu enim quis es? Ego enim novi,[6] cui traditus sum.' Ait mihi: ‚non cognoscis me?' ‚Non,' inquam. ‚Ego,' inquit, ‚sum pastor ille,[7] cui traditus es.' Adhuc loquente eo figura eius mutata est. Cumque cognovissem, esse[8] eum, cui traditus fueram, confusus sum, protinusque metus me subiit, et totus maerore confectus sum, quia sic respondi ei nequiter et insipienter.[9] Ait mihi: ‚noli confundi, sed virtutem concipe animo in mandatis meis, quae daturus sum tibi. Missus sum enim, inquit, ut, quae vidisti superius, omnia tibi rursus ostendam; praecipue quae ex eis[10] utilia sunt vobis. Primum omnium mandata mea et species similitudinum[11] scribe; reliqua autem, sicut ostendero tibi, sic ea scribes. Ideo autem praecipio[12] tibi, primum mandata mea et similitudines scribere, ut subinde legendo facilius ea custodire possis.' Scripsi[13] igitur mandata et similitudines, ita ut praecepit mihi. Quae audita si custodieritis, atque in his ambulaveritis, et exercueritis ea mente pura, recipietis a Domino, quae pollicitus est[14] vobis. Sin autem iis[15] auditis non egeritis poenitentiam, sed adhuc adieceritis ad delicta vestra, a Domino adversa recipietis. Haec omnia praecepit mihi scribere ‚pastor' ille, nuntius poenitentiae.[16]

---

1) Visionem quartam excipit in Vat. rubra inscriptio: *Visio quinta de mandatis.*

2) *et cum sedissem* C, Lamb., Vat., qui mox pergit *intravit quidam vir dignitosam faciem habitu pastorali amictus pallium album peram gestans in humerum et virgam in manu et salutavit me.* Cfr. Matth. 10, 11. Colligimus ex Tertull. de orat. c. 12, ubi Hermae locus citatur, adsignata oratione fuisse quibusdam morem assidendi. Cuius quidem rei rationem Tertullianus non perspiciens, Hermae dicta ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinae spectare recte adnotat. Vid. IV. Esdr. 3, 1. Vis. 1, 3.

3) Ante *eum* in Vat. est *ipsum* c. punctis suppositis.

4) Sic leg. Pal. Vat. et Fab. St., *eo* vulg. Dein *mee vite* p. *vitae tuae* Vat.

5) *eum* Vat.

6) *novi* pr. man. supraaddidit in Vat. Angelus Hermae custos, qui Vis. 2, 4 et Vis. 3, 10. iuvenis speciosus fuerat, iam adest habitu pastorali: missus *ab eo venerabili nuntio.* Nuntium (*ἄγγελον*) illum venerabilem opinor esse Christum. Id certe desumitur ex Sim. 9, 1. 5, 4. Mand.

INCIPIUNT PASTORIS MANDATA DUODECIM.

(B) Cum orassem domi, et consedissem supra lectum, intravit vir quidam facie dignitosa, habitu pastorali, amictus pelle alba, peram gestans in humero et virgam in manu, et salutavit me. Et ego resalutavi eum, protinusque consedit iuxta me et ait mihi: missus sum ab illo venerabili nuntio, ut habitem tecum reliquos dies vitae.[1] Putavi enim, [eum] ad temptandum me venisse. Dico ei: tu autem quis es?[2] Ego autem novi eum, cui sum traditus. Ait mihi: non cognoscis me? Non, inquam. Et dixit mihi: ego sum ille pastor, cui traditus es. Et adhuc loquente eo, figura eius mutata est. Cumque cognovissem, esse eum[3] cui fueram traditus, confusus sum protinus; metusque in mentem intravit, et totus sum maerore confectus, quod sic ei respondissem nequiter et inscienter. Et ait mihi: noli confundi, sed virtutem concipe animo in mandatis meis, quae daturus sum tibi. Missus sum enim, inquit, ut, quae vidisti superius, omnia tibi rursus ostendam, quae illorum praecipue sint vobis utilia. Primo omnium mandata mea et species et similitudines scribe; reliqua autem sicuti ostendero tibi, scribes, ut subinde legendo facilius possis custodire ea. Scripsi igitur mandata et similitudines, sicut praecepit mihi. Quae audita si custodieritis atque in his ambulaveritis et ea exercueritis mente pura, recipietis a Domino quaecunque pollicitus est[4] vobis. Sin vero eis auditis non[5] egeritis poenitentiam, sed adhuc ad delicta vestra adieceritis, a Domino recipieritis adversa. Haec omnia sic scribere mihi praecepit pastor ille nuntius poenitentiae.

5, 1. Sim. 10, 1. 2. coll. Vis. 3, 9. Archangelo quidem Michaeli, cui omnium fidelium custodia curae est, simili modo locus nuntii poenitentiae prior adsignatur. Sim. 8, 3.

7) *sum ille pastor* Vat., omisso praec. *inquit.*

8) *esse* om. Vat., posthac *in me intravit* p. *me subiit.*

9) Ita est in Vat. favente Pal. et var. lect. apud Cot., *quia sic ei responderam insipienter* idem in textu c. Fab. St.

10) *que ex praecipue* p. *praecipue quae ex eis* Vat., cui excidit pron. *eis*, ut liquet ex Pal.

11) *primum omnia mea et species similitudinem* Vat. Quo *reliqua* referenda sint, quae se Hermae ostensurum promittit, commode colligitur ex Codice Pal. Ibi enim post ultimum Similitudinis 9 vocabulum puncto distincto apponitur ΆΜΗΝ. Quod cum in fine quoque Similitudinis 10 ibidem factum sit (ἀμήν), non dubito, quin amanuensis libros Mandatorum et Similitudinum illic expletos esse, novamque sectionem cum Sim. 10 incipere ex antiquo apographo absque arbitrio signaverit. Codex quoque Vat. id sibi vult. Nam spatium vacuum, quod antecedit Similitudinem 10, titulo soli praescribendo amplius est. *Reliqua* ergo habes in Sim. 10. Haud male divisio incipere potuisset iam inde a Sim. 9, 1.

12) *principio* vitiose Vat.

13) Liber Hermae quodammodo Ethica christiana nominari potest. Cfr. Iachm. l. c. p. 44. *H.*

14) *est* des. in Vat.

15) *his* Vat., cui excidit, ut Lamb., *ad* ante *delicta.*

16) *Ἄγγελος τῆς μετανοίας* etiam apud Clem. Alex. (quis dives c. 42. ad fin. p. 961.) nobis occurrit. *H.*

1) Post *vitae* pron. *tuae* deletum est in Pal. Postea potius *eum* ex *enim* corrige.

2) Erat *est* in Pal.

3) *esse cum eum* Pal., ubi deinde *in mente intravit.*

4) *es* Pal.

5) *et* Pal.

MANDATUM I.

De fide in unum Deum.

(A) *,Primum omnium crede, quod[1] unus est Deus, qui omnia creavit et consummavit, et ex nihilo omnia fecit. Ipse capax universorum solus immensus est,[2] qui nec verbo definiri, nec mente concipi potest. Crede igitur in eum, et time eum, et timens habe abstinentian. Haec custodi, et abiice abs te omnem concupiscentiam et[3] nequitiam, et indue virtutem iustitiae, et vives Deo, si custodieris mandatum hoc.'

MANDATUM II.

De fugienda obtrectatione, et eleemosyna facienda in simplicitate.

(A) † Dixit mihi: ‚simplicitatem habe, et innocens esto; et[1] eris sicut infans, qui nescit malitiam, quae perdidit vitam hominum. Primum de nullo male loquaris, neque libenter audias male loquentem. Sin[2] vero et tu audieris, particeps eris peccati male loquentis; et credens tu quoque peccatum habebis,[3] quia credidisti male loquenti de fratre tuo. Perniciosa est detractio,[4] inconstans daemonium est; nunquam in pace consistit, sed semper in discordia manet. Contine te[5] ab illa, et semper pacem habe cum fratre tuo. Indue constantiam sanctam, in qua nulla sunt peccata, sed omnia laeta sunt; et benefac[6] de laboribus tuis. Omnibus inopibus[7] da simpliciter, nihil dubitans cui des. Sed omnibus da; omnibus enim Deus dari vult de suis donis.[8] Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, quare acceperunt, et ad[9] quid. Qui autem accipiunt ficta necessitate, reddent rationem; qui autem dat, innocens erit. Sicut enim accepit[10] a Domino, ministerium consummavit, nihil dubitando, cui daret et cui non daret; et fecit hoc ministerium simpliciter et[11] gloriose ad Deum. Custodi ergo mandatum hoc, sicut tibi locutus sum, ut poenitentia tua simplex inveniatur, et possit domui tuae bene fieri; et cor mundum habe.'

* *Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Εἷς Θεὸς μόνος ὁ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν.*

† *Ἁπλότητα ἔχε, καὶ ἄκακος γενοῦ, καὶ ἔσο ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπολοῦσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε τοῦ καταλαλοῦντος·*

Mand. I. 1) *quia* Vat., cui dein excidit pron. *qui* et *ex* praep. Graeca sunt: *πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.* Sapientissimo Mandato hoc usi sunt olim SS. Patres, usi et Haeretici Ariani, cum hoc discrimine, quod illi quidem optimo iure id fecerint, hi vero pessimo exemplo, singularique impudentia, quasi neget Ecclesia unum esse Deum, cunctorum creatorem. *Cot.* Cfr. Vis. 1, 1.: *condidit ex nihilo ea, quae sunt.*

2) Huc usque Mand. istud Graece exhibet auctor *Doctrinae ad Antiochum Ducem* editae a Montfauconio T. III. Opp. S. Athanasii p. 252. n. 1, ubi alia praeterea ex Pastore desumpta invenies.

3) *concupiscentiam et* om. Vat., ubi post *vives* interponitur *cum.*

Mand. II. 1) *et* om. Vat., ubi *infantes qui nesciunt* p. *infans, qui nescit.* Ab initio usque ad verba: *omnia laeta sunt* habemus Graece Doctr. ad Antioch. n. 2. p. 253. Fere eadem in Antiochi homil. 29.

MANDATUM PRIMUM PASTORIS.

(B) Primo omnium crede, esse unum Deum, qui omnia creavit et consummavit, et ex nihilo cuncta fecit. Ipse caput universorum, solus immensus, qui nec verbis definiri, nec mente concipi potest. Huic ergo crede, et metue eum, metuque accepto tene abstinentiam. Haec custodi, et abicis[1] a te omnem nequitiam, omnemque indues virtutem aequitatis, et vives Deo, si custodieris hoc mandatum.

MANDATUM SECUNDUM.

(B) Ait mihi: simplicitatem tene et innocens esto, sicut infantes, qui ignorant nequitiam, quae vitam perdit hominum.[1] Ante omnia de nullo male opineris, neque libenter audias eum, qui absenti detrahit. Sin autem et tu audieris,[2] particeps eris huius; si enim consenseris detrahenti et id, quod de absente dictum fuerit, credideris, eris et tu ei similis, et contra fratrem tuum perniciosus, et adstringeris peccato eiusdem detrahentis. Malum enim est, aliquem infamare, et instabile daemonium, nunquam in pace consistens, sed in discordia semper habitans. Abstine ergo te ab eo, et eris semper quietus inter omnes. Indue te autem temperantiam, verecundiam, modestiam, in qua nulla offensa est, nulla nequitia, sed cuncta plana[3] atque laeta. Exerce bonitatem, et de fructu laborum tuorum, quos tibi tribuit Deus, omni inopi praesta simpliciter, nihil dubitans cui sit dandum. Omnibus tribue; universis enim Deus dari vult de suis donis. Accipientes vero reddent rationem Deo, quare et ad[4] quid acceperint. Quicunque enim acceperint coacti aut[5] aliqua necessitate, a crimine innocentes erunt; qui vero fallaciter acceperint, rationem dabunt. Ille autem, qui dat, innoxius erit, cum enim hoc ministerium, quod a Domino accipitur, simpliciter apud Deum gestum[6] fuerit. Quicunque ergo tam simpliciter ministrat, vivit Deo. Custodi itaque mandatum hoc, sicut tibi dixi, in poenitentia tua, et domui tuae cum simplicitate, et cor tuum sit mundum et indeficiens apud Deum.

εἰ δὲ μὴ, καὶ σὺ ἀκούων ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος .... Πονηρὸν γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ, καὶ ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν. Ἄπεχε οὖν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εἰρήνην ἕξεις μετὰ πάντων. Ἔνδυσαι δὲ τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν σεμνότητα, ἐν οἷς οὐδέν ἐστι πρόσκομμα πονηρὸν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά.

---

2) *Sin* etiam Pal., *si* Vat. Idem *peccatis* p. *peccati.*

3) *credens et tu habebis peccatum* p. *et credens, tu quoque peccatum habebis* Vat.

4) *decertatio* Vat., quae lect. sensum prorsus permutat.

5) *Abstine te* p. *Contine te* Vat.

6) *et fac bene* Vat.

7) Cfr. Antioch. hom. 98.

8) *donis* c. Pal. Vat. Fab. St. et Cot. = *ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων* Antioch., *bonis* Hef. c. Gallandio invitis Codd. Locus mutilatus in ed. Cler. a. 1724.

9) *ut* Lamb. Vat. Pal.

10) *accipit* Vat., qui mox ut Lamb. *cui dare, cui non dare.*

11) *et* om. Vat.

Mand. I. 1) Corrige *abicies.*

Mand. II. 1) *hominem* Pal.

2) *audiendo* Pal.

3) *plena* erat in Pal.

4) *ut* Pal.

5) Pal. prius *ut.* Ibidem extat siglum *qc* post *dabunt.*

6) *gesta* Pal.

MANDATUM III.

De fugiendo mendacio, et Hermae poenitentia ob simulationem.

(A) *Iterum mihi dixit: ‚veritatem dilige, et omnis sermo verus[1] ex ore tuo procedat; ut spiritus, quem Dominus constituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos[2] homines, et Dominus magnificetur, qui dedit spiritum in te; quia Deus verax est in omni verbo, et non est mendacium in ipso. *Qui ergo[3] mentiuntur, abnegant Dominum, non reddentes Deo depositum, quod[4] acceperunt. *Acceperunt enim spiritum sine mendacio. Hunc si mendacem reddunt,[5] coinquinant mandatum Domini, et fraudatores fiunt.‘ His ego auditis vehementer flevi.[6] Qui cum flentem me videret, dixit mihi: ‚quid ploras?‘ Et dixi: ‚quoniam, domine, nescio, an possim salvus esse.‘ ‚Quare?‘ inquit. Et dixi: ‚quia nunquam, domine, verum locutus sum verbum in vita mea,[7] sed semper in simulatione vixi, et mendacium pro veritate affirmavi omnibus; et non mihi quisquam contradixit, sed fides habita est verbo meo. Quo modo[8] ergo potero vivere, cum sic egerim?‘ Et dixit mihi: ‚tu quidem bene et vere sentis; oportebat enim te, sicut Dei servum, in veritate ambulare,[9] et malam conscientiam cum spiritu veritatis non coniungere, nec tristitiam Spiritui Dei sancto et vero facere.‘ Et dixi illi:[10] ‚nunquam, domine, haec verba tam diligenter audivi.‘ Et dixit mihi: ‚nunc audis; cura deinceps,[11] ut et illa, quae prius locutus es falsa pro negotiis tuis, his verbis et illa fidem recipiant. Possunt enim et illa fidem recipere,[12] si vera locutus fueris deinceps; †et si veritatem servaveris, poteris vitam consequi. Et quicunque audierit hoc mandatum, et fecerit, et recesserit a mendacio, vivet Deo.‘

MANDATUM IV.

De dimittenda adultera.

(A) †† ‚Mando,‘ ait, ‚tibi, ut castitatem custodias, et non ascendat[1] tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione; haec enim

’Αλήθειαν ἀγάπα, καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατοικῆ σοι . . . . Οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Θεόν . . . . ”Ελαβον γὰρ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ ἐγένοντο οἰκητήρια τοῦ ἀληθινοῦ πνεύματος.

† ἐὰν οὖν τὴν ἀλήθειαν φυλάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι.

Mand. III. 1) *verax* Bodl. Lamb. Vat. Ad priora ista quadrant Graeca servata Doctr. ad Antioch. n. 3.

2) *cunctos* non est in Vat.

3) *autem* Vat.

4) *quem* Vat.

5) *reddant* Vat.

6) Ita dedi ratione habita lect. Bodl. Vat. et Fab. St.: *His ergo auditis vehementer flevi,* Cot. *His auditis, ego vehementer flevi.*

7) *verbum locutus sum in vita* p. *verum locutus sum verbum in vita mea* Vat.; ibidem *cum* p. *in,* dein *firmavi* p. *affirmavi,* mox *priusquam,* aliena manu *quisquam* stylo cerussato supra, tum transp. *est habita.* In hunc modum se accusat Prudentius Prooem. in lib. Cathem. v. 8 sq.

Mox docuit toga
Infectum vitiis falsa loqui, non sine crimine.

Cfr. infra *locutus es falsa pro negotiis tuis,* et Vis. 1, 3.

MANDATUM TERTIUM.

(B) Iterum dicit mihi: ama veritatem, et omnis veritas de ore tuo procedat, ut spiritus, quem Dominus constituit in hoc corpore, verax apud cunctos homines inveniatur, atque ita Dominus honoretur, qui habitat supra te. Et quidem Dominus verax est in omnibus verbis suis, nullumque apud eum mendacium est. Laedunt igitur eum, quicunque mentiuntur, fraudatoresque Domini esse incipiunt, non reddentes ei commendatum sibi spiritum, sicut acceperunt. Acceperunt enim spiritum sine aliquo mendacio. Hunc si mendacem reddiderunt, rationem dabunt; maculaverunt etiam mandatum Domini, et facti sunt fraudatores adversus eum. Haec autem cum ego audissem, vehementissime flevi. Qui cum me flentem videret, ait: cur lacrimas profundis? Et dixi: quoniam ignoro domine, an possim salutem habere. Et ait mihi: quare? Et dixi: nunquam in tota vita mea verum locutus sum sermonem, sed semper cum omnibus callide vixi et mendacium meum pro vero adfirmavi, nec quisquam mihi contradixit, sed[1] fides habita est verbis meis. Quemadmodum vivere possim, cum sic me gesserim? Et ait mihi: tu quidem vere et bene sentis. Oportebat enim te, sicut Dei servum, cum veritate ambulare, nec[2] malam conscientiam iungere ad spiritum veritatis, nec laedere spiritum sanctum atque verum. Et dixi: nunquam domine id audivi. Et ait mihi: nunc audis. Custodi ea, ut ea[3] quae prius perperam egisti, posterioribus factis tuis in veritate approbatis illa quoque priora fidem consequantur. Nam his in veritate repertis, et illa quasi vera comprobabuntur, si ex hoc tempore curaveris ut sermo tuus mendaciis careat; et si amaveris veritatem, poteris perpetuam vitam tibi adquirere. Et quicunque huic praecepto obtemperaverit, et abstinuerit se ab omni mendaciorum, vivet Deo.

MANDATUM QUARTUM.

(B) Praecipio tibi, inquit, custodire castitatem, nec intret in cogitationem tuam[1] aut mulieris alienae cupiditas, aut adulterii mentio, aut

†† *Φύλασσε τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναβαινέτω ἐπὶ τὴν καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἢ περὶ πορνείας τινὸς, ἢ περὶ τοιούτων ὀνομάτων· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζῃ . . . Βλέπε οὖν· ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.*

---

8) *Quemadmodum* Vat.

9) *ambulare in veritate,* Vat., ubi *et* p. *nec*, excidit*que et* post *sancte*. Ephes. 4, 30.

10) *dixit mihi* erat in Vat.

11) *Custodi a modo* p. *cura deinceps* Lamb. *Custodi ām odo* Vat., quod idem est. Latinitatis senescentis *a modo* = *inde iam* vel *deinceps*. Mox *locula* p. *locutus* et *perticipant* p. *recipiant* Vat.

12) *percipere* Lamb. Vat., uterque *a modo* (*ammodo* scr. Vat.) p. *deinceps*. Ad extrema rursus cf. Doctr. ad Antioch. l. l.

Mand. IV. 1) Haec usque ad verba: *ab hac cogitatione* magnam partem Graece inveniuntur Doctr. ad Antioch. n. 4. (Iam Clericus recte ediderat *ἀναβαινέτω* p. *ἀναμενέτω*, quod repetiit Hef.)

Mand. III. 1) *atn* (*attamen*) in Pal. praecedit coniunctionem *sed*.

2) *ne* Pal.

3) *eam* Pal. Fortasse *iam*.

Mand. IV. 1) *in cogitatione tua* Pal.

parit peccatum magnum.[2] Tu autem semper[3] memor esto Domini, omnibus horis, et nunquam peccabis. Si enim haec cogitatio in cor tuum ascenderit tam mala,[4] magnum peccatum facis; et qui haec faciunt, viam mortis sequuntur. Vide ergo tu; abstine te ab hac cogitatione. Ubi enim castitas manet in corde hominis iusti, nunquam ibi ascendere debet[5] cogitatio mala.' Et dixi illi: ‚domine, permitte mihi pauca verba dicere tibi.'[6] ‚Dic,' inquit. Et dixi illi: ‚domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, et hanc invenerit in adulterio, nunquid peccat vir, si convivat cum illa?' Et dixit mihi: ‚quandiu nescit[7] peccatum eius, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scierit vir, uxorem[8] suam deliquisse, et non egerit poenitentiam mulier, et permanet in fornicatione sua, et convivit cum illa vir; reus erit peccati eius, et particeps moechationis eius.' Et dixi illi: ‚quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier?' Et dixit: ‚dimittat illam vir, et vir per se maneat. Quodsi dimiserit mulierem[9] suam, et aliam duxerit, et ipse moechatur.' Et dixi illi: ‚quid si mulier dimissa poenitentiam egerit, et voluerit ad virum suum reverti, nonne[10] recipietur a viro suo?' Et dixit mihi: ‚imo, si non receperit eam vir,[11] peccat, et magnum peccatum sibi admittit; sed debet recipere peccatricem, quae poenitentiam egit; sed[12] non saepe. Servis enim Dei poenitentia una est.[13] Propter poenitentiam ergo non[14] debet, dimissa coniuge sua, vir aliam ducere. Hic actus similis est et in viro et in muliere. Non solum moechatio est illis, qui carnem suam coinquinant; sed et is,[15] qui simulacrum facit, moechatur. Quodsi in his factis perseverat, et poenitentiam non agit, recede ab illa, et noli convenire[16] cum illa; alioquin et tu particeps eris peccati eius. Propter hoc praeceptum est vobis, ut coelibes maneatis, tum vir, tum mulier;[17] potest enim in huiusmodi poenitentia esse. Sed et ego non do occasionem, ut haec ita[18] agantur; sed ne amplius, qui peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis eius Deus, qui potestatem habet sanitatem dandi, dabit remedium, quia ipse est, qui habet potestatem omnium.'

(A) II. Iterum[1] interrogavi, et dixi: ‚quoniam dominus existimavit me dignum esse, ut mecum habites[2] semper; pauca verba mihi edissere,[3]

2) *quia hoc facit peccatum magnum* Lamb. Vat.

3) *semper* reiicitur post *Domini* in Vat.

4) *in corde tuo ascenderit sic* p. *in cor tuum ascenderit tam mala* Vat.

5) *non ibi debet ascendere* Vat.

6) Ita c. Lamb. Vat., *permitte me pauca verba tecum loqui* vulg.

7) *nescis* Vat.

8) *mulierem* Vat., dein *eget* p. *egerit*, tum *ea* p. *illa* et *peccatis suis* p. *peccati eius*. Cotelerius: Citatur iste locus a Petro Lombardo lib. IV. Sententiarum dist. 35. n. 5, et a Gratiano Caus. 34, mutatusque in Canonem cernitur apud Gregorium IX Decret. lib. 5 tit. 16 cap. 3. Consimilia autem ubique nancisceris; in legibus Atticis et Romanis, in Scriptoribus profanis, in Canonibus, in Patribus.

9) *uxorem* Vat. Matth. 5, 2. 19, 9. Marc. 10, 11. I Cor. 7, 11. Cfr. Cot. ad h. l.

10) *non* Vat.

11) Vulg. *suus* post *vir* exclusi c. Pal. Vat.

12) *et* Vat.

13) *una paenitentia est* ordo vocc. Vat. Prudenti admodum consilio Hermas homines cupiens pariter deterrere a desperatione, atque a confidentia, sermonem toto hoc Tractatu ita temperat, ut poenitentiam interdum ostendat, interdum occultet; modo proponat omnibus, modo quibusdam deneget, aut absolute, aut nisi illam cito susceperint; aliquando resipiscendi semel dumtaxat locum det, aliquando saepius. *Cot.* Ego quidem lectionem vulgatae recensionis vitiatam censeo. Genuinum quippe totius loci sensum suppetitat Pal. *Omnis quae poenitentiam*

aliquid his simile vitium; magnum enim delictum admittis, si quid horum feceris. Sed coniugis semper memor tuae carebis hoc peccatum. Quodsi huiusmodi desideria in cor tuum penetraverint, aut his similia, graviter peccabis. Talis concupiscentia servo Dei maximum delictum est, et quicunque rem tam scelestam admittit, mortem sibi fabricat. Vide ergo tu: abstine te ab hac cogitatione. Nam ubi sanctitas habitat, ibi nequitia non debet cor hominis violare.[2] Iustitiam observa. Dico illi: permitte mihi domine, ut te pauca interrogem. Dic, inquit. Domine, si uxorem quis, inquam, habeat in Domino fidelem, et eam postea adulteram deprehendat, quaero an peccet, si cum illa vivat. Et dixit mihi: quandiu delicta illius ignoraverit, non peccat; si autem illius peccatum cognoverit, et mulier poenitentiam sui non egerit, sed in eadem nequitia perseveraverit, delinquet vir, si cum ea vivat, et particeps conscientiae eius fiet. Quid ergo, inquam, faciat maritus, si uxor in eodem vitio perseveraverit? Dimittat, inquit, illam, et ipse[3] contineat. Quodsi dimissa illa aliam uxorem duxerit, et ipse adulterium committit. Si autem, inquam, domine, postea, quae ab eodem dimissa est mulier, et gerit poenitentiam et ad maritum suum reverti voluerit, non recipietur? Et dixit mihi: si recepta non fuerit, peccabit maritus et grande[4] in se delictum admittet. Omnis, quae poenitentiam delictorum agit, recipi quidem cum venia debet, sed non ad singula; servo enim Dei una poenitentiae venia indulgetur. Ideo ergo maritus post divortium uxoris aliam non debet ducere, ne poenitentiae occasionem mulieri auferat. Haec res tam viro, quam mulieri communis est. Adulterium autem non is[5] tantum admittit, qui carnem suam inquinat; sed et ille, qui similia hominibus huius seculi, quos et ethnicos vocamus, facit, et ipse adulter est. Ideo si quis in eiusmodi actibus permanebit, et poenitentiam non egerit, abstinebis a conversatione eius. Sin autem [non recedas,] et ipse in consortium delictorum eius venies. Hac ex causa praecipitur et viro et mulieri, ut si divortium fecerint, uterque se intra se custodiant, quia poterit in eiusmodi factis poenitentia[6] locum habere. Ego autem, inquit, non do occasionem, ut eiusmodi actus ad effectum perveniat; sed ut desinat peccare, qui usque adhuc peccavit. Nam de prioribus delictis eius est, qui mederi potest omnia: ille, qui habet omnium rerum potestatem.

(B) II. Iterum dixi illi: quia[1] me Dominus dignum habuit, cum quo semper habitares, paucarum interrogationum mihi etiam nunc praesta

---

delictorum agit: recipi quidem cum venia debet: sed non ad singula. Servo enim dei una paenitentiae venia indulgetur.

14) *non ergo* Vat.

15) Pron. *is* non extat in Vat.

16) Ita Vat., tautologice *convivere* vulg., dein *sin autem* p. *alioquin* Lamb. Vat., qui mox exhibet *peccatis* p. *peccati*. De divortio in casu idololatriae H. refert ad *Augusti* Handb. d. chr. Archaeol. T. III. p. 151, monens, hic agi de coniuge christiana in idololatriam *relapsa*, non de coniuge infideli, ut I Cor. 7, 15.

17) *propter hoc peccatum est nobis super nos hoc manere sine muliere sine viro*, Vat., expuncto pron. *hoc* ante *manere*. Clarius omnino Pal., quem confer.

18) *sic* Vat.

Cap. II. 1) *Item* Vat.

2) *habite* mendose Vat.

3) *dixere* Vat., dein *obduratum* p. *obturatum* ut Lamb.

2) *non debet nec cor hominis violare* Pal.

3) Adde *se*. Postea *dimissam illam* Pal.

4) *grandem* Pal.

5) *his* Pal.

6) *paenitentiam* Pal.

Cap. II. 1) *qui* Pal., ubi deinde mutavi *interrogationem* in *interrogationum*.

quia non intelligo quicquam, et cor meum obturatum est a pristina conversatione; et sensum mihi aperi, quia vehementer obtusus[4] sum, et in totum nihil intelligo.' Et respondens dixit mihi: ‚ego praepositus sum[5] poenitentiae, et omnibus poenitentiam agentibus sensum do. An[6] non tibi videtur, poenitentiam agere magnam sapientiam esse; quoniam, qui poenitentiam agit, sensum magnum adipiscitur?[7] Sentit enim se peccasse et fecisse[8] nequiter in conspectu Domini, et recordatur intellectu, quod deliquit, et poenitentiam agit, et iam[9] non operatur nequiter, sed operatur bene, et humiliat animam suam, et torquet eam, quia peccavit. Vides ergo, quod[10] poenitentia sensus est magnus.' Et dixi illi: ‚propter hoc, domine, diligenter inquiro omnia, quoniam peccator sum; ut sciam, quae[11] operer, et vivam; quia multa sunt peccata mea.' Et dixit mihi: ‚vives, si haec mandata mea[12] custodieris; et quicunque audierit et fecerit mandata haec, vivet Deo.'

(A) III. Et dixi illi: ‚etiam nunc, domine, audivi a quibusdam doctoribus, quod alia poenitentia non est, nisi illa, cum in aquam[1] descendimus et accipimus remissionem peccatorum nostrorum, ulterius[2] non peccare, sed in castitate permanere.' Et ait mihi: ‚recte audisti. Nunc autem, quia[3] diligenter omnia inquiris,[4] et hoc tibi demonstro, non dans occasionem illis, qui crediturі sunt, aut qui nuper[5] crediderunt Domino. Qui enim iam crediderunt, aut qui crediturі sunt,[6] poenitentiam peccatorum non habent, sed remissionem. Illis[7] enim,[8] qui vocati sunt ante hos dies, posuit Dominus poenitentiam; quoniam cogitationes omnium[9] praecordiorum novit Deus, et scit infirmitatem hominum, et multiplicem nequitiam diaboli, qua molitur aliquid sinistri servis Dei, et maligne insidiatur illis. Misericors ergo Dominus misertus est figmenti sui,[10] et posuit poenitentiam istam, et potestatem poenitentiae huius mihi dedit. Et ideo dico tibi, quod[11] post vocationem illam magnam et sanctam, si quis temptatus fuerit a diabolo et peccaverit, unam poenitentiam habet.

---

4) *stultus* Vat., qui *intonitus mihi* p. *in totum nihil.*

5) *sum* excid.Vat.Cfr.Mand.Prooem.

6) *Aut* Vat.

7) *accipit* Vat. Cfr. Clem. Alex. Strom. II, 12. p. 458.

8) *Sentit quia peccavit quia fecit* Vat.

9) Ita Lamb. Vat., *amplius* vulg.

10) *quia* Vat.

11) *quibus* Vat.

12) *mandata mea hec* Vat., cui excid. vocc. *et fecerit.*

Cap. III. 1) *quam* Vat.

2) *iam* Vat. Consule Cod. Pal., qui cum genuina lectione commentarium simul exhibet haud dubie optimum. Agitur autem de peccatorum venia in baptismo nobis oblata, et de poenitentia peccati post baptismum admissi per nuntium huncce poenitentiae moderanda. Cfr. Clem. Alex. l. c. p. 459.

3) *qui* Vat.

4) Ita Pal. Lamb., *quaeris* Vat. Fab. St. Cot. Dare non vult occasionem prave intelligendi doctrinam suam.

5) Scripsi *nuper* c. Pal., *modo* Lamb., neutrum ap. Fab. St. et Cot. Baptizati aeque ac baptizandi non habent poenitentiam, sed peccatorum veniam mera electionis gratia.

6) Libro Vat. exciderunt membra: *aut qui modo crediderunt Domino. Qui enim iam crediderunt, aut qui crediturі sunt.*

7) *Illos* Vat.

8) Expectes: *autem.* Particulam male vertit vetus Interpres. Sensus est: iis autem, qui *post* baptismum in peccata sunt delapsi, misericors Deus poenitentiam concessit. *H.* At centies Hermae versione particulae *autem* et *enim* permutantur,

patientiam, quia nihil intelligo, et quoniam cor mihi a praecedentibus actibus meis excaecatum est, prudentia me indue; sum enim stultissimus et nihil omnino sapio. Et ille mihi dixit: ego poenitentiae praepositus sum, et omnibus se in meliora mutantibus prudentiam tribuo. An putas non hoc ipsum, quod quis prioris vitae poenitentiam agit, sapientiam esse? Et dixi illi: vere poenitentia magna prudentia est. Intelligit enim, qui peccavit, malitiam suam et delicta, quae coram Deo fecit. Nam ascendit in cor illius actus sui memoria, poenitet eum, et ultra, quod malum est, non facit, sed transfert[2] se in id quod bonum est, et abundanter bonum exercet, et animam suam humilem facit et torquet propter praecedentia peccata. Vides ergo, ait, quod poenitentia prudentia est maxima. Et [dixi:] ideo diligenter te interrogo: primo quia sum maleficiorum plenus, denique quia ignoro, qualiter agens recte vivere possim; multa sunt enim et varia peccata mea. Et ait mihi: vives, si praecepta mea custodieris et secundum illa egeris; sed et alius, quicunque haec eadem audierit et observaverit, vivet Deo.

(B) III. Et dixi illi: audivi quosdam[1] magistros viae nostrae dicentes, non esse aliam ullam poenitentiam et veniam quam illam unam, cum omnes in aquam descenderint et acceperint priorum peccatorum absolutionem. Et ait mihi: recte audisti, et sic se res habet. Oportet enim omnium vitiorum absolutionem consecutos ultra non peccare, sed in castitate vivere. Quia tamen omnia diligenter inquiris, hoc quoque tibi indico, non dans occasionem errori his, qui crediturі sunt, aut eis, qui nuper in fidem[2] Dei introierunt, quod dimissionem priorum peccatorum suorum non habeant, postquam in Deo esse coeperunt. Nam ex consuetudine peccantes non possunt singulis temporibus delictorum suorum impunitatem consequi, quia semel a Domino vocatis poenitentia indulta est. Ipse enim, qui omnium viscera et cor praeviderat, et qui infirmitatem hominum noverat, et sciebat futurum, ut diaboli multiplex nequitia aliquid servis suis malefaceret, misericordiam suam creaturae suae indulsit, et huic[3] poenitentiae occasionem dedit, cui me praefecit. Sed dico tibi, inquit: qui post illam magnam et sanctam poenitentiae dignationem, qua homines suos ad vitam perpetuam Dominus vocavit, posteaquam a diabolo temptatus[4] peccaverit, unam poenitentiae indulgentiam habet. Nam si frequenter poenitentitiam actorum suorum

---

quarum quippe notiones haud raro levi momento discrepent, sicuti γὰρ et δὲ.

9) *quoniam omnium cogitationes* Vat. et parum accurate *sic* p. *scit*, tum *quia facit aliquid* p. *qua molitur aliquid sinistri servis Dei, et.*

10) *misertus figmento suo* p. *misertus est figmenti sui* Vat.

11) *quoniam* Vat., ubi *magnum* sine *et*. Praestat lectio Codicis Pal. *Sed dico tibi inquit qui post illam magnam et sanctam paenitentie dignationem qua homines,* (lege *omnes ?*) *suosad vitam perpetuam dominus vocavit, posteaquam* (delendum *quam?*) *a diabolo temptans* (leg. *temptatus*) *peccaverit unam paeniteniae indulgentiam habet.* De vocatione illa magna et sancta non ambigo; esse eam inaugurationem baptismo recepto ad ecclesiam Christi intelliget, qui hoc loco attente lecto singula accuratius perpenderit. Cfr. Sim. 9, 17. *Quoniam, inquit, universae nationes, quae sub coelo sunt, audierunt et crediderunt, et uno nomine Filii Dei vocati sunt.*

2) *transferet* Pal.

Cap. III. 1) *quos* Pal.

2) *fide* Pal.

3) *hac* Pal.

4) *temptans* Pal.

Si autem subinde peccet,[12] et poenitentiam agit, non proderit homini talia agenti; difficile enim vivet Deo.' Et ego dixi:[13] ‚domine, revixi, ubi tam diligenter audivi haec mandata. Scio enim, si postea[14] nihil adiecero peccatis meis, salvus ero.' Et dixit: ‚salvus eris,[15] inquam; et omnes, quicunque fecerint haec mandata, salvi erunt.'

(A) IV. Et iterum[1] dixi illi: ‚domine, quoniam patienter me audis, etiam hoc mihi demonstra.' ‚Dic,' inquit. Et dixi:[2] ‚si vir vel mulier alicuius decesserit, et nupserit aliquis illorum, nunquid peccat?' Qui nubit, non peccat,' inquit; ‚sed si per se manserit, magnum sibi conquirit[3] honorem apud Dominum. Serva ergo castitatem et pudicitiam,[4] et vives Deo. Haec, quae tecum loquor et mando tibi, custodi deinceps,[5] ex quo mihi traditus es,[6] et in domo tua habito; et prioribus peccatis tuis erit remissio, si[7] haec mandata mea custodieris. Sed et omnibus erit remissio, qui mandata mea custodierint.'[8]

MANDATUM V.

De tristitia cordis et patientia.

(A) I. * ‚Aequanimis,'[1] inquit, ‚esto et patiens; et omnium operum nequissimorum dominaberis, et operaberis omnem iustitiam. Quodsi patiens fueris,[2] Spiritus sanctus, qui habitat in te, mundus erit, et non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu; sed gaudens dilatabitur, et epulabitur in vase, in quo inhabitat, et apparebit Domino hilaris in pace magna. Quodsi iracundia aliqua supervenerit,[3] continuo Spiritus sanctus, qui in te est, angustiabitur, et quaeret discedere. Suffocatur enim a spiritu nequissimo, et non habet locum apparendi Domino,[4] sicut vult; tribulatur enim ab iracundia. † Utrique ergo spiritus cum pariter inhabitant, perniciosum est homini. Si quis enim assumat absinthii[5] pu-

* *Φύλασσε τὴν ἄνειαν καὶ μακροθυμίαν καὶ γίνου συνετὸς, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις, καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατοικοῦν ἐν σοὶ, καθαρὸν ἔσται, μὴ σκοτούμενον ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος, μὴ μειούμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. . . .*

---

12) *peccat* Vat. — Sententiam hanc de una poenitentia ob graviora scelera ratam habuit primitiva Ecclesia; nec displicuit Tertulliano Pastor noster, quamdiu inter Catholicos versabatur. *Oxon.*

13) *dixit* erat in Vat., qui dein *ut* p. *ubi.*

14) *primo ea* p. *postea* Vat.

15) *eris* non leg. Vat.

Cap. IV. 1) *item* Vat., ubi mox repetuntur vocc. *patienter me.*

2) *Et dixi* excid. Vat. et scr. *discesserit alicuius* p. *alicuius decesserit* et *eorum* p. *illorum.* Vix argumentari hinc possis cum Mosheim (Institt. mai. p. 225.) et aliis, Hermae interrogationem ad ipsius res domesticas tendere, et uxorem, quae in Vis. 2, 2. 3. viva nominabatur, iam vita fuisse defunctam. Filii Hermae (Mand. 12, 3. Sim. 7.) non tota eius domus sunt. Interrogatio ista sensu potius extenso ac generali capiatur; iam enim Hermas loco est intercessoris et oratoris omnium fidelium, postquam in libro Visionum totius ecclesiae vatis munere functus est.

3) *facit* Vat. Cfr. Cot. h. l. commentantem.

4) *pudicitatem* Hef. Latinorum, quod sciam, memo illa voce usus est.

5) *ammodo* Vat. Scribe saltem *a modo.*

6) Dedi *mihi traditus es* ex Pal. Vat. et Fab. St., *tibi traditus sum* Cot.

7) *qui* Vat., idem *custodierint* p. *custodieris.*

agit, eiusmodi sectae homo nihil proficiet, et difficile vivet Deo. Et dixi illi: domine, renovatus sum, et vita mihi retributa est, haec a te diligenter audiens. Scio enim futurum, si prioribus peccatis nihil adiecero, salvum me esse posse. Et ait mihi: salvus eris et tu et omnis, quicumque eadem fecerit.

(B) IV. Interrogavi deinde illum et dixi: domine, quatenus per patientiam tuam mihi indulgere coepisti, etiam hoc mihi explana. Et dixit mihi: dic. Et dixi illi: mulier, domine, vel vir dormitionem si acceperit unus ex illis et alter post mortem alterius nuptias cognoverit, quaero si, cum hoc fecerit, peccat aut non. Et ait mihi: non peccat. Sed si continuerit se et sic manserit, magnam sibi gloriam adquirit apud Deum; nam si nuptias fecerit, non peccat. Serva igitur sanctitatem et castitatem, et vives Deo. Haec, quae tibi dico et deinceps dicturus sum, custodi. Ex hoc enim tempore vel ex quo mihi traditus es, habitabo in domo tua,[1] et ideo a prioribus delictis tuis absolveris et tu et omnes, qui similiter praeceptis meis paruerint et castitatem custodierint.[8]

MANDATUM QUINTUM.

(B) Constans, inquit, et aequo animo esto et prudens, et omnium malorum operum dominaberis et operabis omnem iustitiam. Si enim longanimis fueris, spiritus ille sanctus, qui intra te est, incontaminatus et mundus erit, et a tenebris mali spiritus non tenebricabitur, et habitabit amplecte in cute,[1] et magnum gaudium fruetur cum vase, in quo habitat, et serviet Domino in hilaritate magna, habens intra se omnium rerum abundantiam. Sed si iracundia aliqua introierit, continuo spiritus ille sanctus, qui tener est, angustatur, non habens locum mundum, et quaerit inde recedere; suffocatur enim ab illo malo spiritu, nec potest Domino suo servire, nec facere secundum[2] voluntatem suam, quia violatur vitio iracundiae. Dominus autem in aequanimitate et magnanimitate habitat; ira autem diaboli hospitium est. Duo ergo spiritus diversi in eadem

†' *Αμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἀσύμφορόν ἐστιν ἐν ταὐτῷ κατοικεῖν. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψινθίου μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται . . .*

---

8) Enunciatio: *Sed et omnibus erit remissio, qui mandata mea custodierint* non invenitur in Vat.

Mand. V. 1) *Animequies* p. *Aequanimis* Vat., ubi mendum *iporum* p. *operum* Longe maiorem partem totius Mand. V. Graece exhibet Doctr. ad Antioch. n. 5.

2) *Quidsi paciens fuerit* Vat., qui dein *tenebricabitur ab alio iniquissimo spiritu*, tum *speciose habet et epulabitur cum vase cum quo inhabitat* p. *dilatabitur* —— *inhabitat.*

3) *venerit* Vat., ubi ante *aliqua* expungitur *magna.* Idem *qui est in te angustiabitur et querit recedere.*

4) Revocavi voc. *Domino*, quod H. contra librorum script. et impr. fidem in prima sicuti in ultima editione c. Gallandio exclusit.

5) *sumat abscinthii* Vat., mox *exterminabitur totum mel.*

Cap. IV. 1) *in domum tuam* Pal.

Mand. V. 1) *incude* p. *in cute* Pal.

2) *secundum facere* p. *nec facere secundum* Pal. Ex more auctoris esset quoque lectio *nec potest Domino suo servire, facere secundum voluntatem suam.*

sillum, et mittat in amphoram mellis; nonne totum mel exterminabitur? Et tantum mellis a modico absinthio disperit, et perdit dulcedinem[6] mellis; et iam non habet gratiam apud dominum suum, quoniam totum mel amarum factum est et usum suum perdidit. *Sed si in mel[7] non mittatur absinthium, dulce erit, et in usu domino suo. Vide enim, quam sit aequanimitas dulcior melle,[8] et utilis erit domino, qui in ipsa commoratur; nam iracundia inutilis est. Si ergo mixta fuerit iracundia aequanimitati,[9] contribulatur animus, et non est utilis Deo oratio illius.' Et dixi illi: ‚vellem[10] scire, domine, nequitiam iracundiae, ut custodiam me ab illa.' Et dixit mihi: ‚scies; et si non custodieris te ab illa, perdes spem tuam cum tota[11] domo tua. Sed recede ab illa. Ego enim tecum sum nuntius aequitatis, et omnes, qui ab ea[12] recedunt, quicunque poenitentiam egerint ex totis praecordiis suis, vivent Deo; sed et cum illis ero, et conservabo omnes; iustificati enim sunt omnes, qui poenitentiam egerint, a sanctissimo nuntio.

(A) II. †‚Audi nunc,' inquit, ‚nequitiam iracundiae, quam prava quamque noxia est, et quo pacto[1] servos Dei evertit. Qui enim pleni sunt fide, non potest nocere illis,[2] quoniam virtus Dei est cum illis; evertit enim dubios et vacuos. Quotiens enim[3] viderit tales homines, iniicit se in corda eorum, et de nihilo aut vir aut mulier amaritudinem percipit propter res, quae sunt in usu, aut pro convictu, aut pro aliquo verbo, si quod forte incidit, supervacuo, aut pro amico aliquo, aut debito, aut pro his similibus rebus supervacuis. Haec enim stulta sunt et supervacua et vana servis Dei. Aequanimitas autem valida est[4] et fortis, et habet virtutem magnam, et sedet in amplitudine magna, hilaris, in pace

*Ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι οὐ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὑρίσκεται τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον πάντως γίνεται τῷ δεσπότῃ. Βλέπε οὖν, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστός ἐστι τῷ κυρίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικεῖ· ἡ δὲ ὀξυχολία τὴν μακροθυμίαν μιαίνει.

†Ἄκουε δὲ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, πῶς πονηρά ἐστιν, καὶ πλανᾷ τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ· οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ὄντας πλήρεις ἐν τῇ πίστει, οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτούς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ κυρίου μετ' αὐτῶν ἐστίν· ἀλλὰ

---

6) Puncto post *dulcedinem* posito, Vat. voc. *mellis* trahit ad sequens membrum, omittit dein *mel* exhibetque *perdit usum suum,* quod pron. invitis Codd. et edd. H. c. Gallandio praetermisit.

7) *melle* Vat.

8) Hunc locum laudat et illust. Clem. Alex., oppresso Hermae nomine, in Eclog. ex Script. Proph., c. 45. p. 1000. *Gall. Vide enim quantum animequitas dulcissima est plus quam mel* Vat.

9) *animequitati* absque *iracundia* Vat., dein *anima* p. *animus,* pergitque *et non est utilis oratio deo illius.*

10) *volebam* Vat., ubi ante *iracundiae* expungitur *ut c.*

11) *tota* om. Vat.

12) *quicunque* p. *qui ab ea* Vat., cui postea excid. vocc. *vivent Deo.*

Cap. II. 1) *pessima est et quomodo* p. *prava quamque noxia est, et quo pacto* Vat. Cf. Doctr. ad Antioch. n. 5 p. 253 sq.

2) *Qui enim pleni sunt in fide non potest aliquid facere illis* Vat., sub finem sententiae *vacuos et dubios.* Opponit *vacuos* (*senza fede* Gallicciolli) illis, qui *pleni* sunt fide.

sede habitantes invicem contrarii et inutiles sunt, et male est homini, in quo utrique habitant. Sic quomodo si in vase mellis absinthium adicias, utique plenitudinem vasculi dulcissimi corrumpis, quia omnem dulcedinem suam ex modico amaritudinis amittit et desinet gratiam mellis habere apud dominum suum eo, quod vitio amaritudinis usum sui amisit. Nam si absinthium non iungatur melli, mel dulce invenietur, et utile fiet illi, a quo comparatum est. Vides ergo, quod longanimitas melle dulcior est, et est necessaria Deo, quia in illa habitat; ira autem est amara et inutilis. Si ergo iungatur aequanimitati, non erit utilis Deo oratio illius. Et dixi ei: domine, volebam cognoscere, quae sunt vires iracundiae, ut possim ab illis abstinere. Audi, inquit: nisi illa carueris, et tu et domus tua perdetis omnem spem salutis. Sed abstinete ab ea; ego autem tecum sum. Caeteri quoque omnes carebunt illa, qui bona fide[3] et toto animo poenitentiam egerint. Cum ipsis enim ero[4] et custodibo eos. Omnes enim huiusmodi homines a sanctissimo nuntio in numero proborum recipiuntur.

(B) II. Audi nunc, quae malitia sit iracundiae[1] calliditas, et qualiter servos Dei pervertat nequitia, et quemadmodum illos ab iustitia abigat. Sed non abigit eos qui pleni sunt fidei, nec potest in illis vim suam exercere, quia virtus Domini cum illis est; avertit autem illos qui sunt leves et duplici et incerta anima. Cum ergo huiusmodi homines incurrit, constantiam illorum evertit, et in cor illorum penetrat, et ex minimis rebus maritus vel mulier invicem irascuntur causa vel earum rerum, quae ad victum quotidianum pertinent, vel etiam ex qualibet modica occasione aut etiam mentione[2] amicorum facta, aut de dando, aut de accipiendo, aut eiusmodi simillimis stultis rebus. Omnia enim haec fatua sunt et inania et inepta et inutilia servis Dei; aequanimitas autem magna et fortis est, et validam et grandem virtutem possidet, et est semper in securitate hilaritatis et in amplitudine sui composita, laeta et hilaris, et

ἀποπλανᾷ τοὺς διψύχους. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας, παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὕτως πικραίνεται ἄνθρωπος ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ φίλου τινός, ἢ περὶ δόσεως καὶ λήψεως, ἢ περὶ τοιούτων μαρῶν πραγμάτων. Ταῦτα πάντα μωρά ἐστιν καὶ κενὰ καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ὀχυρά, ἔχουσα τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ καθημένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ· ἱλαρά, ἀγαλλιωμένη, καὶ

---

3) Ita Vat., *Quoties enim* Fab. St. p. vulg. *Quoties autem.* Idem *iniciet se in corda hominum.* In Pal. est *et ex minimis rebus* p. *et de nihilo.* Dein *pro convicta aut pro ullo aliquo* absque sq. *forte* Vat., tum *aliquo amico*, et *de his* p. *pro his.*

4) *Animequitas enim et valida* p. *Aequanimitas autem valida est* Vat., postea *et sedet in amplitudinem magnam hylari in pace gaudens* sine *in* ante *omnia.* Vox *amplitudo* a scriptoribus quoque optimae notae isto sensu usurpatur ex definitione Cic. 2. Invent. 55. *Amplitudo est potentiae, aut maiestatis, aut aliarum copiarum magna abundantia.* Idem 2. Tusc. 26. *Amplitudo animi.* Cfr. *πλατυσμὸς* in I Clem. Rom. ad Cor. c. 3.

3) *bonam fidem* Pal.

4) *vero* erat in Pal., ubi fut. *custodibo* offendit.

Cap. II. 1) Fortasse *et* addendum.

2) *mentionem* prius Pal.

gaudens, et honorificans Dominum in omni tempore mansuete. Haec enim aequanimitas[5] habitat cum benefidentibus; nam iracundia stulta est et levis et fatua. De stultitia vero nascitur amaritudo, et[6] ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Ilic ex tot malis creatis furor operatur[7] peccatum magnum et insanabile. Cum enim haec omnia in uno vase sunt, ubi et Spiritus sanctus moratur, non capit hos vas, sed superefluit;[8] quoniam tener spiritus non potest cum malo spiritu immorari, recedit et habitat cum mansueto.[9] Deinde, cum recesserit ab homine, in[10] quo habitabat, fit homo vacuus a Spiritu sancto, et postea repletur spiritibus malignis, et obcaecatur a cogitatione mala. Sic omnibus iracundis contingit. Recede ergo tu ab iracundia, et indue animaequitatem, et resiste iracundiae; et invenieris cum pudicitia et castitate a Deo.[11] Vide ergo, ne forte negligas hoc mandatum; si enim huic mandato obedientiam praestiteris, caetera[12] mandata mea, quae tibi mandaturus sum, poteris servare. Confirma ergo[13] nunc te in mandatis istis, ut vivas Deo; et quicunque servaverint haec mandata, vivent Deo.'

MANDATUM VI.

De agnoscendis uniuscuiusque hominis duobus Geniis, et utriusque inspirationibus.

(A) I. *'Praeceperam,' inquit, 'tibi in primo mandato, ut custodires[1] fidem et timorem et continentiam.' 'Etiam,' inquam, 'domine.' 'Et dixit:[2] 'sed nunc tibi volo monstrare virtutes horum mandatorum, ut

ἀμέριμνος οὖσα, δοξάζει τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, μηδὲν ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ πικρὸν, παραμένουσα διὰ παντὸς [ἐν] πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρος· ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρία ἐστὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν, εἶτα ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, [ἐκ δὲ τῆς πικρίας] θυμὸς, ἐκ δὲ τοῦ θύμου ὀργὴ, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Εἶτα ἡ μῆνις ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη, γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἀνίατος. Ὅταν γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ κατοικεῖ, ὅπου καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ χωρεῖ ἐκεῖνο τὸ ἄγγος, ἀλλ' ὑπερπλεονάζει τὸ τρυφερὸν πνεῦμα, μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος καὶ σκληρότητος κατοικεῖν· ὑποχωρεῖ οὖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ ζητεῖ κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας. Εἶτα ὅταν ἀποστῇ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οὗ κατοικεῖ, γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ λοιπὸν πεπληρωμένος τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν, καὶ ὅλος ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς· οὕτως οὖν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις· Ἀπέχου οὖν ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας τοῦ πονηροῦ

5) *animequitas* sine *habitat* Vat.

6) *et* sicuti sq. *vero* om. Vat.

7) *facit* p. *furor operatur* Vat., ubi des. *et* ante *insanabile*.

8) *non capit hoc vas sed superfluit* Vat., dein *morari* p. *immorari*. Vas (Pal. *unum vas hominis*) non animam, sed totum hominem significat, id quod etiam ex Mand. 11.: *Vacuis enim vasis quod committitur, non effluit* colligitur.

9) Habitatum vadit in animo mansueto.

10) *cum* Vat., qui exh. *et postea repellitur a spiritibus malis*. Cfr. Luc. 11, 26.

11) *a* om. Vat.

12) *Si ergo huic mandato dominationem egeris et cetera* Vat.

13) *ergo* om. Vat., paulo post *et vi-*

omni sollicitudine absoluta Dominum suum laudibus benedicit, omni tempore sine ulla amaritudine permanens semper composita et quieta. Haec ergo aequanimitas habitat cúm eis qui fidem plenam habent; iracundia autem primo fatua, deinde levis et stulta est. Nascuntur autem ex ea imprudentia et vilis,[2] ex vile animositas, ex animositate furor, ex furore insania. Unde[3] insania tot malis concepta fit maximum et insatiabile peccatum, et cum tam multi spiritus mali in unum vas hominis introierint, ubi et ille sanctus spiritus habitat, incipiunt angustiae vasis non posse diversos spiritus capere, sed superfluos spiritus abicere. Et ille tenerrimus spiritus non potest cum illo magno spiritu unum vas inhabitare,[4] nec duritiam illius pati, quia consuetudinem eius abhorret. Fugit autem ab homine tali et quaerit, ubi quiete[5] et tranquille habitet. Cum enim recesserit ab homine illo, ubi habitaverit, fit ille continuo vacuus ab spiritu iusto, et repletus caeteris malis spiritibus mente[6] inconstans huc illucque deducitur, et omnis illi cogitatio prudentiae excaecatur et fallitur. Sic autem provenit omnibus iracundis. Tolle te ab iracundia, quae est illius mali spiritus, et indue aequanimitatem, et resiste omni iracundiae et amaritudini, et eris cum sanctitate, quae[7] est amabilis Deo. Vide, ne unquam hoc praeceptum per negligentiam amittas. Nam si huius mandati mei[8] dominatus fueris, caetera quoque praecepta potueris custodire, quae tibi deinceps dicturus sum. In quibus ut confirmes te et constans animo sis, suadebo tibi, sed et caeteros, qui voluerint haec servare, ut et ipsi[9] eandem viam sequantur.

[MANDATUM SEXTUM.]

(B) Ecce[1] tradidi, inquit, tibi primo mandato meo, ut custodires fidem cum timore et continentia. Ita est, inquam, domine. Sed nunc, inquit, volo tibi indicare vires earum, ut scias, unaquaeque quam vim

δαίμονος· ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἀντίστηθι τῇ ὀξυχολίᾳ, καὶ ἔσῃ ἐπαινούμενος μετὰ σεμνότητος τοῖς ἠγαπημένοις ὑπὸ κυρίου. Βλέπε οὖν, μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἐὰν γὰρ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ καὶ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι· ἴσχυε οὖν ἐν αὐταῖς καὶ ἐνδυναμοῦ, καὶ νικήσεις, καὶ ζήσεις.

**Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ, ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον, καὶ ἐγκρατεύσῃ. Ἀπεκρίθην· ναί, κύριε, οὕτως ἐστίν. Λέγει· ἀλλὰ νῦν θέλω σοὶ δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τὴν δύναμιν ἣν ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν· διπλαῖ γάρ εἰσιν· κεῖνται*

---

vas p. *ut vivas*. Cfr. Matth. 19, 17. I Ioan. 3, 24.

Mand. VI. 1) *custodieris* Vat. In sententiae fine dedi ex Pal. *continentiam* p. *poenitentiam* Vat. vulg. Ita latina versio et graecis convenit, quae cum maiore totius Mand. VI. parte extant in Doct. ad Autioch. n. 6. p. 254. Verum vidit A. Fabricius.

2) *Et dixit* om. Vat., qui transp. *tibi nunc*, ac scribit *quomodo positi sunt ad iustum et iniustum*. Posita = proposita.

2) Exspectasses *vilitas*.

3) *vide* Pal., posthac *vasa* p. *vasis*.

4) Ita emendavi Codicis Pal. lectionem *in unum vas habitare*.

5) *quietem* Pal.

6) *mentem* Pal. puncto lit. *m* supposito.

7) *qua* Pal.

8) *huius mandatis me* Pal.

9) *et ipsi quoque* Pal.

Mand. VI. 1) *tradidit* Pal.

scias effectus illorum, quo modo ipsa posita sunt ad iustum pariter et iniustum. Tu itaque crede iusto,[3] iniusto autem nihil crede. Iustitia enim rectam viam habet, at[4] iniustitia pravam. Sed tu rectam viam custodi, pravam autem relinque. Prava autem via non habet exitum bonum, sed offendicula multa habet;[5] aspera est et spinosa, et ducit ad interitum, et noxia est hominibus ambulantibus in illa. Qui autem viam rectam petunt,[6] aequaliter ambulant sine offensione, quia non est aspera neque spinosa. Vides igitur, quod[7] melius est per hanc viam incedere. Ibis enim,' inquit, ,et quicunque ex toto corde crediderint in Domino, ibunt per illam.'

(A) II. *,Audi nunc,' inquit, ,primum de fide. Duo sunt Genii[1] cum homine: unus aequitatis, et unus iniquitatis.' Et ego dixi illi: ,quo modo, domine, scire potero, quod duo sunt Genii cum homine?' ,Audi,' inquit, ,et intellige. Aequitatis Genius lenis est et verecundus, mansuetus et quietus.'[2] Cum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de iustitia, de pudicitia, de castitate, de benignitate, de venia,[3] de caritate et de pietate. Haec omnia cum ascenderint in cor tuum,[4] scito, quod Genius aequitatis tecum est; huic ergo Genio crede et operibus eius. Accipe nunc et Genii[5] iniquitatis opera. Primum amarus, iracundus et stolidus est;[6] et opera illius perniciosa sunt, et evertunt servos Dei. Cum ergo in cor tuum ascenderint haec, intelliges ab operibus eius, hunc esse Genium iniquitatis.'[7] Et dixi ei:[8] ,quomodo, domine, intelligam?' ,Audi,' inquit, ,et intellige. Cum iracundia tibi accesserit, aut amaritudo, intellige eum in te esse;[9] deinde cupiditas multo-

γὰρ ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. Σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μηδὲν πιστεύσῃς. Τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν.

**Δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, καὶ εἷς τῆς πονηρίας· καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος τρυφερός ἐστι καὶ αἰσχυντηρὸς καὶ πρᾷος καὶ ἡσυχυός. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, καὶ περὶ αὐταρκείας, καὶ περὶ παντὸς ἔργου δικαίου, καὶ περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστίν·*

---

3) *Sed tu credis iusto* Vat., dein *credas* p. *crede.*

4) *at* om. Vat. Plura de duabus viis invenies in Ep. Barnabae c. 18—20. et Constitt. Apost. V, 1.

5) Non dissuadente Pal. adiunxi *habet* ex Fab. St. et Vat., ubi transpositio *aspera et spinosa est,* dein *nociva* p. *noxia.*

6) *Qui autem rectam viam petiunt* Vat., mox *et* p. *neque.*

7) *Vides ergo quoniam* Vat., in fine sententiae *ire* p. *incedere.*

Cap. II. 1) *nuntii* Vat. Ita in sq. enuntiatione. Cotelerius adnotat: ,Ms. codex Bibliothecae S. Victoris toto hoc capite nomen *Nuncii* et *Nunciorum* usurpat, non autem *Genii* et *Geniorum.* Citatur autem iste locus et approbatur ab Origene lib. 3. *περὶ ἀρχῶν* cap. 2., et Homil. 35. in Lucam, atque a Cassiano Coll. 8. cap. 17., 13 cap. 12. Eoque respiciunt Origeniana haec Homil. 12. in Lucam, *Unicuique duo assistunt Angeli, alter iustitiae, alter iniquitatis. Si bonae cogitationes in corde nostro fuerint, et in animo iustitia pullularit, haud dubium, quin nobis loquatur Angelus Domini.*

et quam efficaciam[2] habeant. Duplex enim est potentia eorum, et posita sunt iusto et iniusto. Sed tu crede iustitiae, et in id, quod iniustum est, fidem ne habueris. Si iustitia autem rectam[3] viam habet, iniustitia perversam viam habet. Sed tu rectam viam ingredere, et perversam dimitte. Via autem mala multa offendicula habet, et aspera est et spinis plena,[4] et est nocibilis illis, qui per eam iter faciunt. Illi autem, qui rectam viam ambulant, molliter et plane et sine offensione perveniunt; neque enim aspera est, neque spinosa. Sed multo utilius est hanc viam ambulare. Et dixi ei: placet et mihi, domine, hanc viam ambulare. Et ambulabis, inquit, et tu et quicunque simpliciter ex omni corde ad Deum convertuntur.[5]

(B) II. Audi nunc, inquit, de fide. Duo sunt nuntii cum homine: unus iustitiae, et unus nequitiae. Et dixi ei: quomodo ergo, domine, potero cognoscere vim illorum, cum ambo angeli mecum fuerint? Audi, inquit, et intellige. Iustitiae nuntius tenerrimus et verecundus est, et modestus et quietus. Hic ergo cum in cor tuum ascenderit, continuo invenies temetipsum loquentem de iustitia, de sanctitate, de castitate, de fragilitate, de omni opere probitatis et de omni virtute honesta. Haec universa cum in cor tuum ascenderint, scito nuntium iustitiae tecum esse. Huic ergo crede, et opera eius suscipe. Haec autem sunt opera nuntii nequitiae, qui super iustitia est. Audi nunc et illius nuntii nequitiae opera. Primo omnium iracundus est et amarus et stultus, et facta illius nequissima sunt, quae evertunt servos Dei. Cum ergo hic in cor tuum penetraverit, agnosce illum a factis ipsius. Quomodo, inquam, domine intelligam illum, non scio. Audi, inquit. Cum tibi iracundia accesserit, scito quod ipse intra te est; deinde cum desideraveris actus

τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενοῦ. Ὅρα οὖν καὶ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα· πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Ὅταν αὐτὸς ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ. — Πῶς κύριε νοήσω αὐτόν; — Λέγει· ἄκουε λεπτομερῶς καὶ [προσεχὴς] γίνου· ὅταν ὀξυχολία σοί τις προσέλθῃ ἢ πικρία, γίνωσκε ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί· εἶτα λοιπὸν

Si vero mala fuerint in corde nostro versata, loquitur nobis Angelus Diaboli. Graeca sunt ex Doctr. ad Antioch. l. c.

2) *Equitatis nuncius tener est et verecundus et mansuetus et quietus* Vat.

3) *indulgentia* Vat., ubi deest *et* ante *de pietate*. Gallandius vulg. *οὐτως* mutavit in *οὗτος*, nunc suffragante Codice Pal., ubi legitur: *hic ergo cum in cor tuum ascenderit.*

4) *in cor tuum* om. Vat., qui pergit *scito quoniam nuncius aequitatis*, mox *nuncio* p. *Genio*. In Pal. *Sic ergo crede*, sed correximus *Huic* etc.

5) *nuncii* Vat.

6) *et iracundus et stultus* p. *iracundus et stolidus est* Vat.

7) *Cum ergo in cor tuum ascenderit intelliges eum ab operibus eius quia hic est nuntius iniquitatis* Vat.

8) Vocc. *Et dixi ei* non sunt in Vat.

9) *quia est in te* p. *eum in te esse* Vat.

2) *efficiam* Pal.

3) *rectum* Pal., qui addit *enim* post *iniustitia.*

4) *et spera et spinibus plena est* Pal.

5) *convertur* Pal.

rum operum et optimorum ciborum et ebrietatum, et appetentia[10] multarum rerum alienarum, et superbia et multiloquia et ambitio, et quaecunque iis similia sunt. Haec ergo cum in cor tuum ascenderint, intellige Genium iniquitatis tecum esse.[11] Tu ergo cum cognoveris opera illius, recede ab illis[12] omnibus, et nihil illi crede; quia mala sunt opera illius, et non conveniunt servo Dei. Habes ergo utrorumque Geniorum opera.[13] Intellige nunc, et crede Genio[14] aequitatis, quia doctrina illius bona est. Licet enim[15] sit felicissimus homo, et cogitatio alterius Genii ascendat in cor illius, oportet illum virum aut mulierem peccare. Si autem etiam nequissimus[16] vir fuerit aut mulier, et ascenderint in cor illius opera Genii aequitatis, necesse est illum aut illam aliquid boni facere. Vides ergo, quod[17] bonum est, Genium aequitatis sequi. Si ergo illam[18] secutus fueris, et credideris operibus illius, vives Deo; et qui crediderint operibus illius, vivent Deo.'

MANDATUM VII.

De Deo timendo et Daemone non metuendo.

(A) *,Time,'[1] inquit, ,Dominum, et mandata eius custodi. Servans enim praecepta Dei, eris potens in omni actu, et omne negotium tuum[2] erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bona operaberis.[3] Hic est timor, quo[4] timere oportet, ut salvus esse possis. Diabolum autem ne timeas; timens enim Dominum, dominaberis illius;[5] quia virtus in illo nulla est. In quo autem virtus non est, is ne timendus quidem est.[6] In quo vero[7] virtus gloriosa est, is etiam timendus est. Omnis enim virtutem habens etiam timendus est;[8] nam qui virtutem non habet, ab omnibus contempnitur. Time plane facta diaboli, quoniam maligna sunt; metuens enim Dominum timebis, et opera diaboli non facies, sed abstinebis te ab eis. Duplex enim timor est. Si enim malum operari vo-

ἐπιθυμίαι πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν, καὶ ποικίλων τροφῶν, καὶ οὐ δεόντων, καὶ ἐπιθυμίαι γυναικῶν, καὶ πλεονεξίαι, ὑπερηφανία τε καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. Ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σοῦ ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε. Ἔχεις οὖν ἀμφοτέρων τῶν ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας.

---

10) *ebrietates desiderium* p. *ebrietatum, et appetentia* Vat. Librarium duxerim scribere voluisse *ebrietatis;* frequens enim est litt. *e* et *i* in Ms. Vat. permutatio. Idem *ambitiositas* p. *ambitio* et *his* p. *iis.* Versio Codicis Pal. *Deinde cum desideraveris actus multos et cybos luxuriosos, et ebrietates et dilitias multarum et variarum voluptatum: et cupidinem mulierum et avaritiam* sqq. propius ad Graeca accedit.

11) *in corde tuo ascenderint intellige quia nuntius iniquitatis est tecum* Vat.

12) *his* Vat., in eodem *credas* p. *crede,* posthac *servis* p. *servo.*

13) *nuncium operum* p. *Geniorum opera* Vat.

14) *nuncio* Vat.

15) *enim* om. Vat., ubi *huius nuncii* p. *alterius Genii,* paulo post *corde* p. *cor.*

16) *iniquissimus* (sic) absque *etiam* Vat., ibidem *ascenderit in corde illius opera nuncii iniquitatis.*

17) *quia* Vat., et *nuncium* p. *Genium.*

multos et cibos luxuriosos, et ebrietates, et delitias multarum et variarum voluptatum, et cupidinem mulierum, et avaritiam, et fraudem, et superbiam, et licentiam, et quae his similia sunt et proxima. Haec cum intra te cogitaveris, scias quod tecum est nuntius ille nequitiae. Tu ergo cognoscens opera eius, fuge ab illo et nihil illi credas, quia facta illius mala sunt et inutilia servis Dei. Habes ecce utriusque nuntii opera. Intellige ergo illa,[1] et crede nuntio iustitiae, et recede ab eo, qui nequam est, quia doctrina illius in omni actu mala est. Si autem fidelis quis homo sit, et cogitatio huius angeli penetravit in cor eius, oportet illum virum sive mulierem peccare. Si autem iniqua aliqua fuerit mulier, et introierit in cor eius opera iustitiae, necesse est eam aliquid boni facere, in quod[2] spiritus veritatis dirigitur. Vides ergo, qui bonum est, a nuntio nequitiae abstinere, et nuntio bono adquiescere. De fide ergo mandatum hoc est, ut operibus boni nuntii et iusti credas, et operatus[3] in eis vivas Deo, et credas, quia facta illius nuntii nequitiae mala sunt, et abstineas ab ipsis, et vives Deo.

[MANDATUM SEPTIMUM.]

(B) Time igitur Deum tuum, dicebat mihi, et custodi praecepta illius. Quae si observaris, fortis et constans in omni actu tuo et potens eris. Si enim timueris Deum, omnia recte ages, quia hic est timor, quem timere debes, et salvus eris. Diabolum autem ne timueris, [Deum timens] dominari incipis diabolo, quia ille sine ulla virtute et timore est. In quo autem virtus non est, timeri non debet. Sed Dominus, in quo est virtus praeclara, timeri debet, quia ipse timorem habet; hic[1] autem, qui caret virtute, contemptibilis est. Time ergo actus diaboli, quia mali sunt, et abstine ab illis. Duo sunt timores, hoc est cum malum facere volueris, timebis Dominum et non facies illud. Timor ergo Domini validus et magnus et praeclarus est. Time ergo illum,

* *Φοβοῦ τὸν κύριον καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ ἔσῃ δυνατὸς ἐν πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος τὸν κύριον, πάντα καλὰ ἐργάσῃ· οὗτός ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι· τὸν διάβολον μὴ φοβηθῇς, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος· ἐν ᾧ δὲ ἡ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων καὶ φόβον ἔχει· ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται.*

---

18) *illum* non est in Vat., ubi habes singularem num. *crediderit — vivet.*

Mand. VII. 1) Ecclesiastes 12, 13. Graece extat Mand. VII. exceptis paucis in Doctr. ad Antioch. n. 7. p. 255. et Antioch. hom. 127. Cfr. Clem. Alex. Strom. II, 12. p. 458.

2) *tuum* contra lib. Ms. et impr. fidem praetermisit H. c. Gallandio.

3) *operabis* Vat.

4) *quem* Vat., ubi *et ut* p. *ut.*

5) *istius* fuisse videtur in Vat.

6) *nec timor* p. *is ne timendus quidem est* Vat.

7) *Nam in quo* p. *In quo vero* Vat., idem *et timor in illo est* p. *is etiam timendus est.*

8) *et timorem habet* p. *etiam timendus est* Vat.

Cap. II. 1) *illas* Pal.

2) *quo* Pal.

3) *operatis* Pal.

Mand. VII. 1) *his* Pal.

lueris; timens Dominum, ne id quidem[9] facias. Si autem[10] bonum operari volueris; *timor utique[11] Domini validus et ingens et gloriosus est. Time igitur Deum, et vives. Et quicunque eum metuerint, custodientes mandata eius, eorum vita est apud Dominum; non custodientium autem, nec vita in illis est.'[12]

MANDATUM VIII.

Declinandum est a malo, et facienda bona.

(A) ‚Dixi tibi,' inquit, ‚quod creaturae[1] Domini duplices sunt, et †abstinentia duplex est. A quibusdam ergo abstinere[2] oportet, a quibusdam vero non.' ‚Manifesta,' inquam, ‚mihi,[3] domine, a quibus abstinere oportet, et a quibus non.' ‚Audi,' inquit: ††‚a malo abstine, et noli illud facere;[4] a bono autem abstinere te[5] noli, sed fac illud. Si enim abstinueris a bono, et non id feceris, peccabis. Abstine te[6] igitur ab omni malo, et scies omnem iustitiam.' ‚Quales,' inquam,[7] ‚malignitates sunt hae, a quibus abstinere oportet?' ‚Audi,' inquit: †††‚ab adulteriis, ebrietatibus et comessationibus[8] malignis, ab esca nimia, a lautitia et inhonestate, a superbia, ab abnegatione, a mendacio, a detractione, a nequitia ficta, a recordatione iniuriae et a fama pessima. Haec enim[9] sunt opera iniquitatum, a quibus abstinere oportet servum Dei. Qui enim ab iis[10] abstinere non potest, vivere Deo non potest. Audi nunc, inquit, et sequentia eorum. Adhuc ergo sunt mala sequentia horum, et quidem multa sunt adhuc, a quibus abstinere oportet servum Dei:[11] a furto, ab abnegatione,[12] a falso testimonio, a cupiditate, a superbia, et quaecunque iis similia sunt. Videntur ergo tibi haec mala esse,[13] an non? — Et

Ὁ δοῦλος οὖν τοῦ κυρίου ἰσχυρός ἐστι καὶ [ἔνδοξος]. Φοβήθητι οὖν τὸν κύριον καὶ ζήσῃ αὐτῷ, φυλάσσων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας.

†*Ἡ ἐγκράτεια διπλῆ ἐστίν. Ἐπί τινων γὰρ δεῖ σε ἐγκρατεύεσθαι, ἐπί τινων δὲ οὐ δεῖ.*

††*Τὸ πονηρὸν ἐγκρατεύεσθαι καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό· τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύου, ἀλλὰ ποίει αὐτό.*

†††*Ἐγκρατεύου ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἀπὸ μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τροφῆς πονηρᾶς, ἀπὸ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελῶν, πλούτου,*

---

9) Codici Vat. excidit *quidem*.
10) *enim* Vat.
11) *itaque* Vat. Doctr. ad Antioch. l. c.
12) *erit* Vat.

Mand. VIII. 1) *quia creationes* p. *quod creaturae* Vat. Etiam Mand. VIII. maxima ex parte Graece datur Doctr. ad Antioch. n. 8, Antioch. homil. 79.
2) *et a quibusdam abstineri* Vat. Medium activo hic et infra praeferendum.
3) Vat. collocat *mihi inquam*, mox *abstineri* p. *abstinere*.
4) *a malo abstine te te et noli id facere sed fac illud* antepenultimum et penultimum voc. cum punctis suppositis.
5) Adiunxi *te* ex more scriptoris c. Lamb. Vat. Illic quidem subinde *noles*.
6) *te* accessit ex Vat., ubi scriptum *Abstinete*; ibidem paulo post *scias* p. *scies*. Gall. coniicit *facies*. Antiochus *ἐργαζόμενος*. Coniecturam confirmat Pal.
7) *enim* Vat., ubi invertitur *oportet abstinere*.
9) *Audi inquit. Ab ebrietatibus ab adulteriis a conviviis* Vat., dein *a superbia ab abnegantia et mendatio. a nequitia ficta et a memoria malignitatis*.

et vives Deo et tu et quicunque timuerit illum et praecepta illius custodierit. Nam et omnis rerum natura Deum timet.[2] Hi ergo vivent in perpetuum, qui timent illum, et praecepta illius custodiverint. Hi autem, qui [non] timent Deum, et praecepta illius negligunt, non erunt in vita.[3]

[MANDATUM OCTAVUM.]

(B) Omnis igitur creatura Dei, dicebat mihi, duplex est; nam et omnis abstinentia duplex est. In quibusdam autem abstinentia necessaria est, et in quibusdam abstineri non debet. Et dixi illi: demonstra mihi, domine, a quo[1] abstinere debeam, et a quo non abstinere debeam. Et dixit mihi: a malo abstine, et a bono noli abstinere. Nam quomodo si a bono actu te abstinueris, delictum admittis,[2] sic cum a malis rebus abstinueris, iustitiam magnam operaris, et gratiam consequeris. Abstine ergo ab omni malo, et id quod bonum est age. Et dixi illi: quales sunt domine nequitiae istae, a quibus me abstinere debeo? Audi, inquit: abstine ab adulterio, ab ebrietate, ab iniustitia, a delitiis plurimis et luxuriosis, et commessationibus multis, praeabundantia census, a supervacua exultatione et a conscientia mala, a profunda sapientia[3] et a persuasione superbiae, a mendacio et a detractione, ab hypocrisi et ab omni memoria malitiae, sed et ab omni blasphemia. De inlatione autem iniuriarum memor esse noli, maledictionem ne senseris. Hae autem malae operae[4] in vita hominum nequiores omnium sunt. Ab his ergo abstinere se debet servus Dei, quoniam qui ab illis non abstinuerit, vivere Deo non poterit. Audi, inquit, et sequentia. Quae sunt, inquam, adhuc domine? Et dixit mihi: adhuc alia multa sunt, a quibus omnibus servus Dei abstinere debeat: ne furtum faciat, ne abneget, ne testimonium falsum dicat, ne alienum concupiscat, ne res turpes adamet, ne illudat homines, ne sint gloriosi ne sint superbi, et quae cum his similia sunt. Haec non putas mala esse? inquit. Et ait mihi: maxime iniqua haec servis

καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ψεύδους, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας. Ταῦτα τὰ ἔργα πονηρά ἐστι τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. Τούτων οὖν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ μὴ ἐγκρατευόμενος τούτων οὐ δύναται ζῆσαι τῷ Θεῷ. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτων. — Καὶ πολλά εἰσιν, ἀφ' ὧν δεῖ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἐγκρατεύεσθαι. κλοπή, ψεῦδος, ἀποστέρησις, ψευδομαρτυρία, πλεονεξία, ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. Εἰ οὖν δοκεῖ σοι πονηρὰ εἶναι ταῦτα; — Καὶ

9) *enim* om. Vat., qui annectit *opera omnium iniquitatum.* Maluerim *Haec enim omnia sunt opera iniquitatum.*

10) *in his* p. *ab iis* Vat.

11) Sic dedi ex Vat. Apud Cot. *Et quidem multa sunt adhuc, a quibus abstinere debet servus Dei.*

12) *anegatione* scr. Vat., tum *his* p. *iis.*

13) *esse mala* Vat.

2) Omisi vocc. *sed praecepta illius non custodit*, quae in Pal. praepostere occurrunt post *timet.*

3) *vitam* Pal.

Mand. VIII. 1) *quid* p. *a quo*, dein *a quid* p. *a quo* Pal.

2) *amittis* Pal., item *magna* p. *magnam.*

3) *sapientiae* Pal. Adiectivum *profundus* h. l. idem est ac *immensus, immodicus* ut habes in Salust. epist. Mithrid. ad Arsac. *Cupido profunda imperii et divitiarum;* vel *arcanus, ignotus*, quo utitur Quintil. declam. IV, 17. *Secreta et profunda ars* i. e. divinandi, hariolandi.

4) *haec autem male opere* Pal.

quidem[14] valde mala sunt servis Dei. — Ab his ergo omnibus debet se[15] abstinere servus Dei. Abstine te[16] ergo ab omnibus his, ut vivas Deo, et scribaris cum abstinentibus. A quibus ergo[17] debeas abstinere, illa sunt. A quibus autem[18] non debeas te abstinere, audi. Ab omnibus bonis[19] operibus noli te abstinere, sed fac illa. Audi, inquit, virtutem bonorum operum, quae debeas operari, ut salvus esse possis. Primum omnium est fides, timor Domini, caritas, concordia, aequitas, veritas, patientia, castitas. Iis[20] nihil est melius in vita hominum qui haec custodierint et fecerint in vita sua. Deinde horum sequentia audi. Viduis administrare, orphanos et pauperes non despicere, et servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse (hospitalitate[21] enim invenitur aliquando fructus bonus), non[22] contradicere; quietum esse, humillimum[23] fieri omnium hominum, maiores natu colere, studere iustitiae,[24] fraternitatem conservare, contumelias sufferre, aequanimem esse, lapsos a fide non proiicere, sed aequanimes facere, peccantes admonere, debitores non premere, et si qua iis similia sunt. Videntur tibi haec esse bona, an non?' ‚Quid enim melius est,' inquam, ‚verbis istis?'[25] ‚Vive ergo,' inquit, ‚in his mandatis, et noli ab eis recedere.[26] Si enim custodieris haec omnia mandata, vives Deo; et omnes, qui custodierint haec mandata, vivent Deo.'[27]

MANDATUM IX.

Postulandum a Deo assidue et sine haesitatione.

(A) *Iterum dixit mihi: ‚tolle a te dubitationem, et nihil omnino[1] dubites. Petens[2] aliquid a Domino, ne dicas intra te: quo modo vero[3]

λίαν πονηρὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. — Ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάντων, ἵνα ζήσῃς τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγραφήσῃ μετὰ τῶν ἐγκρατευομένων. Ἃ μὲν οὖν δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ταῦτά ἐστιν. Ἃ δὲ δεῖ σε μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν, ἄκουε· πάντων πρῶτον πίστις, φόβος κυρίου, ὁμόνοια, ἀγάπη, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή· τούτων ἀγαθώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων· ταῦτα ἐάν τις φυλάσσει, καὶ μὴ ἐγκρατεύεται ἀπ' αὐτῶν, μακάριός ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Εἶτα τούτων τὰ ἀκόλουθα ἄκουε· χήραις ὑπηρετεῖν, καὶ ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀνάγκης λυτρώσασθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι (ἐν γὰρ τῇ φιλοξενίᾳ εὑρίσκεται ἀγαθοποίησις)· ἡσύχιον εἶναι, ἐνδεέστερον γενέσθαι, πάντα ἄνθρωπον προσβύτην σέβεσθαι,

---

14) Scripsi *Et quidem* c. Vat. et Fab. St. p. *Equidem* vulg.

15) *se* accessit ex Vat.

16) *te* adiunxi c. Vat., ubi *ut scribaris* p. *scribaris*, membro *ut vivas Deo* omisso.

17) *ergo* non est in Vat., paulo post *hec* p. *illa*.

18) *autem* om. Vat., ex quo addidi sq. *te*.

19) *bonis* des. in Vat., qui praebuit *te* ante *abstinere* c. sq. varietate *et* p. *sed*.

20) *horum* Vat., tum *hec qui custodierit et fecerit in vita sua*.

21) *in hospitio* p. *hospitalitate* Vat.

22) *noli* Vat.

23) *humiliorem* Vat. — Vetus Interpres forte legit: *ἐνδεέστερον γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων*. Sic et Antiochus. Aliter Pseudo-Athanasius. *Gall.*

24) *iustitiam* Vat., mox *animequum* — *animequos* p. *aequanimem* — *aequanimes*, et *monere* p. *admonere*. Ex Fab. St. et Codd. Pal. Vat., quorum uterque

Dei sunt. Ab his ergo omnibus abstinere debent, qui Deo serviunt. Abstine ergo ab istis malis, ut vivas Deo et ascriberis in numero eorum, qui ab ipsis abstinuerunt. Haec sunt, iniquit, quibus[5] carere debeas, et quae agere debeas. Ubi autem bonum opus fuerit, noli fugere, sed age illud. Et dixi illi: domine, et de iis,[6] quae bona sunt, expone mihi, ut in illis vivam et serviam eis, et possim agendo ea salvus esse. Audi, inquit, et eorum, qui boni sunt actus, quibus abstinere non debeas, sed age illa. Est autem ante omne fides, timor Dei, caritas, concordia, verba iustitiae, amor sanctus, veritas et patientia: his melius nihil est in vita hominum. Haec qui custodierit et non abstinuerit ab eis, beatissimam vitam agit. Et iterum dixit mihi: audi etiam subsequentia horum:[7] viduis ministrare, orphanis et egentibus succurrere, de necessitatibus redimere servos Dei, hospitalem esse (propter hospitium enim invenitur benefaciendi occasio), nemini adversarium esse, quietum esse, humiliorem esse hominibus, maiores natu revenerari, exercere iustitiam, fraternitatem custodire, iniuriam ferre, aequanimem esse, animo laborantes precibus erigere, vexatos in fide Dei non spernere, sed in viam rectam revocare et eos aequanimes facere, peccantes corripere, aere alieno oppressos non esse, et si qua his similia sunt et tibi bona esse videntur, age illa. Et dixi ei: domine, quid autem melius his inveniri potest? Vive ergo, inquit, in eis, et noli ab ipsis abstinere. Sic itaque custodi hoc praeceptum, ut id quod bonum est facias, et ab eo quod malum est te abstineas, et vivas Deo et tu et caeteri, qui haec custodierint.

[MANDATUM NONUM.]

(B) Ait mihi iterum: vide, ne fictus sis, nec nunquam in eis, quae a Deo petes, inconstanti et duplici animo fueris, nec apud te[1] aestima-

ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, ὕβριν ὑποφέρειν, μακρόθυμον εἶναι, ἀμνησίκακον, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ τῆς πίστεως μὴ ἀποβαλέσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ ἐνθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν, ἐνδεεῖς μὴ λυπεῖν, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστιν. Δοκεῖ σοι ταῦτα ἀγαθὰ εἶναι; — Τί γὰρ δύναται τούτων ἀγαθώτερον εἶναι; — Γύμναζε σεαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ μὴ ἐγκρατεύου πάντων, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

[7]Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ μηδενὸς ὅλως διψυχήσῃς, αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς δυνήσομαι αἰτήσασθαι

---

postmodo *his* p. *iis*, accessit in fine *sunt*.

25) *horum verborum* p. *inquam, verbis istis* Vat.

26) *Vive ergo in hec mandata et noli ab his recedere* Vat.

27) Cfr. Mand. 5, 2 extr.

Mand. IX. 1) *ex toto* p. *omnino* Vat. Graecum Mand. IX. textum habes Doctr. ad Antioch. n. 9. p. 256. et Antioch. hom. 85. Praeterea fragmentum edidit Grabius in Spic. Patr. I. p. 303. Ibi differt *ἆρον σεαυτοῦ* et *μηδὲν ὅλως*.

2) *potens* erat in Vat.

3) *quoniam quomodo* p. *quomodo vero* Vat., et *accipere* p. *obtinere*.

5) *quae* Pal.

6) *eorum* p. *de iis* Pal., mox *agendum* p. *agendo*.

7) *harum* Pal., postea *peccante si* p. *peccantes*.

Mand. IX. 1) Ita explico Codicis Pal. siglum *aprē*.

possum aliquid petere a Domino, et obtinere, cum sim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc[4] cogitare, sed ex totis praecordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, et scies misericordiam[5] Domini, quod non te derelinquet, sed petitionem animae tuae adimplebit. Non est enim Deus sicut homines memores iniuriarum; sed est immemor iniuriarum, et miseretur figmenti sui.[6] Ergo purifica cor tuum ab omnibus vitiis huius seculi, et observa praedicta verba tibi a Deo data, et accipies omnia bona, quae petis, et ex[7] omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris a Domino.[8] Qui ergo tales non sunt, omnino nihil impetrant eorum, quae petunt.[9] Nam qui pleni sunt fide,[10] omnia petunt fidentes, et accipiunt a Domino, quia sine dubitatione petunt. Omnis enim dubitans homo, si non[11] poenitentiam egerit, difficile Deo vivet. *Purifica ergo cor tuum a dubitatione, et indue fidem, et crede Deo; et omnia, quae petieris, accipies. Sed si petas aliquando petitionem, et non accipias, noli dubitare, quia non cito[12] acceperis petitionem animae tuae. Forsitan enim propter temptationem, aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardius accipies[13] petitionem tuam. Sed tu noli desinere petendo petitionem animae tuae, et accipies. Si autem cessaveris[14] petendo, de te queraris, non de Deo, quod non dederit tibi. Vide ergo dubitationem hanc, quam[15] perniciosa sit et saeva, et multos radicitus evellat a fide, etiam valde fideles et firmos. Etenim haec dubitatio filia est diaboli, et valde nequiter agit cum servis[16] Dei. †Contempne ergo dubitationem; et dominaberis illius[17]

παρὰ τοῦ κυρίου [καὶ] λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον πρὸς κύριον, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολυευσπλαγχνίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ πάντων τῶν ματαίων τούτων, καὶ τῶν προειρημένων σοι ῥημάτων, καὶ αἰτοῦ παρὰ τοῦ κυρίου, καὶ λήψῃ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν αἰτημάτων σου ἀστέρητος ἔσῃ, ἐὰν ἀδιστάκτως αἰτήσεις. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲν οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεόν, οὗτοί εἰσιν ὡς δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως λαμβάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται, μηδὲν διψυχοῦντες. Πᾶς γὰρ δίψυχος ἀνὴρ, ἐὰν μὴ μετανοήσει, δυσκόλως σωθήσεται.

---

4) *hoc* om. Vat.

5) *quia te non* p. *quod non te* Vat., dein *replebit* p. *adimplebit*.

6) *memores malorum, sed immemor malorum et miseretur figmento suo* Vat.

7) *et ob* p. *ex* Vat. Cfr. Matth. 7, 11. 21, 22. Graecis magis convenit versio Codicis Pal.

8) *deo* Vat.

9) Languet Vat. *Qui ergo tales non sunt in fide omnia petunt fidentes ex toto nihil impetrat ex petitionibus suis.*

10) *in fide* Vat.

11) *sive* p. *si non* Vat.

12) *quod cito non* Vat.

13) *accipias* Vat.

14) *cessaveritis* Vat., deinde *quereris* p. *queraris*.

15) *quia* Vat., ubi *est et sit* p. *sit et*, dein *et* p. *etiam*.

veris, quemadmodum possis aliquid petere aut impetrare, cum tam multa peccaveris. Noli quidem haec cogitare, sed ex toto animo ad Dominum tuum revertere, et roga illum sine haesitatione et deliberatione, et statim cognosces[2] multam misericordiam illius, quomodo te non contempnit, sed animae tuae desiderium implet. Non est enim Deus hominibus similis, qui iniuriarum memores sunt, sed ipse exorabilis est [et] miseretur operi suo. Unde tu iam munda animam tuam ab omnibus vanitatibus huius seculi et ab his, quae tibi paulo ante praecepta sunt. Pete a Domino petitionem cum fide, et omnia, quae poposceris, crede, et consequeris. Si autem aliqua deliberatio cor tuum penetraverit, nihil ex eis, quae petis, impetrabis. Nam qui de Deo deliberat, duplici et ficto animo est, et nihil unquam ex eis, quae petit, impetrat. Qui autem fide plena et integra omnia petunt fidentes in Deo, consequentur quae rogant, quia non in haesitatione, neque fictum cogitantes petunt. Omnis enim fictus nisi poenitentiam huius delicti sui egerit, difficile salvus erit. Munda igitur animam tuam ab hoc delicto et indue fidem, quae fortis est, et crede omnia desideria tua te a Deo impetraturum. Et quando aliqua petitio tua a Domino tibi tardius praestatur, noli fatigari, quod ad horam[3] non consecutus sis; forsitan enim aut propter temptationem aliquam, aut aliquem errorem tuum, quem[4] ipse ignoras, tardius consequeris quod petis. Tu autem noli intermittere, quo minus perseveres petere animae tuae desiderium, et impetrabis illud; nam si haesitaveris in petitione, de te queraris,[5] non de eo, qui dare consuevit. Iterum ait mihi: hoc peccatum, duplicem animo esse, malum est et stultum, et multos a fide radicitus evellit, quamquam et fideles et fortes sint; quia haec haesitatio filia diaboli[6] est, et valde se nequiter agit in Dei servos. Contempne ergo illa, et superior illis[7] esto, et in omni actu tuo

* *Καθάρισον οὖν τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τῆς διψυχίας· ἔνδυσαι δὲ τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστι, καὶ πίστευε τῷ Θεῷ, ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου, ἃ αἰτῇ, λήψῃ. Καὶ ἐὰν αἰτησάμενός ποτε παρὰ τοῦ κυρίου αἴτημά τι, καὶ [μὴ ἀπολήψῃ], μὴ διψυχήσεις, ὅτι τάχιον οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου· πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, οὐκ ἔλαβες. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς εὐχόμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, ἕως οὗ ἀπολήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, ἑαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι. . . . Βλέπε οὖν τὴν διψυχίαν ταύτην· πονηρὰ γάρ ἐστι καὶ ἀσύνετος, καὶ πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ τῆς πίστεως, καί γε λίαν πιστοὺς καὶ ἰσχυρούς. . .*

† *Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι, ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν· ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ· ἡ δὲ διψυχία, μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτήν, πάντων ἀποτυγχάνει ἔργων αὐτῆς, ὧν πράσσει. . . .*

---

16) *ad servos* p. *cum servis* Vat. Locum laudat Athanas. de Decr. Nic. Syn. n. 4. T. I. p. 211.

17) *eius* Vat.

2) *cognoscis* Pal.

3) *ad hora* Pal.

4) *quam* Pal.

5) *Nam si haesitaberis in petitionem de te quereris* Pal., qui deinde scr. *duo* p. *de eo.*

6) *diabolo* Pal.

7) *illa* Pal.

in omni re. Indue firmam fidem et potentem. Fides[18] enim omnia repromittit, et omnia consummat; dubitatio autem non credit, se aliquid impetraturam omnibus operibus suis,[19] quae agit. Vides ergo, inquit, quod fides desursum est a Deo, et habet virtutem magnam.[20] Dubitatio autem terrenus spiritus est et a diabolo, virtutem non habens. *Tu igitur serva virtutem[21] fidei, a dubitatione autem recede, quae non habet virtutem; et vives Deo, et omnes vivent Deo, quicunque haec egerint.'

MANDATUM X.

De animi tristitia, et non contristando Spiritum Dei, qui in nobis est.

(A) I. †,Longe[1] fac a te omnem tristitiam; etenim haec soror est dubitationis et iracundiae.' ,Quo modo,' inquam, ,domine, soror est harum? Aliud mihi videtur tristitia, aliud iracundia, aliud dubitatio.' Et ait: ,sine sensu non intelligis.[2] Tristitia enim omnium spirituum nequissimus[3] est, et pessima servis Dei; et omnium spiritus exterminat,[4] et cruciat[5] Spiritum sanctum; et iterum salvum facit.' ,Ego,' inquam, ,domine, insipiens sum, et non intelligo quaestiones istas:[6] quo modo possit cruciare, et iterum salvum facere, non intelligo.' ,Audi,' inquit, ,et intellige. Hi, qui[7] nunquam exquisierunt veritatem, neque inquisierunt de maiestate, sed tantum crediderunt, sunt involuti in negotiis hominum ethnicorum. [Et alius mendax Prophetes[8] est, qui perdit sensus servorum Dei, dubiorum autem, non illorum qui fidunt in Domino plene. Illi ergo dubii quasi ad divinum Spiritum[9] veniunt, et interrogant illum, quid illis futurum sit. Et ille[10] mendax Prophetes, nullam habens in se virtutem Spiritus divini, loquitur illis secundum interrogationem illorum, et implet animas illorum promissis, sicut illi volunt. Ille autem Prophetes inanis est, et inania respondet inanibus. Quicquid enim[11] interrogatur a vanis hominibus, vana respondet illis. Quaedam[12] autem verba vera loquitur. Diabolus enim adimplet[13] eum spiritu suo, ut deiiciat aliquem ex iustis.'

(B) II. ,Quicunque ergo fortes sunt in fide Domini, et induti sunt veritate,[1] talibus spiritibus non iunguntur, sed discedunt ab illis. Quot-

*Σὺ οὖν δούλουε τῇ εὐχῇ σου, τῇ δυνάμει τῆς πίστεως, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ, καὶ πάντες οἱ καταφρονήσαντες.

†Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην· καὶ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. Πῶς, κύριε, ἀδελφή ἐστιν αὐτῆς; Ἄλλο γάρ μοι

18) *fidelibus* Vat.

19) *sibi omni imperare operum suorum* p. *se aliquid impetraturam omnibus operibus suis* Vat.

20) *quia fides a sursum est a deo et quia magnam habet virtutem* Vat.

21) *habenti* interponit Vat. Graecorum vbb. *καὶ πάντες οἱ καταφρονήσαντες* versio in Pal. est *et caeteri qui id sentiunt.*

Mand. X. 1) Graeca ad hoc Mand. leg. Doctr. ad Antioch. n. 11. p. 257.

2) *intelliges* Vat. *i* supra.

3) *nequior* Vat. Dein revocavi *pessima* sine ulla sana ratione et contra textus graeci, Codd. et libb. impr. fidem a nonnullis vulg. c. Fab. St. mutatum in *pessimus.*

4) Lectionem vulg. *et omnium spiritus exterminat* corrigas ex Cod. Pal.

5) *contribulat* Vat.

6) *et non intelligo similitudines istas* Pal., subinde *quomodo potest contribulare* Vat. Cfr. II Cor. 7, 10.

7) *qui* excidit Vat., ubi mox *sed tm crediderunt et sunt voluti in negociis et diviciis omi hominum ethnicorum.*

8) Cfr. Mand. 11.; Clem. Romani Hom. 2, 15. et 3, 23 sq. Quae uncis

indue fidem, quae est valida et fortis. Fides enim[8] omnia repromittit, et quae repromittit, perficit; haesitatio autem, quae et dipsychia est, in nulla re sibi confidit, et ideo ab omni actu suo excidit. Vides ergo, quod fides superna a Domino venit, et habet virtutem magnam: dipsychia autem terrenus spiritus[9] a diabolo est, quia vires non habet. Tu itaque servi fidei,[10] quae virtutem habet, et dipsychia abstine, quae sine ulla virtute est, et vives Deo tu et caeteri, qui id sentiunt.

MANDATUM DECIMUM.

(B) Tolle a te, inquit, tristitiam; nam et ea soror est dipsychiae et iracundiae. Quomodo, inquam, domine, soror harum est? Mihi enim aliud videtur esse iracundia, aliud dipsychia, et aliud tristitia. Imprudens, inquit, homo es,[1] [quia] non intelligis, quod tristitia omnibus malis spiritibus nequior est et nequam servis Dei, et eos magis hic spiritus, quam ullus alius subvertit et sanctum spiritum exterit, et iterum salvum facit. Et ego illi dixi: domine, stultus sum ego, et non intelligo similitudines istas. Quomodo enim potest tristitia spiritum sanctum exterere, et iterum salvum facere? Non intelligo. Audi, inquit. Illi, qui nunquam scrutati sunt veritatem, neque divinitatem exquisierunt, sed tantummodo crediderunt, et postea involvuntur rerum varietatibus et census, et amicitiis diversorum hominum ⋮[2] et plurimis actibus huius seculi impliciti sunt, non intelligunt divinitatis similitudines. Obscurantur enim ab actibus suprascriptis et dispereunt et fiunt inutiles et ab spinis et herbis occupantur; et eo, quod tantum crediderunt, et in actibus secularibus errantes toto sensu exciderunt et nihil omnino de iustitia intelligunt,[3] quia quando audiunt de iustitia, sensus illorum in actibus ipsorum est, et nihil omnino intelligunt. Qui autem Dominum timent et scrutant de veritate et [de] divinitate diligenter inquirunt, et cor in Deum habentes omnia, quae eis dicuntur, intelligunt et cito sentiunt, quia timor Domini in illis est. Ubi autem Dominus habitat, ibi et prudentia magna est. Adhaere ergo Domino tuo, et omnia intelliges.

(B) II. Audi ergo nunc, inquit, quomodo tristitia spiritum sanctum vexat, et quomodo iterum salvat. Quando ille, qui dipsychus est, aliquem δοκεῖ ὀξυχολία, καὶ ἄλλο διψυχία, καὶ ἄλλο λύπη. Λέγει· — διὰ τί οὐ νοεῖς τὰ λεγόμενά σοι; Οὐ νοεῖς, ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν παθῶν πονηροτέρα ἐστὶν καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον; . . .

---

inclusimus, ea, rectius ut videtur, recensio Pal. infra demum habet: cf. Mand. XI. ad sign. ⋮ usque idem sign.

9) *Spiritum* uti sq. *et* des. in Vat.

10) *illum* Vat., ibidem om. *in se*, tum *eorum* p. *illorum*.

11) *Quotquot autem* Vat., ubi *omnibus* p. *hominibus* et *respondit* p. *respondet*.

12) Laudatur locus a Clem. Alex. Strom. I, 17. p. 369. Eandem doctrinam reperies Recogn. IV, 21. 22. VIII, 60. Pseudo-Ambros. ad I Thess. 5, 21. *Cot.*

13) Ita est in Lamb. Vat., *implet* vulg. In fine *illis* p. *iustis* Vat.

Cap. II. 1) Sic c. Lamb. Vat. et Fab. St., *veritatem* Cot. Dein *iungitur* p. *iunguntur* et *descendunt* p. *discedunt* Vat.

8) *quae* Pal.

9) *terrenum spiritum* Pal., ubi dein maluerim *virtutes* p. *vires*.

10) *dei* Pal.

Mand. X. 1) *est* Pal., in extr. periodo *faciet*.

2) Nota diversitatem recensionis Pal. ab altera.

3) *intelligant* Pal., dein *sensus illorum in actus ipsorum est*.

quot autem[2] dubii sunt, et subinde poenitentiam agunt, consulunt tanquam ethnici, et permagnum sibi peccatum congerunt, idolis servientes. Quicunque ergo tales sunt, interrogant pro negotio quolibet, simulacra[3] colunt, et stulti sunt et inanes a veritate. Omnis enim[4] spiritus a Deo datus non interrogatur; sed habens virtutem divinitatis, a se omnia loquitur, quia desursum est a virtute divini spiritus. Qui autem interrogatus, loquitur secundum desiderium,] et aliis[5] multis rebus huius seculi. Huiusmodi[6] non intelligunt quaestiones divinitatis; obscurantur enim iis[7] negotiis, et corrumpuntur, et confringuntur. Sicut vites bonae, quae negliguntur, ab herbis et spinis premuntur et necantur;[8] sic et homines, qui talibus[9] crediderunt, ii negotiis et actionibus multis inciderunt, et evacuantur a sensu suo, et nihil omnino intelligunt, de divitiis cogitantes.[10] Sed si quando audierint de Domino, sensus eorum in negotiis ipsorum[11] est. *Qui autem timorem Domini habent, et scrutantur de Deo veritatem, cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia, quae dicuntur eis, percipiunt,[12] et statim intelligunt, quia[13] habent timorem Domini in se. Ubi enim Spiritus Domini inhabitat, ibi et sensus multus adiungitur. Adiunge ergo te Domino; et omnia intelliges ac[14] senties.'

(A) III. †,Audi nunc, insipiens, quemadmodum tristitia cruciat[1] Spiritum sanctum, et quo modo salvum facit. Cum dubius inciderit in negotium aliquod,[2] et non provenit[3] illi propter dubitationem; tristitia haec intrat in hominem,[4] et tristem facit Spiritum sanctum, et vexat eum. Deinde iterum[5] iracundia cum accesserit homini pro negotio aliquo, vehementer irascitur; et haec ira intrat in praecordia irascentis, et vexatur[2] in negotio suo, quod agit, et postea poenitet, quod male fecerit. Utraeque ergo res[7] laedunt Spiritum sanctum, dubitatio et tristitia: dubitatio, quia non successit actus eius; et tristitia,[8] quia fecit iracundiam Spiritui.

*Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες Θεοῦ, καὶ ἐρευνῶντες περὶ Θεοῦ ἔργων καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς τάχιον νοοῦσιν καὶ συνιοῦσιν, ὅτι — τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. Ὅπου γὰρ ὁ κύριος κατοικεῖ, ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. Κολλήθητι οὖν τοῦ κυρίου, καὶ πάντων νοήσεις.

† Ἄκουε οὖν, πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν σώζει. Ὅταν ὁ δίψυχος ἐπιβάληται πρᾶξαί τι, καὶ ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη ἐκπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον, καὶ λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. Εἶτα πάλιν ὀξυχολία ὅταν κολληθῇ

---

2) *enim* Vat., in quo vox *subeunde* (sic) punctis suppositis excluditur ante *subinde*, dein *magnum* p. *permagnum* et *inferunt* p. *congerunt*. Vertit Gallicciolli: Ciascheduni dunque che sono forti in fede del Signore, e vestiti di verità, non fanno colleganza con ispiriti di tal genia, ma da essi diloggiano. Quanti poi sono dubbii, e di quando in quando mutano sentenza, li consultano come gli Etnici, e tirano adosso di se un grande peccato, servendo a idoli.

3) *simulacrum* Vat.

4) *enim* om. Vat., postmodo *datur* p. *datus*. Gallicciolli: Perchè ogni spirito dato da Dio non si esamina: ma avend' esso la virtù della divinità, di per se medesimo parla tutto, perchè viene dall' alto dalla potenza dello Spirito divino.

5) Fortasse: *de aliis*. *Fell*. Ita vertit Gallicciolli.

6) *Huiusmodi* om. Vat.

7) *obscuratur ex his* p. *obscurantur*

actum explicare vult, [et cum] exciderit ab eius affectu propter vitium dipsychiae suae, tristitia in illum intrat et spiritum sanctum vexat et conterit, quia id, quod agere voluit, perficere non potuit. Sic et iracundus, cum aliquid graviter iratus et ab ira recesserit et eum de iniquitate, qua operatus est, poenituerit, quod malum ipsum fecerit, et tristari coeperit, tristitiam spiritui sancto adferre videtur. Sed haec[1] tristitia speratur salutem habere, quia de facto eo quod erat malum poenitentiam agit. Ambo ergo actus tristitiae tristari faciunt spiritum sanctum. Et illa quidem, quae ex dipsychia est tristitia, quia non impetravit desiderium suum, iniqua tristitia est. Haec autem tristitia, quae ex iracundia est, quia egit, quod non debuit agere, non mala tristitia est. Ab utrisque ergo tristitiis, quae iracundia et dipsychia [sunt], spiritus ille sanctus vexatur. Aufer itaque a te tristitiam[2] et noli laedere in spiritum sanctum, qui in te habitat, ne petat a Deo et recedat abs te. Spiritus ille, qui a Deo datus est, in hoc corpore tristitiam non sustinet, nec angustias tales.

(B) III. Indue te itaque hilaritatem,[1] quae semper Deo grata est, et esto illi probabilis, et in illa gloriare. Omnis autem hilaris homo operatur bene et semper, quae bona sunt, cogitat, et contempnit tristitiam. Homo autem tristis semper nequam est. Ipsum est eius primum delictum, quod laedit spiritum sanctum, qui illi a Deo hilaris datus est. Deinde secundo loco quam pessimam rem admittit ille, qui contristat[2] spiritum sanctum, neque confitetur Deo. Semper autem tristis hominis oratio non habet virtutem ascendere in sacrarium Domini. Quare, inquam, domine? Et ait mihi: quia tristitia in corde[3] eius sedet. Mixta autem τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγματός τινος, καὶ λίαν πικρανθῇ, καὶ ποιήσῃ τι κακὸν, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξυχολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ, ἣ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ, ὅτι πονηρὸν εἰργάσατο. Αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. [Ἀμφότεραι δὲ τῶν] πράξεων λυποῦσι τὸν ἄνθρωπον· [ἡ μὲν λύπη, ὅτι] ἀπέτυχε τῆς πράξεως, ἡ δὲ ὀξυχολία, ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. Ἀμφότερα οὖν λυπηρά ἐστι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, καὶ μὴ θλῖβε τὸ

---

enim iis Vat. Gallicciolli: Cotali non intendono ciocchè richieda la Divinità, perchè restano intenebrati da cotali negozii, e si corrompono, e si conquidono.

8) *nocentur* Vat.

9) *talibus* om. Vat.

10) *agentes* Vat.

11) *eorum* Vat. Gallicciolli: E se mai sentano a parlare di Dio, il loro intendimento è occupato negli interessi.

12) *precipiunt* Vat.

13) *qui* Vat.

14) *intelliges ac* om. Vat.

Cap. III. 1) *contribulat* Vat.

2) *in negotio aliquo* Vat.

3) *pervenit* Vat.

4) *in homine* Vat., qui finit *et tristem facit spiritum et quomodo salvum facit sanctum et tribulat eum.*

5) *item* Vat.

6) *et hec ira intrat in vecordia irascentis et tribulatur* Vat., ubi deest *postea.*

7) *Uterque ergo* p. *Utraque ergo res* Vat.

8) Vocc. *dubitatio, quia non successit actus eius; et tristitia* des. in Vat.

9) *nocere* Vat.

Cap. II. 1) *hae* Pal.

2) *tristitia* Pal.

Cap. III. 1) *hilaritatem*: sic Pal.

2) *contristans* Pal.

3) *cor* Pal.

Aufer ergo tristitiam a te, et noli offendere[9] Spiritum sanctum, qui in te habitat; ne roget Dominum, et discedat[10] a te. Spiritus enim Dei, qui datus est in carnem,[11] tristitiam non sustinet. Indue te ergo[12] hilaritate, quae semper habet gratiam apud Dominum; et laetaberis in ea.[13] Omnis enim hilaris vir bene operatur, et bona sapit,[14] et contempnit iniustitiam. Vir autem tristis male facit, quia[15] tristem facit Spiritum sanctum, qui datus est homini hilaris. Et iterum[16] male facit, quod tristis orat Dominum, et non ante facit exomologesin, et non impetrat a Deo, quod petit. Semper enim oratio tristis hominis non habet virtutem, ut ascendat[17] ad altare Dei.' Et dixi illi: ‚domine, quare non habet virtutem oratio tristis hominis, ut ascendat[18] ad altare Domini?' *‚Quoniam,' inquit,[19] ‚tristitia sedet in corde eius. Cum ergo mixta fuerit oratio viri cum tristitia, non patietur orationem mundam[20] ascendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mixtum eandem suavitatem non habet; sic et [21] tristitia Spiritui sancto mixta eandem orationem mundam non habet. Munda ergo te a tristitia mala, et vives Deo; et omnes vivent Deo, qui proiecerint a se tristitiam, et induerint hilaritatem.'[22]

MANDATUM XI.

Spiritus et Prophetas probari ex operibus; et de duplici spiritu.

(A) Ostendit mihi sedentes in subselliis homines, et unum sedentem in cathedra.[1] Et dixit mihi: ‚vides illos, qui in scampnis sedent?' ‚Video,' inquam, ‚domine.' ‚Illi,' inquit,[2] ‚sunt fideles; et ille, qui in cathedra sedet, spiritus terrestris est.[3] Nam in ecclesiam vivorum[4] non accedit, sed refugit; applicat autem se dubiis et[5] vacuis, et in angulis et abditis locis divinat illis, et delectat illos, loquendo secundum omnia desideria cordis eorum. Vacuis enim vasis quod committitur, non effluit;[6] sed conveniunt alius ad alium.[7] Cum autem venerit in turbam virorum iustorum,[8] habentium spiritum divinitatis, et oratio illorum fit ad Dominum, exinanitur homo ille, quoniam spiritus ille terrestris fugit ab illo, et

πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν σοὶ κατοικοῦν, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην σαρκικὴν οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. — Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ, καὶ ἐντρύφησον ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ, καὶ καταφρονεῖ τῆς

10) *recedat* Vat. Graeca in Antioch. hom. 25. Ἐντυγχάνειν compellare, colloqui, orare, non modo indigi et auxilium quaerentis. *Cot.*

11) *in carne* Vat.

12) *ergo* om. Vat., subinde exhibens *hylaritatem* p. *hilaritate.*

13) *eam* Vat.

14) *et in bona sapit* Vat. In fine *tristitiam* p. *iniustitiam* proponit Gallandius: ita videri contextum graecum postulare. Favet Pal. *et contempnit tristitiam.*

15) *quod* Vat., in quo des. sq. *sanctum* et *est.* Postmode restitui ex Pal. *hilaris* p. vulg. *hilari.* Illud iam coniecit Fabricius.

16) *item* Vat., absque sequentis membri coniunctione *quod.* In Pal. recte *neque confitetur Deo* p. *et non ante facit exomologesin.* Non placet Cotelerii explicatio: confessio *laudis* divinae, non *peccatorum.* Contrarium Gallicciolli: E altresì opera malamente orando al Signore con tristezza, nè prima confessa i suoi peccati, onde non impetra da Dio ciocchè domanda.

17) *Ascendat* coniecit Gall. p. *accedat*

tristitia cum oratione neque permittit puram et mundam orationem ascendere in sacrarium Dei. Semper autem tristis infirmam habet postulationem apud Dominum, nec potest ascendere in sacrarium eius. Et sicut vinum aceto[4] commixtum in id ipsum saporem non habet [et] utriusque materiae suavitatem disperdit: sic et tristitia iuncta cum spiritu sancto non potest integram postulationem ad Dominum habere. Mundum ergo te praesta a tristitia, quae est nequam, et vives Deo et tu et omnes quicunque illa caruerint et induerint omnem Domini hilaritatem.

MANDATUM UNDECIMUM.

(B) Ostendit mihi super subsellia sedentes homines, et alium quendam hominem in cathedra[1] sedentem. Et ait mihi: vides hos, qui in subselliis sedent? Video, inquam, Domine. Hi sunt, inquit, fideles, et hic, qui in cathedra sedet, ⁝ pseudopropheta est, qui omnem sensum servorum Dei disperdit. Eorum autem disperdit, qui dipsychi sunt, non eorum, qui vere fideles sunt. Hi autem dipsychi veniunt ad eum, quasi ad divinum, et interrogant eum de futuris. At ille, qui nullam intra se spiritus sancti virtutem habet, loquitur cum illis secundum illorum interrogationes, et respondet illis ea, quae scit convenire aut voluntati, aut negotiationi illorum, et implet animos eorum secundum desiderium ipsorum. Et cum sit ipse inanis et vanus, vanis et inanibus hominibus res supervacuas adfirmat. Quicquid autem interrogatus fuerit, secundum uniuscuiusque hominis vanitatem respondet,[2] quaedam tamen et vera verba interponit. Impletur enim a diabolo spiritus illius, ut aliquem ex eis, qui iusti sunt et probi, adlidat. Quicunque ergo fortes in fide permanent dominica et vestiti sunt veritatem, ab eiusmodi conversationibus se abstinent et

ματαίας λύπης. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε ὀργίζεται καὶ ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων, μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ Θεῷ. Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ.

... ὅτι ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν ἡ λύπη ἡ κοσμικὴ μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ μεμιγμένον τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν [lege ἔχει]· οὕτως καὶ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν [οὐκ ἔχει]. Καθάρισον οὖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

---

vulg. Coniecturae favet Pal. Hinc recte Gallicciolli: perchè sempre l'orazione deli' uomo attristato è senza virtù, nè può salire all' altare di Dio.

18) *oratio hominis ut accedat* Vat.

19) *inquit* non est in Vat.

20) *non pacietur oratio munda* Vat.

21) *enim* Vat., ubi dein om. *eamdem.*

22) *proiecerunt —— induerunt hylaritatem* Vat.

Mand. XI. 1) *Ostende mihi sedentes in subsidiis homines et alterum sedentem in cathedram* Vat.

2) *inquit* om. Vat.

3) *facit spiritus tristres* (sic) Vat.

4) *in ecclesia virorum* Vat.

5) *et* om. Vat., dein exh. *et in addicis locis et in angulis dividat illis.*

6) *compositum non frangitur* p. *quod committitur, non effluit* Vat.

7) *alius* erat in Vat.

8) *in turba iustorum virorum* Vat., qui collocat *illorum oratio* et *ille spiritus*, deinde *neque quicquam* p. *nec quidquam.*

4) *acetum* Pal.

Mand. XI. 1) *cathedram* Pal. Ad ea quae signis ⁝ circumdedimus cf. p. 468. n. 8.

2) *respondit* Pal.

obmutescit, nec quicquam potest loqui. Sicut in apotheca, si obturaveris[9] vinum vel oleum, et inter illa vasa posueris amphoram vacuam, et rursum obturamentum deponere volueris, amphoram illam, quam posuisti, vacuam invenies; sic et Prophetae[10] vacui, cum venerint inter spiritus iustorum, quales veniunt, tales inveniuntur. [Spiritus[11] omnium hominum terrestis est et levis, et virtutem non habet in totum, et multa loquitur.' Et dixi: ‚quo modo igitur[12] scire potest aliquis eos?'[13] ‚Audi,' inquit, ‚de utrisque vasis; et sicut dico tibi, sic probabis Prophetam Dei, et falsum Prophetam.'[14] Primum itaque[15] proba hominem, qui habet spiritum Dei; quia spiritus, qui desursum est, quietus est[16] et humilis, et recedit ab omni nequitia et desiderio vano huius seculi, et omni homine se facit humiliorem, et nemini respondet interrogatus, nec singulis respondet; neque cum vult, homini loquitur spiritus Dei, sed tunc loquitur,[17] cum vult Deus. Cum ergo venerit homo, qui habet spiritum Dei, in ecclesiam iustorum,[18] habentium fidem Dei, et oratio fit ad Dominum; tunc nuntius sanctus divinitatis implet hominem illum spiritu sancto,[19] et loquitur in turba, sicut Deus vult. Sic ergo dinoscitur spiritus divinitatis in quocunque[20] spiritus divinitatis loquitur. [21]Audi nunc et de spiritu terrestri, vacuo et fatuo, virtutem non habente. Primum autem[22] hunc homo putatur spiritum habere; exaltat enim[23] se, et vult primam cathedram habere;[24] et improbus est et verbosus, et in deliciis conversatur, et in voluptatibus multis, et mercedem accipit[25] divinationis suae. Quodsi[26] non acceperit, non divinat. Itane[27] spiritus Dei potest mercedes accipere et divinare? Non convenit haec facere Dei Prophetam]. Habes utrorum-

9) *stipaveris* p. *si obturaveris* Vat. i. e. in vasis positum. Mox *aut inter* p. *et inter*, dein *et item deponere volueris stipationem* p. *et rursum obturamentum deponere volueris* i. e. si obturamentum amphorae vacuae levas, iterum eam invenies vacuam.

10) *prophetes* Vat., ibidem *inter spiritum*.

11) Vbb. uncis inclusa in Vat. sicuti in aliis Mss. prius consultis, excepto Codice Lamb., infra leguntur Mand. 12. c. 1 et 2. post vbb. *morti tradit servos Dei*. Haud ita Pal., quem confer. Iam Wakius hic ea inserenda esse ex Codice Lamb. et e textu graeco Pseudo-Athanasii docuit. Gallicciolli quoque ea hic vertit observans: Qui principia il pezzo trasportato *da me*, sino a quelle parole, *Non lice ciò fare a un profeta di Dio.* — *Primum* p. *Spiritus* exhibent Mss. Angl. et Vat.

12) *ergo* Vat.

13) Clarius omnia in Pal.: *Quomodo inquam domine cognoscit homo: quis eorum propheta sit: et quis pseudopropheta.*

14) *prophetam falsum* transp. Vat.

15) *ita* Vat.

16) *deorsus est quietus* p. *qui desursum est, quietus est* Vat., ibidem *desiderio huius seculi vano et omnium hominum facit se humiliorem.*

17) *loquitur homini loq.* (sic) p. *homini loquitur* Vat.

18) *istorum* Vat.

19) *spiritus sanctus* p. *spiritu sancto* Vat.

20) *quia quicumque* p. *in quocumque* Vat.; *quia, quicumque spiritu divinitatis loquitur, loquitur, sicut Dominus vult* Bodl. et Lamb. Differt Pal.

21) Hic apud Cot. incipit c. 2. Mand. 12.

22) *enim* absque *hunc* Vat.

23) Deest *enim* in Vat.

24) *habere* om. Vat.

25) *mercedes accipiet* Vat. In Bodl.: *Primum enim homo, qui putetur spiritum habere, exultat se* sqq. Praestat Pal. Cotelerius adnotat: Eadem vitia in mendacibus Montanistarum Prophetis redarguuntur apud Eusebium hist. eccl. V, 16 et 18.

26) *Quidsi* Vat.

27) *Ita nunc* Vat.

3) *his* Pal., posthac *terrenis et levus*.

4) *respondit* Pal.

5) *per sermonem ut cognosces propheta* Pal.

minime ad eos adeunt. Quicunque autem dipsychi sunt sortientes sicut et gentes, et frequenter poenitentiam agunt, et divinis demorantur sine emendatione, maiora sibi delicta adquirunt, servientes superstitioni vacuae. Nam qui prophetam de aliquo actu interrogat, vacuus a veritate et impudens est. Omnis autem spiritus a Deo datus non interrogatur, sed habens virtutem divinitatis per semet ipsum omnia dicit, quia de sursum est a virtute spiritus sancti. Hic[3] autem spiritus, qui ad interrogata respondet[4] secundum singulorum hominum voluntatem, terrenus et levis et sine virtute est, et non loquitur nisi interrogatus. Quomodo, inquam, domine, cognoscit homo, quis eorum propheta sit, et quis pseudopropheta? Audi, inquit, de utrisque. Per sermonem cognosces prophetam;[5] pseudoprophetam, qui spiritum divinum non habet, de secta vitae eius probabis. Propheta[6] enim, qui spiritum divinum de caelo habet, placidus et modestus est. Quietam etiam et compositam sapientiam habet. Abstinet ipse ab omni nequitia et voluptatibus vanis huius seculi. Hominibus tam[7] se humiliorem praestat, et nihil omnino interrogat. Etiam[8] secreta loquitur. Neque autem in homine positum est, ut, cum ille voluerit, spiritus loquatur; sed tunc sermonem habet, cum Deus illum loqui vult. Cum ergo ille homo spiritum divinum habens in concilium[9] hominum bonorum fidem divini spiritus habentium introierit, et postulatio coetus eorum apud Deum fuerit, tunc nuntius illius spiritus prophetici, qui super positus est ei, implet homines, et impletus ille spiritu sancto loquitur cum illa turba, quomodo Dominus iubet. Sic ergo manifestabatur spiritus ille sanctus. Quae autem ad agnoscendam virtutem illius spiritus sancti pertinent, haec sunt. Audi nunc et de spiritu terreno, qui est levis et sine virtute, plenus stultitia. In primis homo ille, qui vult videri spiritu divino plenus, magnificat se et vult principatum cathedrae. Superbus autem et improbus et verbosus est, et in multa luxuria et in delitiis plurimis agit, et mercedes professionis suae accipit,[10] et nisi acceperit, tacet. Propheta autem habens spiritum sanctum mercedem non accipit;[11] non enim capit facere haec Dei prophetam. Mercedem autem accipientibus prophetis terrenus est spiritus. Nec in concilium[12] hominum proborum accedit; quin immo iungit se hominibus malis et vanis, in angulis agit, et deludit eos sermone suo loquens iuxta desiderium eorum voluntatis, vanis hominibus vana respondens; nam vas inane cum aliis aeque inanibus iunctum non vexatur, sed compositum cum eis consentit. Cum autem idem ille in coetum[13] hominum proborum et spiritum divinitatis habentium venerit, et oratio ab istis facta fuerit, vacuus invenitur homo ille. Est spiritus terrenus, qui est in illo. Timore perterritus fugit ab illo, et fit sine sensu, et totus confringitur, et loqui nihil potest. Si enim in apotheca vinum vetus stipes, et inter caetera plena vacuum vasculum ponas, postea etiam cum eandem apothecam exhaurias, vasculum vacuum positum vacuum invenies. Sic et prophetae, qui sunt inanes, cum venerint inter eos, qui sunt spiritus sancti, quales

6) *prophetam* Pal.
7) Forte *tamen*.
8) *ait* Pal.
9) *concilio* Pal.
10) *aget — accipiet* Pal.
11) *accepite* Pal., *i* supra priori *e*. Postea ex eodem est *prophetam*.
12) *concilio* Pal., ubi deinde *iunget* p. *iungit*, tum *voluntate* p. *voluntatis*.
13) *coetu* Pal.

que[28] Prophetarum vitam. Proba ergo de vita et de[29] operibus hominem, qui dicit, se spiritum sanctum habere. Tu autem crede spiritui venienti a Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terrestri vacuo, quia[30] a diabolo est, in quo fides non est neque virtus, credere noli. Audi ergo similitudinem, quam tibi dicturus[31] sum. Accipe lapidem, et mitte in caelum; aut iterum accipe siphonem aquae, et eiacula in caelum; et vide, si possis pertundere caelum.'[32] ‚Quo modo,' inquam, ‚domine, haec fieri possunt?'[33] Utraque enim, quae dixisti, fieri non possunt.' ‚Sicut ergo,' inquit,[34] ‚haec fieri non possunt; sic spiritus terrestris sine virtute est, et sine effectu. Accipe[35] nunc virtutem, desursum venientem, in hac similitudine. Grando minimum granum est; et cum cadit super caput hominis, quomodo dolores praestat? Aut iterum,[36] vide stillicidium, quod a tegula cadit in terram, et cavat lapidem. Sic igitur minima, quae desursum cadunt[37] super terram, magnam habent virtutem. Adiunge te ergo huic habenti virtutem, et ab illo vacuo recede.'

MANDATUM XII.

De duplici cupiditate. Dei mandata non esse impossibilia, et diabolum non metuendum credentibus.

(A) I. Iterum dixit mihi: *‚tolle[1] a te omnem cupiditatem malam, et indue cupiditatem bonam et sanctam. Indutus enim cupiditatem bonam, oderis malam,[2] et refrenabis eam, sicut volueris. Horrenda est enim[3] cupiditas mala, et difficile mitigatur. † Horribilis est valde et fera, et feritate sua consumit homines; maxime si inciderit in eam[4] servus Dei, et nisi sapiens fuerit, consumetur ab illa pessime. ††Consumit autem tales, qui non habent vestem cupiditatis bonae, et implicat illos negotiis huius seculi, et tradit[5] illos morti.' ‚Quae sunt,' inquam, ‚domine, opera cupiditatis malae, quae tradunt[6] homines morti? Demonstra mihi, ut recedam ab illis.' ‚Audi,' inquit, ‚in quibus operibus cupiditas mala morti tradit[7] servos Dei.'

(A) II. ††† Primum omnium[1] cupiditas mala est, concupiscere uxorem alienam, vel mulierem concupiscere virum alienum, et lautitias concu-

* *Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηρὰν, ἔνδυσαι τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν.*

† *Ἀγρία γὰρ ἐπιθυμία εἰς τάδε ἀνεμπεσεῖ, εἰς λύπην [ἐὰν μὴ ᾖ] συνετὸς, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς.*

28) *utrumque* Vat. esse videtur genitivus contractus.

29) *de* adscripsi ex Pal. Vat. et Fab. St.

30) Ita est in Pal. Vat. et ap. Fab. St., *qui* Cot.

31) *daturus* Vat.

32) *aut item accepisti fontem aque et stifoniam in celum et vide si possit pertingere celum* Vat.

33) Dedi *possunt* ex Pal. Vat. et Fab. St.; nonnulli impr. male *possent* c. Cot.

34) *enim* p. *ergo inquit* Vat.

35) I. e. quaere et mente accipe. Gallicciolli: Impara. In Vat. *accipe nunc virtutem a sursum venientem in hanc similitudinem.*

36) *item* Vat.

37) *caudunt* erat in Vat., qui subinde *in* p. *super* omisso sq. *habent.*

venerunt, tales erunt. Habes utriusque prophetae sectam. Proba ergo illos de vita eorum et de factis hominum, qui dicunt se spiritus sancti baculos esse. Tu autem crede spiritui sancto, qui a Deo venit, et illi spiritui[14] terreno et vacuo nihil credideris, quia in illo virtus nulla est, quia a diabolo venit. Audi ergo et hanc similitudinem, quam tibi dicturus sum. Tolle lapidem et mitte in caelum, et vide, si potes illum contingere. Aut certe tolle de fonte aquam et torque in caelum; vide, si potes caelum pertundere. Quomodo, inquam, domine, haec fieri possunt? Utraque enim impossibilia dixisti. Et ait mihi:[15] quomodo enim haec fieri non possunt, sic et spiritus terreni infirmi sunt et inertes. Accipe nunc virtutem, quae a Deo venit. Et adiecit grandinis minimum granum, cum ceciderit super caput hominis, dolorem magnum; et stillicidium, quod de gulis in terram cadit, lapidem pertundit. Vides ergo, quod ea, quae desuper veniunt in terram, magnae virtutis sunt. Sic et spiritus divinus, qui e caelo venit, fortis est. Huic, inquit, crede, et ab illo altero abstine te.

[MANDATUM DUODECIMUM.]

(B) Dixit[1] mihi: tolle a te omne desiderium malorum et induc te desiderium, quod est bonum et sanctum. Illo enim desiderio bono indutus odies omne malum desiderium, et pervenies ad bonum, sicuti vis. Agrestis est autem mala concupiscentia, et difficile mansuetatur, quia atrox est, et violenter[2] feritate sua homines consumit, praecipue si in Dei servum inciderit. Quodsi parum prudens fuerit, atrociter ab ea cunsumitur. Disperdit autem eos, qui non sunt vestiti sanctitatis desiderium, et sunt involuti huius seculi vitiis. Hos ergo morti tradit. Quae,[3] inquam, domine, facta sunt illius malae concupiscentiae, quae homines morti tradet? Demonstra mihi, ut ab his abstineam. Audi, inquit, in quibus actibus morte[4] adficit nequam voluntas servos Dei.

(B) II. Ante omnia cupiditas mulieris alienae aut viri licentia ex abundantia census et multis supervacuis cibis quotidiecopi osis, et aliis

†† *Δαπανᾷ δὲ τούτους, μὴ ἔχοντας ἔνδυμα ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, ἀλλ' ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ· τούτους οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον. — Ποῖα, κύριε, εἰσὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς τὰ παραδιδόντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; Γνώρισόν μοι, ἵνα φύγω ἀπ' αὐτῶν. Ἄκουσον.*

††† *Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία γυναικὸς, καὶ πολυτέλεια πλούτου, ἥ ἐστι φιλαργυρία, καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ματαίων, καὶ μεθύσματος*

Mand. XII. 1) Multa huius quoque Mand. Graece inveniuntur Doctr. ad Antioch. n. 10 p. 256 sqq.

2) Languet Vat., ubi *et inde omnem cupiditatem bonam odies malam* p. *et indue — oderis malam.*

3) *autem* Vat.

4) *in ea* Vat., paulo post *consumitur* p. *consumetur.*

5) *tradet* Vat. Cfr. Matth. 22, 11.

6) *tradent* Vat.

7) *in quibus operibus cupiditatis mala morti tradet* Vat.

Cap. II. 1) Duce Cod. Pal. restitui c. Mss. Angl. et Vat. *Primum omnium*, transpositum quidem a librariis in Mand. 11. Eadem Mss., Palatino ut dixi excepto, male hic exhibent *sed.*

14) *spiritu* Pal.

15) *mi* Pal.

Mand. XII. 1) *Sit* Pal., qui deinde *induite* p. *indue te.*

2) *veritaenter*(?) Pal.

3) *qua* Pal.

4) *morti* Pal.

piscere divitiarum, et[2] multitudinem ciborum supervacuorum, et ebrietatem multam, et delicias multas. Fatuae enim sunt deliciae multae, et voluptates multae supervacuae sunt servis Dei. Haec ergo cupiditas mala est et[3] perniciosa, quae morti dat servos Dei. Haec enim[4] cupiditas a diabolo est. Quicunque ergo recesserint a cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicunque subiecti fuerint cupiditati malae, in perpetuum morientur;[5] mortifera enim est haec cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem iustitiae, et armatus timore Domini,[6] resiste cupiditati malae. Timor enim habitat in cupiditate bona.[7] Et cupiditas mala, cum viderit te armatum timore Domini resistente[8] sibi, fugiet a te longe, et non comparebit ante te, timens arma tua, et obtinebis victoriam, et coronaberis ob illam, et pervenies ad cupiditatem bonam, et trades victoriam Deo, quam acceperis, et servies ei operando, sicut volueris.[9] *Si autem servieris cupiditati bonae, et subditus[10] ei fueris; poteris dominari super cupiditatem malam, et erit subdita tibi, sicut ipse volueris.'

(A) III. †‚Vellem[1] scire, domine, quo modo servire debeam cupiditati bonae.' ‚Audi,'[2] inquit: ‚habe timorem Dei et fidem in Deo, et veritatem ama, et iustitiam dilige, et fac bene.[3] Haec operando probatus eris servus Domini,[4] et servies Deo; et omnes, quicunque servierint cupiditati bonae, vivent Deo.' ††Consummatis his mandatis duodecim dixit mihi:[5] ‚habes haec mandata, ambula in his; et audientes homines hortare, ut poenitentiam agant, et poenitentia eorum munda fiat[6] reliquis diebus vitae eorum. Et ministerium hoc, quod tibi do,[7] explica diligenter; et multum consequeris fructum,[8] et invenies gratiam apud omnes, qui poenitentiam agent et credent verbis tuis. Ego enim tecum sum, et cogam illos credere.' Et dixi illi: †††‚domine, haec mandata magna et praeclara sunt, et exhilarare[9] cor hominis possunt, qui potuerit custodire mandata haec. Sed[10] nescio, domine, an possint mandata haec ab homine custodiri.' *Ait mihi:[11] haec mandata facile custodies, et non erunt dura; sed si[12] tamen in cor tuum posueris non posse haec[13] ab homine custodiri, non custodies ea.[14] Nunc autem dico tibi: si non custodieris haec mandata et omiseris,[15] non eris salvus, neque filii tui, neque domus tua; quia ipse iudicaveris, quod non possint haec mandata ab homine custodiri.'

---

2) *et* om. Vat.

3) Copulam *et* ap. Hef. praetermissam restitui ex Vat. Mox dedi c. Fab. St. et Vat. *morti dat* p. *mortificat* vulg.

4) *etenim* p. *Haec enim* Vat.

5) *in perpetuo moriuntur* Vat.

6) *domini timore* transp. Vat.

7) *in cupiditatem bonam* Vat.

8) *resistentem* Vat., ubi *fingit* p. *fugiet*, mox *parebit* p. *non comparebit*, dein *accipies* p. *obtinebis*, tum *ab illa* p. *ob illam*.

9) Vulg. *ipse* ante *volueris* relegavimus c. Vat. sub finem enunciationis, quae sequitur.

10) *supertus* Vat. Forte *superatus*. Ex eodem et Fab. St. accessit *ipse* sub finem sententiae. Graeca invenies, ubi supra. Cap. III. 1) *Volebam* Vat.

2) *Et* Vat.

3) *fac bene* ex Vat. suffragante Oxon. p. vulg. *fac bonum*.

4) *dei* Vat., mox *qui* p. *quiumque*.

5) *mihi* om. Vat.

6) *fiet* Vat. Ex Doctr. ad Antioch. n. 13. p. 259.

7) *quod dico tibi do* Vat.

8) *fructum* om. Vat.

9) *sunt et praeclara et exhylare* p. *magna et praeclara sunt, et exhilarare* Vat. Graeca l. c. n. 21. p. 263.

10) Simili errore Trypho Iudaeus, disceptans cum Iustino Martyre, praecepta Evangelica, quae admiratur et praedicat, a nemine posse servari suspicatur. *Col.*

luxuriis multis et stultis. Omnis autem luxuria fatua est et inanis servis Dei. Haec sunt ergo concupiscentiae malae, quae servos Dei morte afficiunt. Filia est autem haec mala concupiscentia diaboli. Debebis ergo abstinere ab eius omnibus desideriis, ut si illis vacuus fueris, vivas Deo. In quoscunque enim eiusmodi voluntas dominata fuerit, et quicunque ei[1] non restiterit, perpetuo morietur. Mortiferae autem hae sunt voluntates. Indue ergo tu desiderium iustitiae, et armatus timore Domini resiste illi malae voluntati. Timor enim Dei habitat in desiderio bono. Porro autem si te illa malarum rerum voluntas armatum contra se videat timore[2] Dei sibi resistente fugiet a te longe, et postea tibi non occurrit timore armorum tuorum. Tu ergo accepta victoria et coronatus de illa, veni ad desiderium iustitiae. Et bene ibi trade te iustitiae,[3] et trade ei victoriam, quam accepisti, et servi actibus, qui illi placent. Cum enim servieris, poteris illius mali desiderio dominari et subiugare idem.[4]

πολλοῦ, διαφόρων γεύσεων, καὶ ἑτέρων τρυφῶν πολλῶν, καὶ μωρῶν, καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Πᾶσα τρυφὴ μωρά ἐστι καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

*Ἐὰν δὲ δουλεύσῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῇς αὐτῇ, δύνασαι κατακυριεῦσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτὴν, καθὼς βούλει.

†Ἤθελον γνῶναι, ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε· ἔργασαι δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας, καὶ φόβον κυρίου, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην. Ταῦτα ἐργαζόμενος εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος Θεοῦ. —

††Καὶ συντελέσας τὰς δώδεκα ταύτας ἐντολὰς λέγει· — πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ παρακάλει καὶ τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

†††Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ δυναταί εἰσιν, δυνάμεναι εὐφρᾶναι τὴν καρδίαν τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. Οὐκ οἶδα, κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται ὑπὸ πολλῶν φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσιν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ μετὰ πολλῆς αὐστηρίας εἶπεν· ἄνανδρε, ἀκηδιαστά, ῥάθυμε καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας, ὅτι, ἐὰν ἐν σοὶ ἑαυτῷ προθῇ ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις, καὶ οὐκ ἔσονται σκληραί; Εἰ δὲ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, οὐ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς.

In Vat. transp. *hec mandata custodire ab homine.*

11) *mihi* om. Vat.

12) *si* des. in Vat.

13) *haec* adscripsi ex Fab. St. et Vat., suadente quoque textu gr.

14) *hec* Vat.

15) *dissimulaveris* Lamb. Vat.; hic *filii* absque *tui,* uterque dein *iudicasti* p. *iudicaveris.* In Vat. invertitur *custodiri ab homine.*

Cap. II. 1) *eis* Pal., dein *haec* p. *hae.*

2) *timorem — resistentem* Pal.

3) Ita conmutavi lectionem Codicis Palatini *veni ad desiderium iustitiae. Bene tradit et ibi iustitiae.* Non solum ut ad iustitiae desiderium veniat, sed ut totum se ipsi iustitiae tradat admonetur. Aut scribas: *Bene tradet te illud ipsi iustitiae.* Deinde correxi *quae* in *qui.*

4) *eum* Pal. Ab hoc inde loco desideratur geminus textus recensionis Palatinae usque ad V. medium.

(A) IV. Haec mihi vehementer iracunde[1] locutus est, ita ut conterreret me valde. Vultum enim suum mutaverat, ita[2] ut non posset homo sustinere iram eius. Et cum vidisset me conturbatum totum et confusum, coepit loqui moderatius et hilarius, dicens: ‚stulte et insensate,[3] inconstans et *ignorans maiestatem Dei, quam magnus quamque mirabilis sit, qui orbem creavit propter hominem, et omnem creaturam subiecit homini, et omnem potestatem dedit illi, ut dominetur horum mandatorum *Dominari, inquit, potest omnium horum mandatorum,[4] qui habet Dominum in corde suo. *Qui autem habent Dominum in labiis suis, et cor illorum obtusum est, et longe sunt a Domino, illis mandata haec dura sunt et difficilia. *Ponite ergo vobis, qui vacui et leves estis in fide, Dominum[6] vestrum in corde habere; et intelligetis quod nihil facilius est[7] his mandatis, neque dulcius, neque mansuetius, neque sanctius; et convertite vos ad Dominum Deum, et relinquite diabolum et voluptates eius, quia[8] malae sunt et amarae et immundae, et nolite timere diabolum,[9] quia in vobis potestatem non habet. Ego enim vobiscum sum nuntius potentiae, qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit, sed timor illius vanus est. Nolite ergo timere eum, et fugiet a vobis.‘

(A) V. Et dixi illi: ‚domine, audi me pauca verba dicentem tibi.‘ ‚Dic,‘ inquit. ‚Homo,‘ inquam, ‚cupit quidem[1] mandata Dei custodire, et nemo est, qui non petat a Domino, ut possit mandata eius servare; sed diabolus durus est, et potentia sua dominatur in Dei servos.‘ Et dixit: †‚non[2] potest dominari in Dei servos, qui ex totis praecordiis in Dominum credunt. Potest autem diabolus luctari, sed vincere non potest. Si enim resistitis illi,[3] fugiet a vobis confusus. Nam quicunque fide[4] pleni non sunt, timent diabolum, quasi potestatem habentem. Diabolus enim temptat servos Dei, et si invenerit vacuos, exterminat. Sicut enim homo, cum implevit amphoras bono vino,[5] et inter illas amphoras paucas semiplenas posuit, et venit, ut temptet et gustet amphoras, non temptat plenas; scit enim, quod[6] bonae sunt; semiplenas autem gustat, ne sint acidae factae, cito enim semiplenae amphorae acescunt, et perdunt saporem vini; sic et[7] diabolus venit ad homines servos Dei, ut[8] temptet illos. Quicunque autem pleni sunt fide,[9] resistunt ei fortiter; et ille recedit ob eis,[10] quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos, qui non sunt in fide pleni, et quoniam habet locum, inde intrat in illos, et quaecunque vult, facit illis, et fiunt famuli eius.‘

(A) VI. ‚Sed vobis dico ego nuntius poenitentiae:[1] ne timeatis diabolum. Missus enim sum, ut vobiscum sim,[2] quicunque ex totis praecordiis egeritis poenitentiam; ut confirmem vos in fide. Credite

---

Cap. IV. 1) *iracundie* Vat., deinde *et ita et* p. *ita ut.*
2) *ita* om. Vat., ubi *possit* p. *posset.*
3) *fatue* Vat., cui excidit sq. *et;* idem *magna* p. *magnus.*
4) *omnium mandatorum horum* Vat.
5) *et* om. Vat. exhibens quidem *autem* post *illis*, utrumque graeco textui parum cohaerens. In eodem *sunt dura.* Vid. Isai. 29, 13. Matth. 15, 8. Ioan. 12, 40. II Cor. 3, 4.
6) Sic textus gr. et Vat., *Dominum Deum* vulg. Subinde *vestrum et in corde habete* Vat.

(B) V. — — — [Sicut enim homo, cum impleverit vascula bono vino,] et inter ipsa vascula pauca non plena reliquerit, cum venerit postea omnia vascula[1] recognoscere non tanquam plena (scit enim, quia plena non sunt), temptat autem illa, quae plena sunt; cito enim sema[2] vasa acetant: sic et diabolus venit ad omnes servos Dei temptans eos. Illi autem, qui pleni sunt fide, resistunt ei fortiter, et ille recedit ab eis, quia quo intret locum non habet. Vadet ergo tunc ad eos, qui pleni sunt, et locum habens penetrat in illos, et quae vult facit illis, et fiunt iam illius servi.

(B) VI. Ergo diabolum timere nolite; missus sum enim ut vobiscum essem, qui poenitentiam ex toto corde acturi estis, ut vos firmos faciam in fide. Credite ergo Deo vos, qui propter peccata vestra de-

* *Οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή· ὅτι ἔκτισεν τὸν κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Εἰ οὖν πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστι, καὶ πάντων δύναται κατακυριεῦσαι, πῶς οὐ δυνήσεται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; — Ὥστε πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔχων τὸν κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ χείλη ἔχοντες τὸν κύριον, τὴν δὲ καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν καὶ δυσκατόρθωτοι. Θέσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ ὀλιγόψυχοι καὶ ἐλαφροὶ τῇ πίστει, τὸν κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκολώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων, οὔτε γλυκύτερον, οὔτε ἡμερώτερον. — Βλέπε στερεῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπίστρεφε πρὸς κύριον, καὶ μὴ φοβηθῇς τὸν διάβολον· δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ. Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ παρέχων τὴν νίκην. Ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει· ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνους οὐκ ἔχει. Μὴ φοβηθῇς οὖν αὐτόν, καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ.*

† *Οὐ δύναται γὰρ καταδυναστεύειν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ᾽ αὐτόν. Δύναται οὖν ὁ διάβολος παλαῖσαι· καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. Ἐὰν οὖν ἀντιστῇς αὐτὸν* (lege *αὐτῷ*), *νικηθεὶς φεύξεται ἀπὸ σοῦ κατησχυμμένος.*

Cap. V. 1) *quidem cupit* omisso vb. *inquam* Vat.

2) Ab hoc inde usque *confusus* cf. Graece Doctr. ad Antioch. n. 12. p. 258.

3) *sibi* Vat. Iac. 4, 7.

4) Praep. *in* ante *fide* abundat in Vat.

5) *boni vini* Vat., qui transp. *semiplenas paucas*, additque *et* ante *non temptat.*

6) *quia* Vat.

7) *et* om. Vat.

8) *et* Vat. Locus citatur ab Origene ad Matth. 24, 42.

9) *Quicumque enim pleni sunt in fide* Vat.

10) *illis* Vat.

Cap. VI. 1) *Sed ego vobis dico nunc poenitentiae* Vat.

2) *Missus sum ego* (c. punctis suppositis) *enim cum vobis sum*, supra ultimo vocabulo ambigua correctoris signa in Vat.

Cap. V. 1) *vasculi* Pal.

2) Fortasse legendum erit *semiplena.*

7) *quia nihil est facilius* Vat.

8) *que* Lamb. Vat., *qui* mendose Hef. III. Ceterum huc cf. Doctr. ad Antioch. n. 12. p. 258.

9) *diabolum* om. Vat.

10) Ita ex Vat. emendanda videtur libb. impr. lectio *poenitentiae*, quae huic sententiarum nexui parum respondet.

ergo vos,[3] qui propter delicta vestra obliti estis Deum, et qui[4] salutem vestram obiicientes peccatis vestris, gravatis vitam vestram: quodsi[5] conversi fueritis ad Dominum ex totis praecordiis vestris, et servieritis ei secundum voluntatem ipsius, dabit remedium animabus vestris, posthabitis peccatis vestris prioribus; et habebitis potestatem dominandi omnibus operibus diaboli. *Minas autem illius in totum timere nolite; sine virtute enim sunt, sicut hominis mortui nervi.[6] Audite ergo me,[7] et timete Dominum omnipotentem, qui potest vos[8] salvos facere et perdere; et custodite mandata eius, ut vivatis Deo.'[9] ‚Et dixi illi: ‚domine, modo[10] confirmatus sum in omnibus mandatis Domini, quandiu mecum es; scio, quod[11] confringes omnem virtutem diaboli. Sed et nos exsuperabimus[12] illum, si possumus mandata haec, quae praecepisti, Domino confirmante custodire.' ‚Custodies,' inquit, ‚si cor tuum purificaveris ad Dominum. Sed et omnes custodient, qui purificaverint corda sua a vanis cupiditatibus huius seculi, et vivent[13] Deo.'

LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR:

SIMILITUDINES.

SIMILITUDO I.

Nos, quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere futuram.

(A) Et dixit mihi: ‚scitis, vos Domini servos in peregrinatione[2] morari. Civitas enim[3] vestra longe est ab hac civitate. Si ergo scitis civitatem vestram, in qua habitaturi estis; quid heic[4] emitis agros, et apparatis lautitias et aedificia et habitationes supervacuas? Haec enim qui comparat in hac civitate, non cogitat[5] in suam civitatem redire. O stulte, o dubie et[6] miser homo, qui non intelligis, haec omnia aliena esse, et sub[7] alterius potestate: Dicit enim tibi[8] dominus civitatis huius: aut legibus utere meis, aut recede de civitate mea. Tu ergo quid facies, qui habes legem in civitate tua?[9] Numquid propter agros tuos, aut propter aliquos apparatus tuos, poteris negare legem tuam? Quodsi[10] negaveris, et volueris

*Μὴ δὲ τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ δειλιάσῃς· ἄτονος γὰρ ὡς νεκροῦ νεῦρα.

---

3) *vos* adiunxi ex Vat., ubi subinde *qui qui propter dilicta vestra.*

4) *qui* om. Vat., ibidem *adicietis* p. *obiicientes.*

5) *quia si* Vat., tum *dabit remedium peccatis vestris prioribus et habebitis potestatem dominandi omnium operum diaboli.* Cfr. Antioch. hom. 77. Wakius ita hunc locum restituit: Obliti estis Deum et salutem vestram; et qui adiicientes peccatis vestris, gravatis vitam vestram. Fortasse leges: qui salutem vestram abiicientes . . . gravatis vitam vestram. *H.* In Pal.: *Credite ergo deo: vos qui propter peccata vestra desperantes de vita et adponentes delictis vestris: oneratis reliquum tempus vitae vestrae.*

6) *sine virtute sunt enim sicut mortui hominis nervi* Vat. *Minas* usque *perdere* cf. Graece Doctr. ad Antioch. n. 12. p. 258.

sperantes de vita et adponentes delictis vestris [delicta] oneratis reliquum tempus vitae vestrae. Nam si ad Dominum reversi fueritis ex omni animo vestro, et iuste egeritis caeteros dies reliquae vitae vestrae, et recte ei servieritis secundum illius voluntatem, dabit veniam prioribus delictis vestris, et habebitis virtutem dominandi in facta diaboli. Minas autem eiusdem diaboli timere nolite; est enim tam infirmus, quam hominis mortui nervi. Audite ergo me, et timete Dominum, qui potest et servare et disperdere. Custodite itaque praecepta haec, et vivetis Deo. Dico illi: domine, nunc constitutus et firmatus sum in omnibus Dei dignationibus, quia tu mecum es,[1] et scio, quia vires diaboli comminues, et sic illius dominabimur et vincemus facta illius. Et spero, me, domine, iam posse praecepta ista, quae mihi dedisti, te domino nostro me confirmante custodire. Et dixit mihi: ‚custodies, si cor tuum mundum et simplex ad Dominum fuerit, et omnes, qui tales erunt, custodient, et[2] cum ab omnibus vanis desideriis huius seculi mundaverint animam suam, vivent Deo.[3]

INCIPIUNT SIMILITUDINES DECEM, QUAS MECUM LOCUTUS EST.

SIMILITUDO PRIMA.

(B) Dixit[1] itaque mihi: ‚scitis quod peregre habitatis vos omnes, servi Dei. Civitas enim vestra longe ab hac civitate posita est. Ergo si nostis coloniam, in qua habitaturi estis, quid hic emitis agros, et praeparatis aedificia et habitationes supervacuas? Haec enim qui comparat[2] in hac urbe, non cogitat in urbem suam redire. O stulte ac dubie et miser homo, qui non intelligis, haec omnia aliena esse et sub alterius potestate esse! Dicit enim tibi dominus huius urbis aut his qui habent potestatem regionis huius: in urbe mea nolo ut consistes, sed exi de ea, quia non pares legibus nostris. Tu igitur, qui habes agros et aedificia aliosque multos apparatus, cum expelleris ab eo, quid facturus es? Tu itaque, qui habes in urbe tua propriam legem, propter agros tuos caeterarumque rerum apparatus, descisces a lege tua, et parebis legibus huius urbis. Vide ergo, ne sit tibi pernitiosum, desciscere[3] a lege tua. — *Μᾶλλον φοβήθητι τὸν κύριον, τὸν δυνάμενον σῶσαι καὶ ἀπολέσαι.*

---

7) In Vat. irrepsit *dominum* ante *me*.
8) *vos* om. Vat.
9) *et custoditis mandata eius et vivatis deo* Vat. Matth. 10, 28. Luc. 12, 5.
10) *modo domine* Vat.
11) *quoniam* Vat.
12) *superabimus* Vat., qui inv. *hec mandata*.
13) *vivet* Vat.
1) In Vat. epigraphe rubra:
Expliciunt mandata.
Incipiunt similitudines.
Prima similitudo.
2) *imperegre* p. *in peregrinatione* Vat. Hebr. 13, 14. Laudat h. l. Antioch. hom. 15.
3) *enim* om. Vat.
4) *hic* Pal. Vat.
5) *in cogitat* p. *non cogitat* Vat.
6) *et* non est in Vat.
7) De Hermae doctrina, *bona terrestria sub potestate Diaboli esse*, cfr. Semler (in Baumgarten, theol. Streit. T. II. p. 14.) *II.*
8) *tibi* om. Vat.
9) *in civitatem tuam* Vat.
10) *Quidsi* Vat.

Cap. VI. 1) *est* erat in Pal.
2) *et qui* Pal.
3) In Pal. sequitur *AMEN.*

Similitudo I. 1) *Dicit* Pal.
2) *quae comperat* p. *qui comparat* Pal.
3) *descisces* Pal.

redire in civitatem tuam, non recipieris, sed excluderis inde. Vide ergo, ut,[11] sicut peregre consistens, nihil amplius compares tibi, quam sit necessarium et sufficiens tibi; et paratus esto, ne, cum voluerit dominus civitatis huius expellere te, contradicas legi eius; et eas in civitatem tuam, ut utaris lege tua, sine iniuria hilaris. Vos igitur videte,[12] qui servitis Deo et habetis eum in cordibus vestris: operamini opera Dei, memores mandatorum et promissorum eius, quae promisit; et credite ei, quod faciet vobis,[13] si mandata eius custodieritis. Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest; et viduas absolvite, orphanis iudicate, et opes ac divitias vestras in huiusmodi operibus consumite.[14] In hoc enim vos Dominus locupletavit, ut huiusmodi ministeria expleatis.[15] Multo melius est haec facere, quam agros aut[16] domos emere; quoniam haec omnia peribunt in seculo; at[17] quae pro nomine Dei feceris, invenies in civitate tua,[18] et habebis gaudium sine tristitia et timore. Divitias ergo gentium nolite[19] cupere; perniciosae sunt enim servis Dei: de propriis autem,[20] quas habetis, ea agite, quibus possitis consequi gaudium. Et nolite adulterare, nec alterius uxorem[21] tangere, neque concupiscere: concupisce tuum opus, et salvus eris.'

SIMILITUDO II.

Ut vitis ulmo fulcitur, sic dives oratione pauperis iuvatur.

(A) Cum ambularem in agrum, et considerarem ulmum et vitem, et cogitarem[1] intra me de fructibus earum, apparuit mihi angelus, et dixit mihi: ‚quid diu[2] intra te cogitas?' Et dixi illi: ‚de hac vite et ulmo disputo, domine, quoniam fructus illarum[3] decori sunt.' Et dixit mihi: ‚hae duae arbores in exemplum positae sunt servis Dei.' Et dixi illi: ‚vellem[4] scire, domine, harum arborum exemplum, quod dicis.' ‚Audi,' inquit: ‚vides hanc vitem et hanc[5] ulmum?' ‚Video,' inquam, ‚domine.' ‚Haec vitis,'[6] inquit, ‚fructifera est, ulmus autem lignum sine fructu est; sed vitis haec, nisi applicita[7] fuerit ulmo, et super illam requieverit, non potest multum fructum facere. Iacens enim in terra malos fructus dat, quia non pendet[8] super ulmum; sed si suspensa fuerit vitis super ulmum, et pro se et pro ulmo fructum dat. Vide ergo, quod[9] ulmus fructum dat non minorem, quam vitis, sed potius maiorem.' ‚Quo modo,' inquam, ‚domine, maiorem, quam vitis?' ‚Suspensa,' inquit, ‚ad ulmum fructum multum et bonum dat; iacens autem

11) Sic plerique libb. impr., *tu* codd. Quae quidem lectio retineri potest, si in reliquis convenias cum Pal. Deinde *quod sit necessarius sufficiens tibi* Vat., ibidem mox *ut* p. *ne*.

12) *Videte igitur vôs* Vat., qui mox om. *Deo*.

13) *memores mandatorum et promissionum eius qui permisit et credite ei et quia faciet vobis* Vat.

14) *et viduas iustificate orphanos iudicate et opes vestras et divitias vestras in eiusmodi consumite* Vat. Cfr. Isai. 1, 17. Mand. 8.

15) *explicetis* Vat.

16) *facere hec quam agros et* Vat.

17) *Nam* Vat.

18) *in civitatem tuam* Vat.

19) *noli* Vat.

20) *proprias ergo* p. *de propriis autem* Vat., pron. *ea* dein omisso.

21) *uxorem* om. Vat. Matth. 5, 27. 28. Gallicciolli vertit: Desidera quello che è tuo, e sarai salvo. Alium sensum exprimit Pal.

Similitudo II. 1) *disputarem* Pal. Vat.

2) *diu* om. Pal. Vat., in utroque *disputas* p. *cogitas*.

Etenim si volueris postea reverti in urbem tuam, excluderis ab ea, et non recipieris, si ab eius discesseris lege. Vide itaque tu sicut peregrinus hic habitans,[4] ne quid amplius praepares tibi, quam quod sit necessarium, quod sufficiat ad victum, paratusque sis, ut cum voluerit dominus huius urbis expellere te, [non] contradicens legibus eius recedas, et venias in urbem tuam, utarisque lege tua sine iniuria laetus. Vos igitur, qui servitis Deo eumque in praecordiis vestris habetis, opera eius facite, memores mandatorum promissionumque eius, quascunque[5] promisit se facturum eis, qui credunt ei et mandata eius custodierint. Pro agris igitur emendis animos de necessitatibus redimite, prout quis potest. Viduas et pupillos fovete, nec vos avertatis ab illis, et opes vestras omnes et apparatus in huiusmodi agros domusque impendite, quia[6] propterea haec accepistis a Deo. Ob hoc ergo Dominus locupletavit, ut huiusmodi ministeria exerceatis. Multo enim melius est, tales domos agrosque mercari, quos inventuri estis in urbe vestra, cum intraveritis in illam. Eae iucunditates bonae hilaresque sunt sine moestitia et timore. Nolite igitur exterarum gentium iucunditates adpetere: inconveniens autem est vobis servis Domini: sed magis propriam abundantiam exercere in his, ex quibus possitis consequi gaudium. Adulterare autem nolite, neque adtingere alienum, nec concupiscatis illud; nocens enim res est alienum concupiscere.[7] Magis autem tuum opus exerce, et habebis salutem.

SIMILITUDO SECUNDA.

(B) Cum ambularem in agro, et considerarem ulmum et vitem, et disputarem de eis et de fructibus earum, apparuit mihi pastor ille, et ait mihi: quid tu intra te disputas de hac vite et ulmo? Disputo, inquam, domine, quam sint invicem altera[1] alteri decori. Et dixit mihi: hae duae arbores in exemplo positae sunt Dei servis. Volebam, inquam, domine, nosse hoc, quod dicis de exemplis arborum harum. Et dixit mihi: vitis haec fructifera est; ulmus autem sterile lignum est. Sed haec vitis nisi applicata fuerit ulmo, non potest copiosum ferre fructum. Iacens enim super terram putrescit, non suspensa ex ulmo. At cum adiecta est vitis ulmo, et pro se et pro ulmo fructum adfert. Vides ergo etiam ulmum ferre fructum, non minorem quam vitem, sed maiorem, quoniam vitis suspensa ab ulmo copiosum fructum et bonum praestat; in terra autem iacens exiguum et nugacem[2] adferet. Haec

---

3) *illorum* Vat.

4) *Volebam* Lamb. Pal. Vat., hic deinde *quos* p. *quod*.

5) *hanc* deest in Vat.

6) Laudat h. l. Orig. hom. X, 2. in Iosuam Tom. XI. P. I. p. 102. ed. Lommatzsch. Servius ad Virgilii Georg. I, 2. . . . *ulmisque adiungere vites* notat: et hoc secundum Italiae situm locutus est, in qua vites altius elevantur. Ex hoc quoque loco H. librum nostrum in Italia scriptum esse colligit.

7) *applicata* Pal. Vat., in quo mox *refrigerit* p. *requieverit*.

8) *Iacens autem in terram malum fructum dat quia pendet* Vat.

9) *quia et* Vat., dein *magis* p. *potius*.

4) *habita* Pal., mox erat *sic* p. *sis*.

5) *quecumque* Pal.

6) *qui* Pal.

7) *concupisci* Pal.

Sim. II. 1) *alter* Pal., ubi *decorem* (forte *decores*) p. *decori*.

2) *nuga* Pal.

in terra exiguum et pessimum fructum dat.[10] Haec igitur similitudo posita est servis Dei, pauperi et diviti.“[11] Respondi inquiens: ‚domine, demonstra mihi.‘ ‚Audi,‘ inquit: ‚dives habet opes, a Domino vero pauper est; distrahitur enim citra[12] divitias suas, et valde exiguam habet orationem ad Dominum; et quam habet, inertem habet et non habentem virtutem. Cum igitur dives praestat pauperi quae illi opus sunt;[13] pauper orat ad Dominum pro divite, et Deus praestat diviti omnia bona, quia pauper dives est in oratione, et virtutem magnam habet apud Dominum oratio eius. Tunc ergo dives praestat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a Domino, et libentius ac[14] sine dubitatione praestat ei omnia, et curat ne quid ei desit. Pauper Deo gratias agit pro divite, quia opus[15] faciunt a Domino. Apud homines ergo ulmus non putatur dare fructum,[16] et nesciunt neque intelligunt, quod, si societas advenerit viti, et vitis duplum dat fructum, et pro se et pro ulmo. Sic et pauperes pro locupletibus[17] orantes ad Dominum exaudiuntur, et augentur opes eorum, quoniam praestant pauperibus ex opibus suis. Fiunt igitur ambo consortes bonorum operibus bonis.[18] Quicunque igitur haec fecerit, non deseretur a Domino, ac erit[19] scriptus in libro vitae. Felices igitur,[20] qui possident, et sentiunt se locupletari; qui hoc enim senserit, poterit aliquid administrare.‘“[21]

SIMILITUDO III.

Ut hyeme virides arbores ab aridis, sic in hoc seculo iusti ab iniustis internosci non possunt.

(A) Ostendit mihi arbores multas abiectis foliis, quae mihi velut aridae videbantur; omnes enim similes erant. Et dixit mihi: ‚vides arbores has?‘“ ‚Video,‘ inquam, ‚domine, similes aridis.‘ Respondens dixit mihi: ‚hae arbores in similitudinem[2] sunt horum,[3] qui in seculo morantur.‘ Respondi inquiens: ‚domine, cur velut aridis[4] similes sunt?‘ ‚Quoniam,‘ inquit, ‚nec iusti, nec iniusti cognoscuntur, sed similes sunt in hoc seculo.[5] Hoc enim seculum iustis hyems est, quia[6] non agnoscuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hyeme omnes arbores[7] abiectis foliis aridis similes sunt, nec potest cognosci, quae sunt aridae aut quae virides; sic et in hoc seculo nec iusti nec iniusti cognoscuntur, sed similes sunt omnes.‘

10) Vocc. *iacens autem in terra exiguum et pessimum fructum dat* non extant in Lamb. Vat.

11) *Hec igitur posita est in servos dei in pauperem et divitem* Vat.

12) *citra*, quod unice rectum, dedi ex Fab. St. et Vat., *circa* vulg. Deest in Vat. proxim. *habet*, desiderantur quoque in enunciationis fine vocc. *non* et *virtutem*.

13) *Cum igitur praestat dives pauperi que opus sunt* Vat.

14) *ac* excidit Vat., ubi mox invertitur *ne quid desit ei*.

15) *opes* Vat.

16) *fructum* excidit Codici Vat., qui pergit *et nesciunt nec intelligunt quoniam nisi siccitas evenerit vitis et vitis duplum dat fructum et per se et pro ulmo*. Verum huius loci sensum lucidius reddit Codex Pal.

17) *locupletantibus* Vat.

18) Ita legitur in Vat., *Sunt igitur ambo consortes bonorum operum suorum* vulg.

19) *Quicumque ergo hec egerint non deseruntur a domino. Ad erit* Vat.

20) *igitur* om. Vat.

21) *ministrare* Vat.

ergo similitudo posita est in personis servorum Dei, pauperis et divitis. Quemadmodum, inquam, domine, demonstra mihi. Audi, inquit. Dives quidem opes habet; ad Deum vero inops est. Protractus enim circa divitias suas exiguam orationem ad Dominum possidet, eamque habet inertem et fatuam[3] nullamque vim apud Dominum possidentem. Quando autem reficitur[4] pauper a divite, praestanturque ei quae sunt necessaria, credet utique dives, quoniam si operatur in pauperem, poterit apud Deum mercedem operis invenire. Intelligit enim,[5] pauperis orationem beatam esse, et adeundi ad Deum vim magnam habere. Praestat ergo dives pauperi omnia sine dubio, ac[6] pauper subministratis sibi ad victum necessariis gratias agit Deo pro eo, qui tribuit illi. Quomodo ergo ille dives festinat pro paupere, ne quid ei desit in omni vita sua: sic et pauper orat pro divite. Uterque ergo sunt in opere. Alter enim operatur oratione, in qua beatus est, et reddi facit mercedem a Domino. Similiter et dives de his, quae accepit a Domino, sine dubitatione praestat pauperi. Hoc quoque opus magnum est acceptumque Domino, quia dives intellexit et Domini opus fecit in pauperem. Ex donis Domini fecit et ministravit, et recte complevit ministerium suum. Apud homines ergo ulmus non putatur adferre fructum, et nesciunt neque intelligunt, quod cum siccitas fuerit, ulmus aquam habens nutrit vitem, vitisque perennem aquam possidens duplum dat fructum et pro se et pro ulmo. Sic et pauperes[7] pro locuplete adeuntes orationibus suis ad Dominum augent divitias eorum, rursusque locupletes praestantesque pauperibus quaecunque illis opus sunt, replent animas eorum. Fuerunt[8] ergo ambo consortes operis aequi. Quicunque ergo haec ita fecerint, non deserentur a Deo, sed erunt inscripti in libro viventium. Felices, qui habent et sentiunt, quomodo a Domino locupletantur. Qui autem hoc senserint, poterunt aliquid boni operari.

SIMILITUDO TERTIA.

(B) Ostendit mihi arbores foliis abiectis, quae velut aridae mihi videbantur esse; omnes enim similes erant. Et ait mihi: vides, inquit, has arbores? Video, inquam, domine, similes et aridas esse. Et dixit mihi: hae arbores, quas vides, hi sunt, qui in hoc seculo agunt. Quare, inquam, domine, velut aridae, aut velut similes sunt? Quoniam, inquit, neque iusti, neque iniqui in hoc seculo dinoscuntur, sed similes sunt. Hoc enim seculum iustis hyems est, nec dinoscuntur cum peccatoribus habitantes. Sicut enim hyeme abiectis foliis arbores similes sunt, neque apparent quae aridae et quae vivae sunt: sic et in hoc seculo neque aequi neque iniqui dinoscuntur, similesque sunt omnes.

Sim. III. 1) *Vides inquit has arbores* Vat.
2) Vocc. *Respondens dixit mihi* omissis Vat. exh. *similitudines* p. *similitudinem*.
3) Ex Vat. Fab. St. et Cot. restitui *horum* p. *hominum* Lamb. Fell.
4) *Respondi inquam domine velut aridas* Vat.
5) *similes sunt huic seculo* Vat.
6) Ita c. Vat., *qui* vulg.
7) *sicut hyeme arbores omnes* Vat.

3) *eumque — fatuum* Pal.
4) *reficietur* Pal.
5) *Intellegenim* p. *Intelligit enim* Pal.
6) *ac si* Pal.
7) *pauperis* Pal., dein *augerit* p. *augent*.
8) *fuerint* Pal.

SIMILITUDO IV.

Ut aestate vividae arbores ab aridis fructu et virentibus foliis internoscuntur, sic in futuro seculo iusti ab iniustis beatitudine differunt.

(A) Ostendit mihi iterum[1] arbores multas, quarum aliae frondes emittebant, aliae aridae erant. Et dixit mihi: ‚videsne has[2] arbores?' Respondi: ‚video, domine, alias aridas, et alias frondentes.'[3] ‚Hae arbores,' inquit, ‚quae virides sunt, iusti sunt, qui habitaturi sunt in futuro seculo.[4] Illud enim futurum seculum aestas est iustis; peccatoribus autem hyems. Cum ergo illuxerit[5] misericordia Domini, tunc declarabuntur, qui serviunt Deo, et omnibus perspicui erunt. Sicut enim aestate[6] fructus arboris cuiuscunque paret et declaratur; sic et iustorum factum declaratur et parebit,[7] et omnes hilares et gaudentes in illo seculo restituentur. Nam exterae[8] gentes, peccatores scilicet, sicut arbores, quas vidisti aridas, tales inveniuntur aridi et sine fructu in illo seculo, et sicut arida ligna comburentur, et palam fiet quoniam male fecerunt in omni tempore vitae suae; et comburentur ideo, quia peccaverunt et peccatorum suorum non egerunt poenitentiam. Sed et caeterae gentes comburentur, quia non agnoverunt Deum[9] creatorem suum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in aestate cognoscatur fructus tuus, et abstine te a multis negotiis,[10] et nihil delinques. Quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt; quia constricti[11] sunt circa negotia sua, et non serviunt Deo. Nam quo modo potest homo, qui non servit Deo, aliquid petere et accipere a Deo? Qui enim serviunt Deo,[12] petunt et accipiunt sua desideria. Quodsi unum negotium tractat[13] aliquis, poterit servire Deo; quoniam non alienatur animus eius a Domino,[14] sed pura mente servit Deo. Hoc ergo si feceris, poteris in venturo[15] seculo habere fructum; sed et omnes qui fecerint haec, fructum ferent.'

SIMILITUDO V.

De vero ieiunio et eius mercede; tum et de corporis munditia.

(A) I. Cum ieiunarem et sederem in monte quodam, et gratias agerem Deo pro omnibus quae fecerat mecum, video pastorem illum sedentem iuxta me et haec dicentem mihi: ‚quid tam mane huc venisti?' Respondi: ‚quoniam, domine, stationem habeo.'[2] ‚Quid est,' inquit,

---

Sim. IV. 1) *item* Vat.

2) *vides* p. *videsne has* Vat.

3) *frondescere* Vat., praecedente copula *et* praetermissa.

4) *in seculum futurum* Vat.

5) *luxerit* Vat., ad oram *illuxerit*.

6) Exclusi vulg. præp. *in* ante *aestate* c. Pal. Vat.

7) Ita evulgavi ex Vat. p. *declaratur et patet; sic et iustorum factum declarabitur et patebit* Col., nisi quod illic habes *perebunt* p. *parebit*. In ed. pr. *declaratur et paret — declarabitur et parebit*.

8) Cum Pal. Vat. dedi *exterae* p. vulg. *ceterae*. Respicit auctor ad eos, qui extra Christi ovile servantur. Deest *scilicet* in Vat., ubi sublatis litt. *qu* post *quas*, punctum supponitur litt. finalibus *st* in *vidistis*. Cfr. Matth. 3, 10. 7, 19.

9) *dominum* Vat. Vid. Rom. 1, 20.

10) *in eo statere cognoscantur fructus tuus et abstine cum multis negotiis* Vat.

SIMILITUDO QUARTA.

(B) Ostendit mihi arbores altas, quarum aliquae frondes emittebant, aliae erant aridae. Et ait mihi: vides has arbores? Video, inquam, domine, alias ex illis frondescere, alias aridas esse. Hae, inquit, arbores, quae aridae sunt, iusti sunt, qui habitaturi sunt in sequenti[1] seculo. Illud enim seculum aestas est iustis, iniquis vero hyems. Cum igitur inluxerit misericordia Domini, tunc declarabuntur servientes Deo, et omnibus palam fient. Sicut enim aestate fructus uniuscuiusque arboris manifestatur, et cognoscitur qualis unusquisque est: sic et iusti et fructus eorum manifestabuntur, omnesque parebunt laetantes, qui minimi erant in seculo isto. Exterae vero gentes et peccatores sicut arbores illae, quas vidisti aridas, tales invenientur, aridi et sine fructu in seculo illo: et sicut arida ligna comburentur, et manifestabuntur, quoniam opera eorum iniqua fuerunt in vita ipsorum. Peccatores ergo comburentur, quia deliquerunt, neque delictorum suorum egerunt poenitentiam. Gentes autem eo, quod non cognoverunt creatorem suum, comburentur. Tu igitur intra te fer[2] fructum, ut in aestate illa fructus tui cognoscantur. Abstine te ab actu plurimarum rerum, et nihil peccaveris. Quicunque enim multas res agunt, multa necesse est delinquant protracti circa negotia sua, quia nec serviunt Domino. Quomodo ergo potest huiusmodi homo petere aliquid a Domino, cum non serviat illi? Servientes autem Domino accipient desideria sua; non servientes enim nihil omnino accipient. Quodsi unam rem exercuerit aliquis, poterit Domino quoque servire. Non enim alienabitur animus eius a Domino, sed pura mente serviet[3] illi. Haec si feceris, poteris in seculo veniente habere fructum; et tu et omnes, quicunque hoc fecerint, fructum vitae habebunt.

SIMILITUDO QUINTA.

(B) Cum ieiunarem et sederem in monte quodam gratiasque Deo agerem ob ea, quae fecerat mihi, video pastorem illum sedentem iuxta me. Et ait mihi: quid tam[1] mane huc venisti? Quoniam, inquam, domine, stationem habeo. Et dixit mihi: quid est statio? Ieiuno,[2] inquam.

---

11) *agunt delinquent multa quia constricta* Vat.

12) *domino* Vat., ubi non est *sua* ante *desideria*.

13) *tractat negotium* Vat.

14) *deo* Vat.

15) *veniente* p. *in venturo* Vat.

Sim. V. 1) *et haec* p. vulg. *ac* c. Vat.; in Bodl. quoque extat *haec*, quod des. ap. Fab. St. et Cot.

2) Locus classicus de ieiunio a veteribus Christianis stationum diebus observato. Derivatur autem *statio* de frequenti eorum Symbolo militiae (*Statio de militari exemplo nomen accipit, nam et militia Dei sumus* Tertul. de orat. c. 14. Cfr. Ep. Ignat. ad Polycarp. c. 6. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. *Μήτις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ*. Tert. ad mart. c. 3. *vocati sumus ad militiam dei vivi, iam tunc, cum in sacramenti verba respondimus.* Vid. Fabric. Cod. Apoc. N. T. III. p. 298.): Sensus autem spiritualis id spectat, quod statio vigiliaeque in exercitu vel classe Romana: *Unus nauta stationis perpetuae interdiu noctuque iacit in scapha.* Petron. Satyr. 102.

Sim. IV. 1) Ante *sequenti* amanuensis Codicis Pal. duas priores syllabas voc. *presen[ti]* exaravit, posteaque delevit.

2) *fers* Pal.

3) *servient* Pal.

Sim. V. 1) *iam* Pal.

2) *ieiuno*: sic Pal.

‚statio?‘ Et dixi: ‚ieiunium.‘ Et dixit: ‚quid est illud ieiunium?‘ ‚Sicut solebam,‘ inquam, ‚sic ieiuno.‘ ‚Nescitis,‘ inquit, ‚Deo ieiunare; neque est ieiunium hoc, quod vos[3] ieiunatis, Deo, nihil proficientes.‘ ‚Quare,‘ inquam, ‚domine, ita dicis?‘ ‚Dico certe,‘ inquit, ‚non esse[4] ieiunium hoc, quod putatis vos ieiunare; sed ego te docebo, quod sit ieiunium plenum acceptumque Deo. Audi,‘ inquit: ‚Dominus non desiderat tale ieiunium supervacuum;[5] sic enim ieiunando nihil praestas aequitati. Ieiuna certe verum ieiunium tale.[6] Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata eius, et in praecepta eius ingrediaris,[7] neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino, si haec feceris, timoremque[8] eius habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, Deo te victurum. Haec si feceris, ieiunium magnum consummabis acceptumque Domino.‘[9]

(A) II. ‚Audi similitudinem, quam dicturus sum tibi, ad ieiunium pertinentem.[1] Quidam, cum haberet fundum servosque multos, in quadam parte fundi sui posuit vineam successoribus; deinde peregre profectus elegit servum, quem habebat fidelissimum ac sibi probatum, eique assignavit vineam, praecipiens ut vitibus iungeret palos; quod si fecisset, et mandatum suum[3] consummasset, libertatem eidem se daturum promisit. Nec praeterea quicquam aliud[4] praecepit illi, quod in ea faceret; atque ita peregre profectus est. Postquam autem servus ille curam apprehendit, fecit[5] quaecunque praeceperat dominus. Cumque depalasset vineam illam, et animadvertisset eam herbis repletam, coepit secum ita cogitare,[6] dicens: peregi quod mihi praeceperat dominus; fodia mnunc vineam hanc, et erit formosior, cum fuerit[7] fossa, et extractis herbis maiorem dabit fructum, et[8] non suffocabitur ab herbis. Aggressus deinde fodit, et omnes herbas,[9] quae in ea erant, extraxit; atque ita evasit vinea[10] speciosissima ac laeta, non suffocata ab herbis. Post aliquantum vero[11] temporis venit dominus eius, et ingressus est vineam. Quam cum depalatam vidisset decenter ac circumfossam,[12] et extractas herbas ab ea, et laetas esse vites, ex facto hoc servi sui gaudium cepit.[13] Adhibito itaque filio, quem charum et haeredem habebat, et amicis, quos in consilio advocabat,[14] indicat ea quae servo suo facienda mandasset, et quae praeterea ille fecisset. At[15] illi protinus gratulati sunt servo illi, quod tam plenum testimonium domini sui assecutus fuisset. Ait deinde illis: ego quidem huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum meum,[16] quod dederam; et custodivit illud, et praeterea opus

---

3) *vos* addidi ex Pal. Vat. Cfr. Ep. Barnab. c. 3.

4) *dico enim quoniam non est* Vat., posthac *docebo quod est* p. *te docebo, quod sit.*

5) *est* addit Vat. Forte *quod supervacuum est.*

6) Adhortatio *Ieiuna certe verum ieiunium tale* non invenitur in Vat.

7) *et praeceptis eius ingrediens* Vat. Cfr. infr. c. 3.

8) *metumque* Vat., deinde *et* p. *atque.*

9) *deo* Vat.

Cap. II. 1) *pertinentem* ultima vox est Similitudinis V in Cod. Vat., ubi subsequitur rubra inscriptio *Similitudo VI.*

2) *fundi eius vineam a futuris* Vat., idem *eligit* p. *elegit.*

3) *eius* Vat., dein *donaturum* p. *daturum.* Cfr. Matth. 20., Luc. 20.

4) *quicquam* p. *quidquam aliud* Vat., qui pergit *praecepit illi ut quid in ea facere deberet. Atque ita profectus est peregre.*

Quod est autem ieiunium istud? Et dixi ei: sicut solebam, domine, sic ieiuno. Nescitis, inquit, Deo ieiunare. Hoc enim ieiunium, quod vos facitis, nihil proficit. Quare, inquam, domine, haec dicis? Et dixit mihi: non est hoc ieiunium, quod vos putatis ieiunare. Sed ego te docebo, quid sit ieiunium plenum acceptumque Domino. Et dixi ei: felicem me facies domine, si sciero, quod ieiunium acceptum sit Domino. Audi, inquit, tu. Deus non tale ieiunium desiderat supervacuum. Sic[3] enim ieiunando nihil praestas acquitatis. Ieiunium tale est, ut nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Domino. Custodiens mandata eius praeceptisque eius ingrediens nullum admiseris desiderium nocens animae tuae. Crede autem Deo; quoniam si haec feceris, et timueris eum, et abstinueris te ab omni negotio nocivo, vives Deo. Quae cum sic feceris, consummabis ieiunium acceptum Deo.

(B) II. Audi igitur similitudinem, quam dicturus sum tibi pertinentem ad ieiunium. Quidam cum haberet fundum servosque multos, et in partem eius vineam posuisset, elegit servum, quem sibi fidelissimum ac probatissimum habebat. Cui peregre afuturus adsignavit vineam illam, praecipiens ut vitibus iungeret palos, promisitque ei, si mandatum eius diligenter fecisset, libertatem. Nec quidem aliud praecepit illi in vinea facere. Cumque profectus esset dominus peregre, explicuit servus quaecunque iusserat dominus. Et cum vineae palos iunxisset et animadverteret[1] eam herbis repletam, coepit secum cogitare dicens: haec quidem peregi, quae dominus meus mihi praeceperat. Fodiam et nunc vineam hanc, ut sit formosior, extractisque herbis maiorem fructum dabit non suffocata ab illis. Coepit deinde et effodit omnes herbas, quae in ea erant. Quibus extractis coepit ita vinea illa esse speciosissima ac laeta, nec suffocata ab herbis. Verum cum post aliquantum temporis dominus eiusdem rediens in vineam intrasset[2] in eam, et vidisset decenter eam depalatam ac defossam, extractisque herbis laetas esse vites, coepit propter servi factum gaudere. Adhibito itaque filio, quem carum heredemque habebat, et amicos, quos in concilio advocabat, indicat ea, quae servo suo facienda praeceperat, et quae propterea fecisset. Illi protinus gratulati sunt huic servo, quod tam plenum testimonium domini sui adsequutus esset. Ait deinde illis: ego, inquit, huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum meum. Ille propter hoc maius opus fecit in

5) *Postquam servus ille apprehendit et fecit* Vat.

6) *disputare* p. *ita cogitare* Vat.

7) Vocc. *cum fuerit* om. Vat.

8) *et* des. in Vat.

9) *extractas* add. Vat.

10) In Vat. litera *m* cum lineola supposita p. *vinea*.

11) *vero* om. Vat.

12) *fossam* Vat.

13) Revocavi Cotelerii *cepit* p. Fabri St. et Hefelii *coepit*, cum *gaudium coepit*, quod sciam, Romanorum dixerit nemo; *accepit* Vat. Cfr. in extremo hoc cap. *percepit iterum maximum gaudium*.

14) *provocabat* Vat. supra *ad*. Ultimi membri copulam *et*, sine qua sensus claudicat, adiunxi ex Lamb. Pal. Vat. et Fab. St.

15) *ac* Vat., deinde *ei servo*.

16) *meum* om. Lamb. Vat., et iis quae seq. redditur reapse superfluum. Idem mox *et preterea adiecit opus bonum in vineam quod mihi validissime placuit*.

3) *si* Pal., ubi dein *prestat*.

Cap. II. 1) *animadvertere* Pal.

2) *intrans* Pal.

bonum adiecit in vineam, quod mihi quam plurimum placuit. Pro hoc igitur opere, quod fecit, volo eum filio meo facere cohaeredem; quoniam, cum sensisset quid esset bonum, non omisit,[17] sed fecit illud. Hoc consilium domini et filius et amici eius[18] comprobaverunt, ut fieret scilicet hic servus cohaeres filio. Post dies deinde non multos, convocatis amicis, paterfamilias[19] misit de coena sua servo illi cibos complures. Quos cum accepisset ille, sustulit ex eis, quod sufficiebat sibi;[20] reliquum autem conservis suis distribuit. Quibus acceptis illi laetati sunt, et coeperunt illi optare, ut[21] maiorem gratiam apud dominum inveniret ob ea quae fecerat ipsis. Haec omnia cum audisset dominus eius, percepit iterum[22] maximum gaudium; et convocatis rursum amicis et filio, exponit factum servi sui de cibis suis, quos ei miserat. Illi itaque tanto magis assenserunt patrifamilias, ipsum servum cohaeredem filio debere fieri.'[23]

(A) III. Dico ei: ‚domine, has similitudines non novi, neque intelligere possum, nisi eas tu mihi exponas.'[1] ‚Omnia,' inquit, ‚exponam[2] tibi, quaecunque locutus fuero tecum, aut ostendero tibi. Mandata Domini custodi, et eris probatus, et scriberis in numero eorum,[3] qui custodiunt mandata eius. Si autem praeter ea quae mandavit Dominus aliquid boni adieceris, maiorem dignitatem tibi conquires, et honoratior apud Dominum eris, quam eras futurus.[4] Igitur si custodieris mandata Domini, et[5] adieceris etiam ad ea stationes has, gaudebis; maxime, si secundum mandatum meum servaveris ea.' Dico ei: ‚quicquid mihi praeceperis, domine, servabo; scio enim te mecum futurum.' ‚Ero,' inquit, ‚tecum, qui tale propositum habes. Sed et cum omnibus ero, quicunque idem[6] propositum habuerint. Ieiunium hoc, inquit, custoditis mandatis Domini, valde bonum est. Sic[7] igitur servabis illud. *Primum[8] omnium cave ab omni probro et turpi verbo, et ab omni noxia cupiditate, et purifica sensum tuum ab omni vanitate seculi huius. Si haec custodieris, erit hoc ieiunium iustum. Sic[9] ergo facies. Peractis, quae supra scripta sunt, †illo die, quo ieiunabis, nihil omnino gustabis, nisi panem et aquam; et computata quantitate cibi, quem ceteris diebus comesturus eras, sumptum[10] diei illius, quem facturus eras, repones et dabis viduae et pupillo aut inopi; et sic consummabis humilitatem animae tuae, ut qui ex ea acceperit, satiet animam suam, et pro te adeat Do-

*Πρῶτον πάντων φύλαξαι νηστεύειν ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς· καὶ καθάρισόν σου τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ μνησικακίας, καὶ αἰσχροκερδίας.

†Καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ νηστεύεις, ἀρκέσθητι ἄρτῳ καὶ λαχάνοις καὶ ὕδατι, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ· συμψηφίσας δὲ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης

17) *quod esset bonum non dissimulavit* Vat.

18) *eius* om. Vat., *coheres filio hic servus* transponens. Ibidem sequitur inscriptio rubra *Similitudo VII.*

19) *Post dies deinde paucos convocatis paterfamilias amicis* Vat.

20) *ex his quod sufficeret sibi.* Vat.

21) *et* suppositis punctis Vat., omisso deinde *inveniret*, idem *eis* p. *ipsis.*

22) *item* Vat.

23) *Illi itaque magis assenserunt patrifamilie eum servum coheredem debere fieri filio* Vat.

Cap. III. 1) *exsolvas* Vat.

vineam, quod mihi valde placuit. Pro hoc igitur facto volo illum filio meo facere coheredem, quoniam sensit quid esset bonum et utile, et non dissimulavit facere illud. Hoc consilium domini filius et amici comprobaverunt, ut fieret ille servus filio coheres. Post dies deinde paucos epulatus paterfamilias misit de coena illi servo suo cibos complures. Quos cum accepisset et sustulisset, quod sibi sufficiebat, reliquum conservis distribuit. Illi cum accepissent, lactati sunt, [et] optare coeperunt, ut maiorem gratiam apud dominum perciperet.[3] Haec cum iterum audisset dominus, repletus maximo gaudio convocavit rursus amicos et filios,[4] et eis factum servi de cibis, quos ad eum miserat, pertulit. Illi autem multo magis rogaverunt patremfamilias, ut eundem servum filio faceret coheredem.

(B) III. Dico ei: ego, domine, has similitudines nec novi, nec intelligere possum, nisi eas tu mihi exsolvas. Omnia, inquit, exsolvam tibi, quaecunque locutus fuero tecum, aut ostendero tibi. Et si mandata Domini custodieris, eris probatus Deo, et scriberis in numero eorum, qui mandata eius custodierunt. Sic autem aliquid boni feceris super mandatum Dei, maiorem dignitatem tibi adquiris, et eris acceptior Deo, quam quod eras futurus. Si ergo mandata Dei custodieris, et superposueris nonnihil operibus, gaudebis. Dico ei: domine, quicquid praeceperis mihi, servabo; scio enim, te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, quia tam bonum propositum habes. Sed et cum omnibus ero, quicunque tale propositum habuerint. Ieiunium hoc custodi in mandatis Domini; valde enim bonum est. Primo omnium cave ab omni obprobrio turpique verbo et noxia cupiditate, et purifica sensum tuum ab omni vanitate seculi huius. Si haec custodieris, erit hoc ieiunium iustum. Illo die, quo ieiunabis, custoditis his, quae audisti, sic facies. Nichil edes, nisi panem et aquam, et computa praetium reliquorum sumptuum, quod erogaturus eras, et inde da viduae et pupillo et inopi. Et sic perfectam facies humilitatem animae tuae proficientem, et qui a te perceperint, satient animam suam, et pro hoc opere vadet ad Dominum oratio tua. *τοῦ ἀρίστου, οὗ ἔμελλες ἐσθίειν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, δὸς χήρᾳ ἢ ὀρφάνῳ ἢ στερουμένῳ, πρὸς ὃν δὴ σαφῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, εὔξεται ὑπέρ σου πρὸς κύριον. Ἐὰν οὖν τελέσῃς τὴν νηστείαν,*

2) *exsolvam* Vat., ubi expungitur *tibi* ante *tecum*.

3) *eorum* deest in Vat.

4) *Sin autem praeter ea quam quod mandavit dominus aliquid boni feceris maiorem dignitatem dignitatem* (subnotatum) *tibi acquiris honestior apud dominum eris quam quod eras futurus* Vat.

5) *et* excidit Vat., qui collocat *has stationes* absque vocc. *ad ea*.

6) *tale* Vat.

7) *Si* Vat.

8) Ex Doctr. ad Antioch. n. 16. p. 261. Merita laude Hermae doctrinam de spirituali ieiunio celebrat A. Neander, Kirch. Gesch. T. I. p. 413.

9) *Si* Vat.

10) *cibi ceteris quem editurus eras diebus sumptuum* Vat. Ex eodem et Pal. accessit *et* ante *pupillo* (*aut pupillo et inopi* Fab. St.). Deinde *consumatis*, p. *consummabis* Vat., cum quo scripsi *ex ea* p. vulg. *ex eo*. Pastor maxime austerum genus *Xerophagiae* praecepit. — Nihil frequentius inculcant sancti patres, quam praeclaram hanc ieiunii cum eleemosyna consociationem. *Cot.* Huc referas Antioch. hom. 7.

3) *perciperent* Pal.

4) Mutandum esse videtur in *filium*.

minum Deum oratio eius. Si igitur sic[11] consummaveris ieiunium tuum, quemadmodum praecipio tibi, erit hostia tua accepta Domino, et scribetur hoc ieiunium tuum. Haec statio sic acta est bona, hilaris et accepta Domino.[12] Haec tu si servaveris cum liberis tuis et tota domo tua, custoditis his felix[13] eris. Et quicunque haec audita custodierint,[14] felices erunt; et quicquid petierint a Domino, obtinebunt.'

(A) IV. Et deprecatus sum eum, ut mihi explanaret hanc similitudinem de fundo et domino, ac vinea et servo, qui depalaverat vineam, et herbis quae extractae de vinea erant, et de filio, et de amicis quos in consilio adhibuerat. Intellexi enim, esse illud[2] similitudinem. Ait mihi: ‚valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare; nam si oportuerit demonstrari,[3] demonstrabitur tibi.' Dico ei: ‚domine, quaecunque ostenderis mihi, nec declaraveris, frustra videro illa, si non intellexero quidnam sint;[4] et similitudines, si quas proposueris et non exposueris, frustra audiero eas.'[5] Respondit mihi rursus dicens: ‚quicunque Dei servus est, Dominumque[6] habet in praecordiis suis, petit ab eo intellectum, et obtinet; et omnem similitudinem explicat, et intelligit verba Domini, quae inquisitione egent. Quicunque vero inertes sunt[7] et pigri ad orandum, illi dubitant petere a Domino; cum sit Dominus tam profundae bonitatis, ut petentibus a se cuncta sine intermissione tribuat.[8] Tu ergo, qui confirmatus es ab illo venerabili nuntio, et accepisti orationem tam potentem, cum piger non sis, cur iam[9] a Domino intellectum non petis, et accipis?' Dico ei: ‚cum te praesentem habeam, necesse est ut a te petam et interrogem; tu enim omnia mihi ostendis et loqueris, cum ades.[10] Nam si sine te ea[11] viderem vel audirem, tunc Dominum rogarem ut ostenderet mihi.'

(A) V. Et respondit: ‚dixeram tibi et[1] paulo ante, callidum te esse et audacem, qui solutiones similitudinum interrogas. Sed quia[2] ita es pertinax, solvam tibi hanc, quam desideras, similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, et percipe animo. Orbem terrarum fundus ille[3] significat, qui in similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is,[4] qui creavit cuncta, et consummavit, et virtutem illis dedit. Filius autem Spiritus sanctus[5] est. Servus vero

ὡς ἐνετειλάμην σοι, ἔσται ἡ θυσία σου δεκτὴ ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐγγεγραμμένη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις.

---

11) *Si sic igitur* Vat.

12) *hec statio sic gesta bona hylaris est et accepta a Domino* Vat.

13) *salvus* Vat.

14) *et quicumque audita custodierint ea* Vat., deinde *accipient* p. *obtinebunt.*

Cap. IV. 1) Ita c. Mss. Oxon. Pal. Vat. p. vulg. *precatus*, deinde *illam* p. *hanc* Pal. Vat., tum in hoc *deplantaverat* p. *depalaverat.*

2) *illud esse* Vat.

3) *demonstrare* Vat.

4) *nec demonstraveris frustra videbo illa· si non intellexero quidnam fuerant* Vat.

5) *et non absolveris frustra audiam eas* (erat *eam*) Vat.

6) *quem* p. *Dominumque* Vat., dein *accipit* p. *obtinet*, tum *absolvit* p. *explicat*, in fine *questionem fecerunt* p. *inquisitione egent.*

7) *sunt* om. Vat.

8) *cum sit dominus profunde bonitatis petentibus et a se cunctis sine intermissione tribuere* Vat.

9) *iam cur* inv. Vat. Venerabilem

Et si[1] consummaveris ieiunium, ut mandavi tibi, hostia tua accepta erit apud Dominum, et scribetur ieiunium tuum et statio tua, quia sic cum hilaritate gesta est, et erit accepta Domino. Haec tu si servaveris cum liberis tuis et tota domo tua, felix eris, et tu et quicunque audit et custodit ea, beatus erit, et quicquid petent, a Domino accipient.

(B) IV. Itaque deprecatus sum illum, ut mihi explanaret similitudinem illam de fundo dominoque et vinea et servo, qui depalaverat vineam, herbasque extraxerat de eadem vinea, et filio amicisque, quos in consilio adhibuerat. Intellexi enim, illud esse similitudinem. Et ait mihi: audax valde es ad interrogandum. Nihil omnino debetis[1] interrogare; nam si oportuerit demonstrari, tibi demonstrabitur. Domine, quaecunque ostenderis mihi, si non demonstraveris, frustra erunt, quia non intelligo quidnam sint, et similitudines, quas mihi proposueris, frustra audiero eas. Et dixit mihi: quicunque Dei servus est, Dominumque in praecordiis habet, petit ab eo intellectum[2] et accipit, omnemque similitudinem solvit, et intelligit verba Domini, quae dicuntur in similitudinibus. Quicunque vero inertes sunt pigrique ad orandum, illi dubitant petere a Domino. Cum sit autem Dominus profusae bonitatis, omnibus a se petentibus sine intermissione tribuet. Tu vero, qui confirmatus ab illo venerabili nuntio accepisti orationem tam potentem, cum piger non sis, cur non a Domino intellectum petis et accipis? Tunc dixi illi: domine, cum praesentem te habeam, necesse est ut a te petam teque interrogem; tu enim mihi ostendis omnia et loqueris tu mecum. Nam si sine te ea[3] viderem, tunc Dominum rogarem, ut demonstraret mihi.

(B) V. Et dixit mihi: iam et paulo ante dixeram tibi, te et callidum esse et audacem, qui solutiones similitudinum interrogas. Sed quatinus[1] ita pertinax es, exsolvam tibi et hanc quam desideras similitudinem agri et omnium, ut omnibus nota facias ea. Audi nunc, inquit, et percipe animo. Orbem terrarum significat hic fundus, qui in similitudine est positus. Dominus autem fundi, qui creavit cuncta et fecit, virtutemque illis dedit. Servus vero filius Dei est; vinea autem populus, quem plan-

---

illum nuntium Hef. vult esse *iuvenem illum speciosum*, de quo sermo fit Vis. 2, 4 et Vis. 3, 10 sqq., et a quo missum se esse profitetur angelus in habitu Pastoris in Prooem. Mandatorum. Equidem Christum hoc nomine significari pro certo habeo, qui Mand. 5, 1. etiam *sanctissimus nuntius* est. Cfr. not. 6. ad Mand. Prooemium.

10) *Tu enim mihi omnia ostendis et loqueris mihi· audes* Vat.

11) *eam* Vat.

Cap. V. 1) *et* adscripsi ex Fab. St. Pal. Vat., in quo *te callidum esse et audacem qui solutionis similitudines interrogas.*

2) *quamvis* Vat. De pertinacia in petendo H. conferri vult Luc. 11, 8.

3) *sic fundus* p. *fundus ille* Vat. Scribe saltem *hic fundus* c. Pal.

4) *is* deest in Vat., ibidem *ille* p. *illis.*

5) Sub vocabulo: *Spiritus sanctus* hic intelligi *divinam Christi naturam τὸ θεῖον ἐν Χριστῷ*, docent Ittig. l. c. p. 159. (praeeuntibus Grotio, Bullo et Benedictinis), Münscher, Handb. d. D. G. T. I. p. 390. et Baumgarten-Crusius, Lehrb. d. D. G. T. II. p. 1052. Contra Iachmannus l. c. p. 70. et 71. tertiam trinitatis personam verbis illis significari contendit. Sed ex cap. seq. clare elucet, *divinam* Christi naturam hic a Nostro intelligi. *H.* Nulla mentio filii Dei, qui spiritus sanctus sit, h. l. in Pal.; sed ibidem de eo clare disseritur in cap. sequente.

Cap. III. 1) *sic* Pal.

Cap. IV. 1) Maluerim *debes.*

2) *intellectus* Pal.

3) *eam* Pal.

Cap. V. 1) ita scr. Pal.

ille Filius Dei est. Vinea autem populus est, quem[6] servat ipse. Pali vero nuntii sunt,[7] qui a Domino praepositi sunt ad continendum populum eius. Herbae autem, quae evulsae sunt de vinea, admissa sunt servorum Dei. Cibi vero, quos de coena misit illi, mandata sunt, quae per Filium dedit populo suo. Amici autem illi, quos in consilio advocavit, angeli[8] sunt sancti, quos primo creavit. Absentia[9] vero illius patrisfamilias tempus est, quod in adventum eius restat.' Dico ei: ‚domine, magnifice[10] et mire omnia haec se habent, atque honeste: nunquid ergo, domine, inquam, haec poteram intelligere? Ne quidem quispiam praeterea homo, tametsi valde prudens sit, poterit intelligere ea.[11] Sed nunc mihi demonstra, domine,[12] quod quaero.' ‚Quaere, quod vis,' inquit.[13] ‚Quare,' inquam, ‚Filius Dei in similitudine hac servili loco ponitur?'[14]

(A) VI. ‚Audi,' inquit, ‚in servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate et imperio.'[1] Et dixi: ‚quo modo,[2] inquam, domine? Non intelligo.' ‚Quoniam,' inquit, ‚eis, quos Filio suo tradidit, Filius eius nuntios praeposuit[3] ad conservandos singulos; ipse autem plurimum laboravit, plurimumque perpessus est, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. Deletis[4] igitur peccatis populi sui, ipse eisdem monstravit itinera vitae, data eis lege, quam a Patre acceperat, Vides,' inquit,[5] ‚esse dominum populi, accepta a Patre suo omni potestate. Quare[6] autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de haereditate, et bonos angelos? Quia nuntius vadit[7] ille Spiritus sanctus, qui infusus est omnium primo in corpore, in quo habitaret Deus. Collocavit enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur.[8] Hoc ergo corpus, in quod inductus[9] est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulans et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum. Cum igitur corpus illud paruisset omni tempore Spiritui sancto, recteque et caste laborasset cum eo, nec succubuisset in omni tempore; fatigatum corpus illud serviliter conversatum est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum Deo receptum est.[10] Placuit igitur Deo huiusmodi potens cursus;[11] quia maculatus non esset in terra, possi-

---

6) *quam* Lamb. Idem esse videtur *qm̄* Codicis Vat.

7) *sunt* om. Vat.

8) *nuntii* Vat.

9) *Absentio* Vat.

10) *magnifice domine* collocat Vat., ubi c. Pal. sine sensus iniuria proxim. *haec* et mox *inquam* om.

11) *eam* Vat.

12) *Sed nunc iam mihi domine demonstra* Vat.

13) *dic si quid vis inquit* Vat.

14) Non displicet lectio Codicis Vat. *in similitudinem ac servili loco ponitur.*

Cap. VI. 1) *filius dei non* (erat *nos*) *ponitur sed in magnam potestatem et imperium* Vat. Ex eodem est *Et dixi* pro *Ei dixi.*

2) *Et dixi· Quemadmodum* Vat.

3) *Quoniam inquit eum quem filio suo tradidit et filius eius nuntius proposuit* Vat.

4) *delictis* Vat., ubi deest seq. *peccatis.*

5) Ita Pal. Vat., *igitur* vulg. Forte *Vides igitur, inquit.* Subinde *dominum esse* inv. Vat.

6) In Vat. inseritur *inquit* punctis subnotatum, in fine *honestos* p. *et bonos angelos.*

7) Recepi in textum coniecturam Anonymi in Halle'sche allgem. Litteratur-Zeitung 1840. Nr. 118. Editi exhibent: *Quia nuntius audit illum Spiritum sanctum, qui infusus est omnium primus in corpore.* Grabius coniecit: *Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de haereditate, honestosque nuntios, audi. Spiritum sanctum, qui creatus est omnium primus, in quo habitaret Deus, collocavit;*

tavit ipse; pali vero nuntii, qui a Domino praepositi sunt ad continendum populum eius; herbae autem, quae sunt de vinea evulsae, admissa servorum Dei sunt; cibi vero, quos de mensa misit, mandata sunt ad eos;[2] amici, quos in consilio vocavit, nuntii sunt sancti, quos primos creavit; absentia vero ipsius patrisfamiliae tempus est, quod in adventum eius restat. Dico ei: magnifice, domine, et mire se omnia habent atque honeste. Nunquid ergo, domine, haec poteram intelligere? Sed neque quisquam homo, etiam si valde prudens fuisset, haec intelligere poterat. Illud quoque, quod quaero, demonstra mihi, domine. Quare, inquam, filius Dei[3] in similitudinem servi loco ponitur.

(B) VI. Audi, inquit. In servili conditione[1] non ponitur filius Dei, sed in magnam potestatem et imperium. Et dixi: quomodo, domine? Non intelligo. Et dixit mihi: quoniam vineam Deus plantavit, id est populum creavit, eumque filio suo tradidit, filiusque Dei nuntios praeposuit ad conservandos singulos; ipse autem plurimum laboravit plurimumque perpessus est, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine dolore vel labore. Delictis igitur populi sui passus, ipse populo demonstravit iter vitae data lege, quam a patre audivit. Vides, inquit, dominum eum esse populi, accepta a patre suo omni potestate.[2] Et iterum dixit mihi: quare autem dominus in consilium adhibuit filium de hereditate honestosque nuntios, audi. Spiritui illi sancto,[3] qui creatus est omnium purus in corpore, in quo habitaret, Deus fundavit atque statuit electum corpus, quod ei placuit. Hoc ergo corpus, in quo deductus est spiritus sanctus, paruit eidem spiritui recte cum modestia et castitate ambulans, nec omnino eundem spiritum maculavit. Unde cum idem corpus recte atque caste eidem spiritui[4] paruisset, et omni opere fatigatum non succubuisset, sed viriliter et fortiter ab eodem conservatum esset, probatum a Deo cum spiritu sancto receptum[5] est. Placuit enim Domino huius corporis cursus, quia maculatum non est in terra, possidens

---

in dilecto corpore, quod ei videbatur. Semlerus coniecit: *Quare — filium de haereditate, bonos angelos, nunc audi. Illum spiritum sanctum, qui creatus est omnium primus, in corpore, in quo habitaret, Deus collocavit, in dilecto corpore, quod ei videbatur. H.* Vulgata lectio libb. impr. est quoque in Vat., qui quidem exh. *creatus* p. *infusus*. Genuinam loci versionem restituas ex Codice Pal. Quo facto difficultates, quae praesertim voci *intellectus* inhaerent (vocabulum *intellectus* autem librariorum incuria ex *electo* vitiatum suspicor) evanescent ad unam omnes. Scribas igitur: *Et iterum dixit mihi: quare autem dominus in consilium adhibuit filium de hereditate honestosque nuntios, audi. Spiritui illi sancto, qui creatus est omnium purus in corpore, in quo habitaret, Deus fundavit atque statuit electum corpus, quod ei placuit.*

8) *collocavit scilicet intellectus quod ei videbatur* Vat.

9) *inductus* Vat., vocc. praeced. *in quod* praetermissis; idem *servis ei* p. *servivit illi.*

10) *Cum igitur corpus hoc paruisset omni tempore spiritui sancto recte atque caste ac laborasset cum nec succubuisset in omni tempore fatigatus corpus illum* (sic) *serviliter conversatum est sed fortiter cum spiritum comprobatum deo receptum est* Vat.

11) *placuit ergo deo huiuscemodi poteris cursus* Vat.

2) *eum* erat in Pal.

3) *de* Pal.

Cap. VI. 1) *conditio* Pal.

2) *omnem potestatem* Pal.

3) *spiritum illum sanctum* Pal.

4) *spiritu* Pal.

5) *fatigatus — conservatus — probatus — receptus* Pal.

dens in se Spiritum sanctum. In consilio advocavit ergo Filium et nuntios bonos,[12] ut et huic, scilicet corpori, quod servisset Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suae perdidisse. Accipiet enim mercedem omne corpus purum ac sine macula repertum, in quo habitandi gratia constitutus fuerit Spiritus sanctus. Habes et huius similitudinis expositionem.'[13]

(A) VII. ‚Percepi,' inquam, ‚domine, tuam[1] voluntatem, audita hac expositione.' ‚Audi ulterius,'[2] inquit: ‚Et corpus hoc tuum custodi mundum atque purum, ut spiritus ille, qui inhabitaverit in eo, testimonium referat illi, et tecum fuisse iudicetur. Atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi,[3] interire corpus hoc, et abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore et Spiritum sanctum; et si maculaveris Spiritum sanctum, non vives.'[4] Et dixi: ‚quid, si per ignorantiam aliquam id[5] admissum est, antequam audirentur verba haec? Quo pacto[6] assequitur salutem is, qui maculavit corpus suum?' ‚Prioribus,' inquit, ‚rebus, quae per ignorantiam admissae sunt,[7] remedium tribuere solus Deus potest; eius enim est omnis potestas. Sed nunc custodi te; et cum sit Dominus omnipotens et[8] misericors, prioribus admissis remedium dabit, si in futurum non maculaveris corpus tuum et spiritum. Consortes sunt enim ambo, et alteruter sine altero non coinquinatur.[9] Utrumque ergo[10] conserva mundum, et vives Deo.'

SIMILITUDO VI.[1]

De duplici genere hominum voluptariorum, et eorum morte, defectione et poenarum duratione.

(A) I. Cum sederem domi, et glorificarem Dominum pro omnibus quae videram, et de mandatis cogitarem,[2] ea valde bona esse et magna et honesta ac laeta, et quae possint salutem hominum afferre; intra me ipsum haec dicebam: ‚felix ero, si in his mandatis ambulavero; et quicunque in his ambulaverit, vivet Deo.' Dum haec loquor[3] mecum, video eum, quem et prius, sedentem iuxta me, et haec mihi dicentem: ‚quid dubitas de mandatis meis, quae tibi praecepi? Bona sunt, nihil omnino dubitaveris; sed indue fidem Domini, et ambulabis in eis. Ego enim in illis[4] dabo tibi vires. Haec mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum ante admissorum[5] acturi sunt poenitentiam, si in futurum in iis ambula-

12) *honestos nuntitios* (sic) Vat., dein scripsi *servisset* p. vulg. *servivit* c. Lamb. Pal. Vat., *servivisset* Fab. St. Vbb. *locus aliquis consistendi* (*locus aliqui habitandi* Pal.) non refero ad aeternam quietem Christo concessam, sed sensu ampliori capio ea de consistendo in uno eodemque cum Patre habitaculo, postquam ab ipso receptus fuit.

13) *exsolutiones* Vat.

Cap. VII. 1) *tuam* excidit Vat., qui *exolutione* p. *expositione*.

2) *nunc* Vat. Copulam *Et* in sequentis enuntiationis exordio addidi ex Pal. Vat., puncto c. utroque Ms. et Cot. ante posito. Hefelii mediae distinctionis signum non placet, quippe quod coniungat, quae melius separentur. Dedi ex Vat. *inhabitaverit* p. *inhabitabit* vulg., idem in fine *videtur* p. *iudicetur*.

3) *tibi* om. Vat., ubi postea *abutaris eum*.

4) *Si corpus enim tuum maculaveris corpus tuum non vives* Vat. reliquis, quae interponuntur, exclusis.

5) *id* non est in Vat.

in se spiritum sanctum. Propterea in consilium advocavit filium nuntiosque honestos,[6] ut et huic quoque corpori, quod servisset spiritui sine querela, locus aliqui habitandi daretur, ne videretur hoc corpus purum ac sine macula sine mercede inveniri, in quo habitandi gratia conlocatus fuisset spiritus sanctus. Ecce, inquit, habes et huius similitudinis exsolutionem.

(B) VII. Et ego dixi: percepi gaudium, domine, audita hac exsolutione.[1] Et dixit mihi:[2] iterum audi. Et nunc corpus hoc tuum custodi mundum atque purum, ut spiritus ille, qui inhabitat in eo, testimonium reddat illi, et salvetur corpus tuum. Vide ergo, ne aliquando persuadearis et in cor tuum ascendat, quod corpus tuum pereat, et abutaris eo[3] in libidinibus. Quodsi corpus tuum maculaveris, maculabis momento spiritum sanctum, et si maculaveris corpus tuum,[4] non vives. Dico ei: domine, quodsi per ignorantiam aliquid admissum est, antequam audirentur haec verba, quomodo salvatur homo, qui maculat corpus suum? Et ait mihi: de prioribus quidem factis, quae per ignorantiam admissa sunt, remedium tribuere solus Deus potest; illius enim est omnis potestas. Sed custodi nunc te, et misericors Dominus fortasse prioribus delictis remedium dabit, si in futurum corpus vel spiritum tuum non maculaveris; consortes enim ambo sunt, et alter sine altero non inquinatur. Utraque ergo conserva munda, et vives Deo.

SIMILITUDO SEXTA.

(B) Cum sederem domi et orarem Deum ob ea quae videram, et de mandatis eius disputarem, esse ea bona, fortia ac honesta et laeta, et quae possint salutem homini adferre, dicebam intra me haec: felix ero, si in his mandatis ambulavero, et si qui in eis ambulaverit, beatus erit. Et haec intra me dum loquor, video eum, [quem et prius,] subito iuxta me sedere. Et ait mihi: quid dubitas de mandatis, quae tibi praecepi? Bona sunt, et nihil omnino dubitaveris; sed indue fidem Domini, et in his ambulaveris; ego enim in illis dabo tibi vires. Haec mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum acturi sunt poenitentiam. Si enim non

---

6) *quemadmodum* p. *Quo pacto* Vat. absque seq. *salutem.*

7) Dedi *quae per ignorantiam admissae sunt* ducibus Mss. C.; Lamb., Vat., ubi *que per ignorantiam admiserunt:* cui lectioni favet Pal. *de prioribus quidem factis, quae per ignorantiam admissa sunt;* vulg. *qui per ignorantiam admiserunt.* Cfr. Clem. Rom. Hom. XIX, 22. ed. Dressel.

8) *et* excidit Vat., qui in fine *ac spiritum.*

9) *Consortes enim sunt ambo alterutrum et sine altero non inquinatur* Vat.

10) *enim* Vat., cum quo et Pal. et Fab. St. subinde scripsi *conserva* p. *serva* vulg.

Sim. VI. 1) *Similitudo VIII* inscribit Vat.

2) *disputarem* Vat., qui pron. *ea* reiicit post seq. *esse;* idem deinde *salutem hominis afferre intra me dicebam hec.*

3) Sic rectius Lamb. Pal. Vat. p. *loquerer* vulg. In Mss. Pal. Vat. vocc. *quem et prius* non extant, sub finem *et dicentem hec mihi* inv. Vat.

4) *in illis* om. Vat.

5) *ante gestorum* Vat. absque seq. *sunt,* tum *in his ambulaverit.*

6) *honesto* Pal., deinde *spiritu* p. *spiritui.*

Cap. VII. 1) *auditam hanc exsolutionem* Pal.

2) Ante *iterum* interpunxi cum Pal.

3) *ei* Pal.

4) Scribendum esse videtur *spiritum sanctum* p. *corpus tuum.*

verint. Quicunque igitur agitis poenitentiam, abiicite a vobis nequitiam huius seculi. Induite vero[6] omnem virtutem et aequitatem, et poteritis custodire haec mandata; neque deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis, plurimum ex prioribus recidetis. In mandatis meis ambulate, et vivetis Deo. Haec a me dicta sunt vobis.' Postquam haec mecum locutus est,[7] ait mihi: ‚eamus in agrum, et pastores pecorum[8] tibi ostendam.' ‚Eamus,' inquam, ‚domine.' *Et venimus in quendam campum; et illic[9] ostendit mihi iuvenem pastorem, vestitum synthesim vestimentorum colore coccineo. Pascebat autem pecora copiosa, et[10] pecora illa velut in voluptatibus erant, et plurimis deliciis, et hilaritate exsultabant, et exsultantia discurrebant huc atque illuc. Et ipse pastor vehementem[11] ex grege suo percipiebat voluptatem; et vultus pastoris illius valde hilaris erat, inter pecora discurrentis.

(A) II. Ait mihi angelus: ‚vides autem hunc pastorem?'[c1] ‚Video,' inquam, ‚domine.' Et dixit mihi: ‚hic nuntius dulcedinis ac voluptatis est. Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, et avertit[2] eos a veritate, oblectans cupiditatibus; et pereunt. Obliviscuntur enim mandata Dei vivi, et in luxuriis conversantur et in[3] deliciis vanis, et corrumpuntur ab hoc nuntio malo, aliqui eorum usque ad mortem, aliqui vero usque ad defectionem.' Dico ei: ‚domine, non intelligo, quid sit ‚ad mortem,' et[4] quid ‚ad defectionem.' ‚Audi,' inquit: ‚quaecunque pecora vidisti valde laeta et exsultantia, ii sunt qui in perpetuum[5] a Deo discesserunt, et tradiderunt se desideriis huius seculi. Iis[6] ergo non est per poenitentiam regressus ad vitam; quoniam quidem adiecerunt ad reliqua delicta sua, et nomen Domini nefandis insectati sunt verbis. Huiusmodi homines morti sunt destinati. Quae vero vidisti pecora non exsultantia, sed uno

*[7]*Ἦλθον εἰς πεδίον, καὶ [δείκνυσί μοι] παῖδα νεανίσκον ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν· καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα καὶ λίαν σπαταλῶντα, καὶ ἱλαρὰ, σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ* (lege αὐτοῦ) *ἦν, καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα. Καὶ ἄλλα πρόβατα σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἑνὶ, οὐ μέντοι σκιρτῶντα.*

† *Καὶ λέγει μοι· βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; Βλέπω, φημὶ, κύριε. Οὗτος, φησιν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστὶν· οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπιλαν-*

---

6) *ergo* Vat., qui exhibet *et poteris hec custodire mandata nec potest hoc adiciatis. Nichil ergo adicieucientes* (sic) *plurimum ex prioribus recidetis.*

7) *locutus est mecum* Vat.

8) *pecorum pastores* inv. Vat. Quia hisce in Visionibus multi *Pastores* apparent, eapropter Hermae opus Origenes appellat librum de Pastoribus. *Cot.* At Benedictinus editor, lectione hac reiecta, locum Origenis T. I. p. 140. col. 2. D. ex Mss. sic restituit: *sed et Pastoris liber. Gall.*

9) *ibi* Vat. Graeca sunt in Doctr. ad Antioch. n. 18. p. 261. 262. Recte Pastori Angelo illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis datur Synthesis coccinea, quam nemo nescit vestem fuisse preciosam, elegantem, coenatoriam, indicem laetitiae, atque a mollioribus solitam indui. *Cot.*

10) Codici Vat. exciderunt vocc. *pecora copiosa, et,* sub finem scr. *et exultantes discurrebant huc illuc.*

11) *vehementer* Vat., in fine *discurrens.* Ista Pseudo-Athanasii (doctr. ad Antioch.: *Aliasque vidi oves, luxuriantes*

ambulaverint in eis, frustra agent poenitentiam. Quicunque igitur agitis poenitentiam, abicite a vobis omnem nequitiam seculi huius, quae consumit vos, et induite vos omnem virtutem aequitatis, ut possitis custodire haec mandata, ut non postea aliquid adiciatis ad peccata vestra. Nihil igitur adicientes exceditis a prioribus peccatis vestris, et in mandatis meis ambulatis, et vivetis Deo. Haec a[1] me dicta sint vobis. Et cum haec locutus esset, ait mihi: eamus in agrum, ut pastorem pecorum tibi ostendam. Et ego dixi: eamus, domine. Venimus in campo quodam, ubi ostendit mihi iuvenem pastorem, vestitum habentem colore vestimentorum crocinum, pascentem pecora[2] copiosa. Eaque pecora velut in delitiis erant, et satis luxuriabantur, et in hilaritate exultabant discurrentia huc et illuc. Et ipse pastor magnam ex suo grege percipiebat voluptatem; et vultus eius valde hilaris erat, et inter pecora discurrebat.

(B) II. Ait mihi: vides, inquit, pastorem hunc? Video, inquam, domine. Hic est, inquit, nuntius dulcedinis ac voluptatis. Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, evertitque eos a veritate, et astricti[1] cupiditatibus nequissimis, in quibus pereunt, obliviscuntur mandata veri Dei, et voluptatibus delitiisque vanis conversantur. Et corrumpuntur ab hoc nuntio [aliqui usque ad mortem], aliqui vero usque ad defectionem. Dico ei: domine, non intelligo, quid sit ad mortem, et quid sit ad defectionem. Audi, inquit: quaecunque pecora vidisti valde laeta et exultantia, hi sunt qui in perpetuo a Deo exciderunt, adhaerentque voluptatibus seculi huius. His ergo non est locus per poenitentiam regrediendi ad vitam. Adiecerant enim ad alia delicta sua etiam aliud maius, ut Domini nomen nefandis insequerentur blasphemiis. Huiusmodi ergo homines morti sunt destinati. Nam pecora, quae vidisti non exul-

θανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι [ἐν] ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διὸ καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Λέγω αὐτῷ· οὐ γινώσκω, κύριε, τί ἐστιν εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Καὶ λέγει μοι· ἄκουέ, φησιν. Ἃ εἶδες πρόβατα ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν, ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημεῖται· τῶν τοιούτων ἡ ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἃ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, οὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτούς, εἰς δὲ τὸν κύριον μὴ βλασφημήσαντες. Οὗτοι οὖν κατεφθαρ-

---

et deliciantes uno in loco, nec tamen exsultantes, veteri Interpreti restituenda, e cuius versione librarii incuria videntur excidisse. Apud ipsum namque paullo post haec leguntur: *Quae vero vidisti pecora non exsultantia* etc., quae sane omissa praecedentia arguunt. *Gall.*

Cap. II. 1) *Ait mihi vides hunc pastorem* Vat. Cf. Doctr. ad Antioch. n. 18. 19.
2) *vertit* Vat.
3) *in* adiunxi ex Vat., mox cum eodem et Fab. St. *eorum*, idem om. *malo*, tum exh. *alii* p. *aliqui*.
4) *et* om. Vat.
5) *hi sunt qui in perpetuo* Vat.
6) *his* Vat., ibidem *adiecerunt ad relicta delicta sua etiam nomen domini in nefandis secuti sunt verbis.*

Sim. VI. 1) *ad* Pal.
2) *pascen* mendose Pal.
Cap. II. 1) *astrictos* Pal.

loco vescentia,[7] ii sunt qui tradiderunt se quidem deliciis ac voluptatibus, nihil vero nefandum in Dominum locuti sunt. Hi igitur non[8] defecerunt a veritate, ideoque repositam adhuc habent spem vitae in poenitentia. Defectio enim habet spem aliquam redintegrationis;[9] mors vero perpetuo tenetur interitu.' Rursum progressi sumus paululum, et ostendit mihi pastorem magnum, et velut agrestem figuram habentem, amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero, et manu virgam nodosam et valde duram, et flagellum in manu, aspectum autem trucem et saevum habebat, ut posset terrere aliquos:[10] talis erat aspectus eius. Hic ergo accipiebat ab illo iuvene pastore ea pecora, quae delicias[11] quidem agebant, sed non exsultabant; et compellebat[12] ea in praecipitem locum quendam ac spinosum tribulisque confertum, usque adeo, ut de spinis et tribulis se non possent explicare; sed implicita ibi pascebantur spinis et tribulis, et graves cruciatus experiebantur ex verberibus eius: agebat enim ea, et nec consistendi eis locum aut tempus permittebat.

(A) III. * Cum viderem ergo[1] sic ea flagellari et miserias experiri, dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. Dico ad pastorem illum, qui erat mecum: ‚quis est, domine, hic pastor tam implacabilis et tam amarus, qui nullo modo miseratione[2] movetur adversus haec pecora?' ‚Hic,' inquit, ‚pastor, de[3] iustis quidem nuntius est, sed praepositus poenae. Huic ergo traduntur, qui a Deo aberraverunt,[4] et servierunt desideriis ac voluptatibus seculi huius. Punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, saevis variisque poenis.' ‚Vellem,' inquam, ‚nosse, domine,[5] varias has poenas, cuiusmodi essent.' ‚Audi,' inquit: ‚variae poenae atque tormenta haec sunt, quae homines *μένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστι μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως ἕως* (dele) *τινός· ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. Πάλιν προέβημεν μικρὸν, καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἴγιον λευκὸν, καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὦμον, καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν, καὶ ὄζους ἔχουσαν, καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τοῦ ποιμένος τοῦ πρώτου τοῦ νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα, μὴ σκιρτῶντα δὲ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἴς τινα τόπον κρημνώδη καὶ ἀκανθώδη καὶ τριβολώδη· ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέκεσθαι ταῖς ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν ἐταλαιπώρουν δερόμενα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὧδε κἀκεῖ περιέλαυνεν αὐτά· καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, οὐδὲ ἵσταντο.*

---

7) *exultantes — vescentes* Vat., dein *hii* p. *ii*, in fine *in domino locuti sunt.*

8) *non* et mox *spem* om. Vat., in fine est *penitentiam.* In graecis quoque deest *οὐκ.* Sensus: defecerunt quidem a veritate, spes autem iis est etc.

9) *reintegrationis* Vat., tum *mors vero in perpetuo tenetur interitu.*

10) *et velud agrestem figuram amictum pelle alba caprinam peram gestantem in humero et in manu virgam nodosam et vehementer durum flagellum in manu. Aspectum autem amarum et sevum habebat ut possit horrere aliquis* Vat.

11) *deliciis* Vat. Excidit haud dubie praep. *in.*

12) *compellebant* Vat., dein exh. *Usque adeo de spinis et tribulis non possent se explicare· sed implicita ibi pascentur spinas et tribulos et graves cruciatus*

tantia, sed uno loco vescentia, hi sunt qui tradiderunt se quidem delitiis ac voluptatibus; nihil autem nefandi in Dominum loquuti sunt. Hi igitur corrupti defecerunt a veritate, ideoque adhuc repositam habent spem vitae in pœnitentia. Defectio ergo habet aliquam spem redintegrationis; mors vero perpetuo tenetur in interitu. Cumque aliquantulum progressi essemus, ostendit mihi pastorem magnum, velut agrestem figuram, amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero et virgam in manu nodosam ac vehementer duram et flagellum grande. Aspectum[2] autem amarum saevumque habebat, ut etiam posset horreri. Hic pastor accipiebat ab illo iuvene pastore ea pecora, quae in delitiis quidem [se] gerebant, sed non exultabant. Eaque compellebat et in praecipitem locum quendam ac spinosum dolisque[3] repletum mittebat usque eo, ut de spinis tribulisque non possent se explicare, sed implicita ibi pascerentur. Spinas tribulosque et graves cruciatus experiscebantur, agebatque ea[4] huc et illuc, nec ullam eis requiem dabat, nec consistere eis ullo loco permittebat.

(B) III. Quae cum viderem ego sic flagellari et miserias experisci, dolebam pro eis, quod tantum cruciarentur, et nulla eis requies daretur. Dico illi pastori, qui mecum erat: quis est, domine, hic pastor tam implacabilis et amarus, qui nullo modo movetur in iniuria horum pecorum? Et dixit mihi: hic, inquit, pastor de iustis quidem nuntius est; sed praepositus est poenae. Huic ergo tradentur hi, qui a Deo exerraverunt, et servierunt desideriis ac voluptatibus seculi huius. Punit itaque eos, sicut meruit quisque eorum, saevis variis poenis. Volebam, inquam, domine, nosse varias poenas has, cuiusmodi sunt. [Audi, inquit: variae poenae atque tormenta haec sunt,] quae homines quotidie in vita sua

* *Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ οὕτως μαστιζόμενα καὶ ταλαιπωροῦντα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι οὕτως ἐβασανίζοντο, καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ τῷ μετ' ἐμοῦ λαλοῦντι· κύριε, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ποιμὴν, ὁ ἄσπλαγχνος καὶ πικρός; Καὶ λέγει μοι· οὗτός ἐστιν ὁ ἄγγελος τῆς τιμωρίας· ἐκ δὲ τῶν ἀγγέλων δικαίων ἐστὶ, τεταγμένος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. Παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν· καὶ τιμωρεῖται αὐτοὺς, καθὼς ἄξιοί εἰσιν, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ· ἤθελον γνῶναι, κύριε, τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας, ποταπαί εἰσιν. Ἄκουε, φησίν· αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαί εἰσι βάσανοι.*

---

experibantur ex verbis eius, seq. *eis* omittens.

Cap. III. 1) *Cum ergo viderem* Vat., mendose dein *qui quia* p. *quia*. Cf. Doctr. ad Antioch. n. 19.

2) *miseratione* om. Vat.

3) *de* protuli ex Pal. Vat. et cum textu graeco p. vulg. *pro*. Huc spectat Orig. hom. I, 1. in Ps. 37. T. XII. P. II. p. 241. ed. Lommatzsch.

4) *erraverunt* Vat., deinde *mundi* p. *huius seculi*.

5) *Volebam inquam domine nosce* Vat., ex quo in fine dedi *essent* p. *sunt* vulg.

2) *aspectu* Pal.

3) Ita, nec aliud Pal., ubi deinde *possunt* mutatum in *possint* p. *possent*, tum *impliciti* p. *implicita*.

4) *eos* Pal.

quotidie in vita sua[6] patiuntur. Alii enim detrimenta patiuntur, alii inopiam, alii diversas acrimonias;[7] quidam inconstantiam, alii iniurias ab indignis patientes, multaque alia exercitia et incommoda. Plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quicquam conducit eis;[8] et dicunt in actibus suis successum se non habere. Succurrunt iis ea, quae[9] nequiter fecerunt, et Dominum causantur. Cum igitur perpessi fuerint omnem vexationem et omne[10] incommodum, tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, et firmantur in fide Domini, et per reliquos dies vitae serviunt Domino mente pura. Et cum coeperint delictorum agere poenitentiam, tunc ascendunt in praecordia[11] eorum opera sua, in quibus se nequiter exercuerunt; et tunc dant Deo honorem, dicentes, iustum iudicem eum esse, meritoque se omnia esse perpessos secundum facta sua.[12] In reliquum vero serviunt Deo mente pura, et successum habent in negotiis suis omnibus, accipientes a Domino quaecunque poscunt. Et tunc gratias agunt Domino, quod sint mihi traditi; nec iam quicquam crudelitatis patiuntur.'

(A) IV. Dico illi:[1] ‚etiam nunc, domine, demonstra mihi.' ‚Quid inquiris?' inquit.[2] Dixi ei: ‚an per idem tempus crucientur, qui discedunt a timore Dei, quantum usi fuerint falsa dulcedine ac voluptatibus?'[3] Ait mihi: ‚per idem tempus etiam cruciantur.' Et dixi ei: ‚exiguum igitur[4] cruciantur; oportebat autem[5] eos, qui sic percipiunt voluptates, ut Dominum obliviscantur, septies tantum pati poenarum.' Ait mihi: ‚fatuus es, nec intelligis huius poenae virtutem.' Et dixi: ‚si enim intelligerem, domine, non interrogarem, ut demonstrares mihi.' * ‚Audi,' inquit, ‚quanta sit vis utriusque, dulcedinis ac poenae.[6] Dulcedinis[7] una hora suo spatio terminatur; poenae[8] vero una hora triginta dierum vim possidet. Quicunque igitur uno die perceperit fallacem[9] dulcedinem ac voluptatem, unoque die cruciatus sit, anni spatium dies ille cruciatus eius valebit. Ita, quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum esse tempus mundanae[10] dulcedinis ac voluptatis, poenae vero tormentorumque amplius.'

Ἐπὰν γὰρ ἀποστῶσι τοῦ Θεοῦ, νομίζοντες ἐν ἀναπαύσει εἶναι καὶ πλούτῳ, τότε τιμωροῦνται οἱ μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστερούμενοι, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι ἐν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὑβριζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ ἑτέραις ποικίλαις πράξεσι. Πολλοὶ γὰρ ἀκαταστάντες ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως ὑποβαίνει, καὶ δυσχεραίνουσιν, καὶ οὐ γινώσκουσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ, ἃ ἔπραξαν, οὐκ εὐοδοῦνται· καὶ λοιπὸν αἰ[τιῶνται] τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέψαντες δουλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. Ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνιῶσι, ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ οὐκ εὐοδοῦντο· καὶ οὕτως δοξάζουσι τὸν κύριον, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστιν, καὶ δικαίως ἔπαθον, καὶ ἐπαιδεύθησαν κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν.

---

6) *in vita sua cotidie* transponit Vat.

7) *detrimentis — inopia — diversis egrimoniis* Vat., et sub finem *multisque aliis exercitiis incommodis.*

8) *ne quicquam pervenit eis.*

9) *sucurrit his quae* (erat *qui*) Vat.

10) *omne* non leg. in Vat., ubi mox *in fidem domini. et reliquos dies serviunt.*

11) *tunc ascendent in praecordiis* Vat., dein *gesserunt* p. *exercuerunt*, quod man. recens margini adscripsit.

12) *meritoque se omnia esse passos*

patiuntur. Alii enim detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis aegrimoniis, quidam inconstantia. Alii iniurias ab indignis patientes, multis incommodis fatigati, inconstantes effecti plurima consiliantur, et nihil ad effectum perducunt. Et ducunt se in actibus suis nihil proficientes;[1] nec succurrit illis, quae nequiter fecerunt. Adhuc et Dominum Deum causantur, cum fuerint passi omnem vexationem et incommodum. Tunc tradentur mihi ad bonam admonitionem, et firmantur in fide Domini. Et reliquos dies vitae suae serviunt Domino mente pura, cum coeperint delictorum agere poenitentiam. Tunc ascendunt[2] in praecordiis eorum opera sua, in quibus nequiter gesserunt, et tunc Deo dant honorem dicentes, iustum eum iudicem esse, meritoque se omnia passos secundum sua unumquemque[3] facta. In reliquo vero serviunt Domino mente pura, et successum habent in negotiis suis omnibus, accipientes a Domino quaecunque petierint. Et tunc Deo gratias agent, quod sic mihi traditi sunt, nec iam quicquam crudele patiuntur.

(B) IV. Dico ei: etiam nunc, domine, hoc mihi demonstra. Et dixit mihi: quid inquiris adhuc? Et ego dixi: domine, dic mihi, si[1] per idem tempus crucientur, qui desciscunt a metu Dei, per quantum abusi fuerint dulcedinem ac voluptatem[2] seculi. Ait mihi: per idem tempus cruciantur. Et dixi: multum exiguum, domine, cruciantur, cum oporteat eos, qui sic percipiunt voluptates et Dominum obliviscuntur, septies tantum pati poenas. Et dixit mihi: fatuus es, nec intelligis vires huius poenae. Et ego dixi: domine, si intelligerem, non interrogarem te, ut monstrares mihi. Audi, inquit, quae ita sunt. Una dulcedinis hora suo spatio terminatur; poenae vero una hora triginta dierum vim possidet. Quicunque igitur uno die abusus fuerit dulcedinem ac voluptatem, unius diei horae sunt duodecim. Erat[3] ergo eius cruciatus anni spatium. Itaque quot dies perceperit quis voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides ergo, exiguum esse tempus dulcedinis ac voluptatis, poenae vero ac tormentorum amplum.

*"Ακουε οὖν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ βασάνου. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία· τῆς δὲ βασάνου ὧραι τριάκοντα ἡμερῶν δύναμιν ἔχουσαι. Ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τις τρυφήσῃ καὶ ἀπατηθῇ, μίαν δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτοῦ ὁλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανισθήσεται. Βλέπεις οὖν, ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐδέν ἐστιν, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς.

---

secundum facta sua scilicet quisque eorum Vat., cuius lectionis sensus in Codice Pal. clarius expressus legitur.

Cap. IV. 1) *ei* Vat.

2) *Quid inquit requiris* Vat.

3) *dixi ei. Si per idem tempus cruciantur quo discendunt a metu quantum usi fuerint dulcedine ac voluptatibus* Vat. ad cuius oram man. sec. *quo discedunt a viciis.*

4) *inquam* Vat.

5) *enim* Vat., in fine *penas.*

6) *voluptatis* Vat.

7) *Dulcedinis* om. Vat. Cf. Doctr. ad Antioch. l. c.

8) *pena* Vat.

9) *fallacem* om. Vat., ubi *unoquoque* p. *unoque*, tum *cruciatus* absque *ille.* Locus laudatur ab Origene hom. VIII. in Num. T. X. p. 71. ed. Lommatzsch.

10) *tempus esse* Vat., voc. *mundanae* omisso.

Cap. III. 1) *perficere* Pal.

2) *ascendit* Pal.

3) *unusquisque* Pal.

Cap. IV. 1) *sic* Pal.

2) Ita Pal. nonnunquam.

3) Potius *erit* legendum.

(A) V. Dixi ei: ‚domine, quoniam non intelligo omnino[1] tempora haec dulcedinis, voluptatis ac poenae, lucidius mihi de his expone.‘ Respondit mihi dicens: ‚insipientia tua tibi perseveranter inhaeret.[2] Nonne vis potius mentem tuam purificare, et Deo servire? Vide, ne forte tempore exacto tu insipiens reperiaris.[3] Audi nunc, quemadmodum vis, quo facilius intelligas. *Qui uno die commiserit se deliciis ac[4] voluptatibus, et fecerit quicquid appetit animus eius, plurima repletur stultitia, nec intelligit quid admittat; ac die postero obliviscitur quid fecerit pridie; dulcedo enim et voluptas mundana[5] nullam memoriam habent propter stultitiam, quae insita est illis. Cum vero uno die accesserit homini[6] cruciatus ac poena, toto anno torquetur; magnam enim memoriam possidet poena. Toto igitur anno dolens meminit, et tunc recordatur dulcedinis illius vanae ac voluptatis, et sentit propterea se poenas pati.[7] Quicunque igitur se dulcedini et voluptati tali tradiderint,[8] sic puniuntur; quoniam vitam habentes ipsi se reddunt obnoxios morti.‘ †Dixi ei: ‚quae sunt, domine, voluptates noxiae?‘[9] ‚Omni,‘ inquit, ‚homini voluptas est, quodcunque libenter facit. Etenim iracundus, satisfaciens moribus suis, percipit voluptatem suam; et adulter et ebriosus et detractor[10] et mendax et cupidus et fraudator et quicunque iis simile aliquid admittit, morbo suo parens, percipit ex ea re voluptatem. Hae omnes dulcedines ac voluptates noxiae[11] sunt servis Dei. Propter has itaque cruciantur, et patiuntur poenas. Sunt etiam voluptates salutem[12] hominibus afferentes. Multi enim,[13] opera bonitatis facientes, percipiunt voluptatem, dulcedine sua tracti. Haec ergo voluptas utilis est servis Dei,[14] et vitam parat huiusmodi hominibus. Illae vero noxiae,[15] quae supra dictae sunt, tormenta et poenas pariunt. Quicunque vero permanserint[16] in illis, nec admissorum suorum egerint poenitentiam, mortem sibi acquirent.‘

SIMILITUDO VII.[1]

Poenitentibus faciendos esse poenitentiae dignos fructus.

(A) Post dies paucos video illum in eo campo,[2] in quo pastores illos ante videram, et ait mihi: ‚quid inquiris?‘ ‚Veni,‘ inquam, ‚rogare

*‘Ο τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος, καὶ πράσσων ἃ βούλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται· ἀντὶ γὰρ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἑκάστης ἡμέρας ἀποτίσει βάσανον μεγάλην, ἐνιαυτὸν τῇ ἡμέρᾳ.

†Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ· ποῖαι τρυφαί εἰσι βλαβεραί; Λέγε μοι. Πᾶσα πρᾶξις σαρκικὴ τρυφή ἐστιν. Νῦν ἡδέως ποιεῖ αὐτήν. [‘Ο γὰρ] ἀξύχολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ· ὁμοίως καὶ ὁ μοι-

Cap. V. 1) Ita Pal. Vat. et Fab. St. p. *omnia* Cot. Subinde in Vat. *tempora haec dulcedinis ac voluptatis pene.*

2) *stultitia tua perseveranter tibi heret* Vat.

3) *ne quando tempore exacto tu stultus reperiaris* Vat.

4) Textui reddidi voce. *deliciis ac* a Gallandio et Hefelio in quarta quoque editione praetermissa. Subinde *et facit quicquid desiderat animus eius plurima stultitia repletus est nec intelligit quid admittit* Vat.

5) *mundana* om. Vat., in fine *illi* p. *illis.* Graeca ex Doctr. ad Antioch. l. c. desumpta neque versioni vulg., neque illi omnino conveniunt, quam evulgavi ex Pal.

6) *hominis* Vat., deinde *torqueretur.*

(B) V. Et dixi ei: domine, quoniam non intelligo omnino tempora haec dulcedinis ac voluptatis et poenae, lucidius de his mihi expone. Ait mihi: stultitia tua tibi perseveranter haeret, nec vis mente tua purificari[1] et servire Deo. Vide, ne aliquando tempore peracto stultus reperiaris. Audi ergo nunc, sicut vis, quo[2] facilius intelligas. Qui uno die commisit se delitiis ac voluptatibus et facit, quicquid desiderat anima eius, maxima est stultitia repletus, nec intelligit quid admittat. Et sic postea obliviscitur quid egit pridie. Dulcedo et voluptas memoriam non habent propter stultitiam, quae inest illis. Cum vero uno die accesserit homini cruciatus atque poena, toto torquetur anno; magnam enim memoriam possidet poena. Toto anno dolens meminit tunc et recordatur dulcedinis illius ac voluptatis, et sentit propterea se pati poenas. Quicunque ergo se dulcedini voluptatibusque tradiderint, sic puniuntur, quoniam talem vitam habentes morti se obnoxios fecerunt. Et dixi ei: quae sunt, domine, voluptates nocivae huiusmodi? Et dixit mihi: omnis actus delitiarum, [et] quodcunque delitiosus homo libenter facit. Nam iracundus in sua opera luxuriatur, et adulter et ebrius et infamator et mendax et cupidus et fraudator, et quicunque his similia facit, morbo suo satisfacit. Luxuriatur ergo et iste in actu suo. Hae omnes dulcedines[3] ac voluptates nocivae sunt Dei servis. Propter has autem cruciantur, et patiuntur poenas. Sunt autem et voluptates salvantes homines; multi enim opera bonitatis facientes delectantur, propria voluntate ducti. Haec ergo delectatio utilis est Dei servis, et vitam parat huiusmodi hominibus. Illae vero delectationes nocivae prius relatae tormenta pariunt; et qui permanserint in illis, nec admissorum gesserint poenitentiam, mortem sibi adquirent.

SIMILITUDO SEPTIMA.

(B) Post paucos dies, cum in eodem campo me vidisset, in quo pastores illos prius videram, ait mihi: quid hic quaeris? Et ego respondi: *χὸς, καὶ ὁ μέθυσος, καὶ ὁ κατάλαλος, καὶ ὁ ψεύστης, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἀποστερητὴς, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τρυφῶσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῶν πράξει. Αἷται δὲ αἱ πράξεις βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους. Πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι τρυφῶσιν· αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ περιποιεῖται ζωὴν, αἱ δὲ προειρημέναι τρυφαὶ βάσανον.*

Magnam memoriam p. *torquetur; magnam enim memoriam.*

7) *meminit. Tunc recordatur et dulcedinis illius ac voluptatis et sentit propterea se pati penas* Vat.

8) *tradiderunt* absque *tali* Vat.

9) *nocue* Vat. Graece l. c.

10) *adulter et ebrius et fraudator* Vat., mox *quicumque hiis simile admittit aliquid.*

11) *nocue* Vat.

12) *saltem* Vat., *salutem* man. sec. ad oram; in fine *ferentes.*

13) *Multa* p. *Multi enim* Vat.

14) *dei servis* transponit Vat., paulo post *eiusmodi* p. *huiusmodi.*

15) *nocue* Vat., deinde *relicta* p. *dictae.* Lege saltem *relatae*, ut habet Pal.

16) *permanserit* Vat.

Sim. VII. 1) Desideratur in Cod. Vat. huius Similitudinis titulus, cui tamen adscribendo spatium relictum est vacuum. *P* litera minio est depicta.

2) *in campo illo* Vat., in fine *inquis* p. *inquiris.* Cfr. Sim. 6, 1.

Cap. V. 1) *purificare* Pal.

2) *quod* Pal.

3) *haec omnes dulcedinis* Pal.

te, domine, ut pastorem illum praepositum poenae iubeas de mea domo[3] exire, quia vehementer me affligit.' Et respondens, ‚necesse est,' inquit, ‚patiaris incommoda et vexationes; sic enim praecepit de te ille nuntius bonus, quia temptare te vult.'[4] ‚Quod,'[5] inquam, ‚domine, tam grave peccatum admisi, ut huic nuntio traderer? ‚Adverte,'[6] inquit. ‚Complura[7] quidem habes peccata, sed non tam multa, ut huic nuntio debeas tradi; sed multa delicta et scelera domus tua commisit, ideoque factis eorum ille bonus nuntius exacerbatus iussit te aliquantum temporis vexationem experiri, ut et illi admissorum suorum agant poenitentiam, et abluant se ab omni cupiditate huius seculi. Cum itaque[8] egerint poenitentiam et purificati fuerint, tunc discedet a te nuntius ille, qui praepositus est poenae.' Dico ei: ‚domine, si ita illi se[9] gesserunt, ut exasperarint nuntium bonum, ego quid feci?' Respondens, ‚aliter,'[10] inquit, non possunt illi vexationem pati, nisi tu, qui caput es totius domus, labores. Quicquid enim tu passus[11] fueris, necesse est ut et illi sentiant; quamdiu vero tu bene stabilitus fueris, illi nullam vexationem possunt experiri.' Et dixi: ‚sed ecce iam nunc, domine, agunt[12] poenitentiam ex totis praecordiis suis.' ‚Et ego scio,' inquit, ‚ex[13] totis praecordiis eos agere poenitentiam. Nunquid ergo,' ait, ‚protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt poenitentiam? Non proinde continuo; sed oportet eum, qui agit poenitentiam, affligere[14] animam suam, et humilem animo se praestare in omni negotio, et vexationes multas variasque perferre; eumque perpessus fuerit omnia, quae illi instituta fuerint, tunc forsitan, qui eum creavit et qui formavit universa, commovebitur erga eum clementia sua, et aliquod remedium dabit; idque ita, si viderit eius, qui poenitentiam agit, cor purum esse ab omni opere nequissimo. Tibi autem et domui tuae vexari nunc expedit, et multam vexationem pati necesse est, sicut praecepit[15] nuntius Domini, qui te mihi tradidit. Quin potius gratias agas Domino, quod praescius futuri dignum te habuit, cui praediceret tribulationem instare valentibus eam sustinere.'[16] Dico ei: ‚et tu, domine, mecum esto, et facile omnem vexationem sustinebo.' ‚Ego,' inquit, ‚ero tecum, sed et rogabo nuntium illum, qui praepositus est poenae,'[17] ut levius te affligat; sed et exiguo tempore patieris adversa, iterumque tuo loco restitueris, tantummodo in humilitate animi persevera. Pare Domino mente pura, domusque tua ac nati;[18] et in mandatis eius ambula,

---

3) *prepositum pena iubeas de domo mea* Vat.

4) *inquit eos incommoda et vexationes pati. Sic enim praecepit de te illi nuntius honestus quia temptare vult.*

5) *Quid* Vat.

6) *Audi* Vat.

7) *Cum plura* p. *Complura* Vat., qui membro *sed non tam multa, ut huic nuntio debeas tradi* omisso pergit *sed multa delicta domus tua et scelera commisit. Ideoque ex factis eorum ille honestus nuntius exacerbatus iussit te aliquantulum.* Vocc. *domus tua* filios Hermae non absque ipsius uxore (Gallicciolli: la tua famiglia) significant. Vid. Vis. 1, 3. et Vis. 2, 2.

8) *igitur* Vat.

9) *se* deest in Vat., ubi mox *ut exasperent nuntium honestum.*

10) *Alter* Vat.

11) *passurus* Vat., qui om. *et* ante *illi.*

12) *agant* Vat., qui c. Pal. et Fab. St. praebuit *ex*, quod ante *totis* deest ap. Cot.

13) *ex* addidi c. Fab. St. Pal. Vat., in quo quidem deest sq. *eos.*

14) *cruciare* Pal., *cruciari* Vat., qui

veni, domine, rogare, ut pastorem praepositum poenae iubeas de domo mea exire, quia vehementer me affligit. Et dixit mihi: necesse est, ut patiaris incommoda et vexationes; hoc enim praecepit de te nuntius ille honestus, quia temptare te vult. Et ego dixi: quod[1] enim, domine, tam grande delictum admisi, ut huic nuntio traderer? Et ait mihi: complura quidem peccata habes, sed non tamen multa, ut huic nuntio debeas tradi. Sed domus tua copiosa delicta et scelera commisit; idcirco nuntius ille honestus exacerbatus est, et iussit te aliquod temporis vexationem experiri, ut et illi admissorum agant poenitentiam, et abluant se ab omni cupiditate seculi huius. Cum igitur egerint poenitentiam, purificatique fuerint, discedet[2] a te nuntius poenae. Et ego dixi: domine, si illi gesserunt, ut exacerbarent nuntium illum honestum, quid ego feci? Ait mihi: aliter illi non possunt sentire vexationem, nisi tu, qui caput es totius domus, labores; quicquid enim tu passus fueris, et illi sentiant necesse est. Etenim quandiu[3] tu commode habueris, nulla illi vexatione patientur. Sed iam, inquam, domine, egerunt poenitentiam ex totis praecordiis suis. Et ait mihi: scio quidem, quoniam poenitentiam egerunt ex totis praecordiis suis, sed non, ut tu putas, protinus debere[4] delicta eorum, qui agunt poenitentiam, aboleri. Oportet enim eum, qui agit poenitentiam, cruciare animam suam, et in omni negotio humilem se gerere, et vexationes multas variasque perferre. Cumque perpessus fuerit omnia, fortasse qui creavit et confirmavit omnia, movebitur in eum clementia sua, et aliquod salutis remedium dabit ei, si tamen viderit eius, qui poenitentiam agit, praecordia esse pura ab omni opere nequitiae. Tibi autem domuique tuae nunc vexari expedit. Quid multa tibi dico? Vexationem ut patiaris necesse est, sicut praecepit nuntius Domini, qui te mihi tradidit. Et hoc gratias age Domino, quod te dignum habuit, cui hoc istud praediceret, ut validius id sustineres praescius futuri. Dico ei: domine, tu mecum esto, et facile omnem vexationem sustinebo. Et dixit mihi: et ego ero tecum, et illum nuntium praepositum poenae rogabo, ut te levius adfligat. Exiguo tamen tempore patieris adversa, et sic in locum tuum restitueris. Submissus tantum persevera in humilitate animi, et pete [a] Domino mente pura domusque tua et nati tui, et

---

deinde *agere* p. *praestare*, in altero membro pergens *Cumque perpessus fuerit omnia quae instituerint. Et tunc forsitan qui creavit et confirmavit universa commovebit eum clementia sua et aliquod remedium dabit atque ita.* De Hermae doctrina Hef. refert ad Semlerum in Baumgarten, theol. Streit. l. c. p. 14. not. 16 et 19.

15) *Tibi autem et domui tuae nunc vexari expitit* (sic) *quod multam vexationem patiaris. Necesse est sicut praecepit* Vat.

16) In Vat. haec legimus: *quin potius agis gratias deo quod dignum te habuit cui praedicent incommodum tibi instare volentibus id sustinere praescius futuri.*

17) *pene* amanuensis margini adscripsit in Vat., ubi mox *patieris adversa. Itemque volo cum restitueris tantummodo cum humilitate.* Io. Morinus in Commentario historico de disciplina in administratione poenitentiae XIII primis seculis in ecclesia observata, poenitentiam inter primaevos Christianos non diuturnam fuisse hinc argumentatur.

18) Vocc. *ac nati* omissis pergit Vat. *et in mandatis meis ambula quae praecepi tibi.*

Sim. VII. 1) *quid* Pal.

2) *discedit* Pal.

3) Ita emendavi textum Codicis Pal. *et illi sentient. Necesse est enim iamdiu.*

4) Scripserim *debent.*

quae praecepit tibi; et poenitentia tua poterit esse firma atque pura. Et si haec custodieris cum domo tua, incommoda a te recedent; sed et ab omnibus, quicunque in his mandatis[19] ambulaverint, omnis vexatio recedet.'

SIMILITUDO VIII.[1]

Electorum et poenitentium peccatorum multa sunt genera; omnes autem pro poenitentiae et bonorum operum suorum modo habebunt mercedem.

(A) I. Ostendit mihi salicem tegentem[2] campos ac montes, sub cuius umbram venerunt omnes, qui vocati erant in nomine Domini. Et iuxta salicem illam[3] stabat nuntius Domini valde praeclarus et sublimis; et secabat cum falce magna[4] ab illa salice ramos, et populo illi, qui erat sub umbra salicis illius, exiguas et quasi cubitales virgas porrigebat. Postquam autem accepissent universi, deposuit falcem, et arbor illa integra permansit, sicut antea videram eam; quam ego rem mirabar,[5] atque intra me disputabam. Ait ad me pastor ille: ‚desine mirari, quod arbor illa tot[6] ramis praecisis permanserit integra; sed expecta. Nunc demonstrabitur tibi, quid significet angelus[7] ille, qui populo porrexit virgas.' Et rursus eas ab his reposcebat;[8] et quo quisque eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgasque reddebat; quas cum acciperet ille, considerabat. A quibusdam enim[9] accipiebat aridas et putridas, velut a tinea tactas; et[10] iubebat eos, qui huiusmodi virgas tradiderant, secerni et seorsum statui. Alii porrigebant aridas quidem, sed non[11] tactas a tinea; et hos seorsum statui iubebat. Alii porrigebant semiaridas virgas; et hi[12] quoque seorsum statuebantur. Quidam autem dabant virgas suas semiaridas et scissuras habentes; et hi[13] seorsum statuebantur. Alii porrigebant virgas suas virides scissuras habentes, et hi segregabantur.[14] Alii virgas suas afferebant, quarum dimidia pars arida erat, dimidia vero viridis; et hi[15] seorsum statuebantur. Alii virgas suas afferebant, quarum duae partes virides[16] erant, tertia vero arida; et hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas afferebant, quarum duae partes erant aridae, tertia vero viridis; et hi[17] seorsum statuebantur. Quidam porrigebant[18] virgas suas paululum aridas, exiguissimum enim aridum erat in virgis eorum, id est, ipsum cacumen, scissuras vero habebant; et hi seorsum statuebantur. Aliorum autem in virgis exiguum erat viride,

19) *meis* addit Vat., ubi in fine leg. *recedit.*

Sim. VIII. 1) *Similitudo VIIII* in Vat.

2) *tangentem* Vat., ubi *umbra* p. *umbram.* Salix haec magna Evangelium populis terrarum orbis annunciatum figurat.

3) *iuxta illam salicem* Vat.

4) Deest *magna* in Vat., subinde *de ea* p. *ab illa*, tum repetitur *qui* primo tamen loco expunctum, mox *salicis eius exiguas ac veluti cubitales.* ‚Nuntius autem ille magnificus et bonus Michael est' infra c. 3. Similiter Palmae populo porriguntur in Libro IV Esdr. 2, 45. Distributio virgarum singillatim facta ad Evangelium singulis annunciatum respicit.

5) *sicut ante videram. Quo nomine* (subnotatum) *mirabar* Vat., cuius orae man. sec. adscripsit *maxime* p. *nomine.*

6) *tot* Oxon. Pal., *tota* Fab. St. et Cot, item Vat.

7) *nuntius* Vat., idem *porrexerat* p. *porrexit.*

8) Ita Lamb. Pal. Vat., *reposcit* Cot., qui ante *ab illis*; copula *et* subinde exclusa *quo quisque ista que acceperat* Vat., mox *virgamque* p. *virgasque.* Ex eodem et Fab. St. dedi *acciperet* p. Cot. *acceperat.*

9) *enim* om. Vat.

in mandatis, quae praecepi tibi, ambula, et age poenitentiam tuam puram ac firmam, et omne incommodum a te recedet; et ab universis, quicunque in his mandatis meis ambulaverint,[5] omnis vexatio recedet.

SIMILITUDO OCTAVA.

(B) Ostendit mihi arborem salicem tegentem campos ac montes, sub cuius umbram[1] venerunt omnes vocati in nomine Domini. Et ecce nuntius honestus valdeque sublimis caedebat falce magna de eadem salice ramos, populique illi, qui sub umbram eius venerant, exiguas virgulas velut cubitales accipiebant. Cum omnes virgas accepissent, deposuit falcem, et ipse arbor integra permansit, sicut eam ante videram. Quod ipsum admirari in[2] animo meo videbar. Tunc ait mihi pastor: desine mirari, quod arbor haec tot ramis decisis integra permanserit. Expecta igitur, et cum universa videris, tunc demonstrabitur tibi, quid significet. Nuntius autem ille, qui populo porrexerat virgas, rursus eas ab eis reposcebat. Quo quisque loco acceperat, eodem vocabatur, virgamque reddebat. Quascunque autem virgas accipiebat, considerabat eas. A quibusdam enim accipiebat aridas, et veluti a tinea putridas, et iubebat illos separari. A quibusdam emancipiebat aridas quidem, sed non vexatas a tinea; hos quoque seorsum statui iubebat. Et alii porrigebant pseudoaridas, et ipsi separatim ponebantur; alii etiam semiaridas scissurasque habentes, et ipsi seorsum statuebantur. Alii porrigebant virgas suas virides scissuras habentes, et hi segregabantur. Quidam vero porrigebant virgas suas, quarum duae partes virides erant et tertia arida; hi quoque deponebantur. Alii porrigebant virgas suas paulo minus totas virides, exiguum autem in summum aridas; et isti separabantur. Alii autem adtulerunt virgas suas, sicut acceperunt ab angelo. Et hoc maxima pars

---

10) *et* deest in Vat. In c. 6. dicuntur esse ‚transfugae et ecclesiae proditores, qui inter reliqua sua delicta nefandis verbis Dominum insectati, *nomen eius negaverunt, quod super eos erat invocatum.*‘

11) *non* om. Vat. Intellige prioribus similes (c. 6.): ‚ficti enim erant, et doctrinas pravas intulerunt, et perverterunt servos Dei.‘

12) *hii* Vat. ‚Hi dubii sunt (c. 7.); nec enim vivi sunt, nec mortui.‘

13) *hii* Vat. ‚Dubii sunt et maledici‘ secundum c. 7.

14) Vbb. *Alii porrigebant — segregabantur* inserui ex Codice Pal. Recte iam Wakius h. l. vulgatae recensioni similia excidisse coniecit, quia ii, qui virgas adferebant, virides quidem, sed scissuras habentes infra c. 5 et 7 memorentur. Hi ‚fideles semper fuerunt et boni, sed habentes inter se quamdam invidiam et zelum de principatu et dignitate‘ (c. 7.).

15) *hii* Vat. ‚Hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis‘ secundum c. 8.

16) *viride* Vat., deinde des. *et hi*. Intellige eos ex c. 8., qui ‚compluribus modis depravati negaverunt Dominum.‘

17) *hii* Vat. Ii notantur, qui (c. 9.) fideles quidem remanebant, sed divitiis nimium gaudentes ac superbia inflati adamabant ethnicorum consortium.

18) *porrigebat* Vat., dein *paulominus* p. *paululum*. Cum Vat. Cot. revocavi *ipsum cacumen* p. aliorum *ipsarum cacumen*. Mox *et hii* p. *et hi* Vat. Ex c. 10. ii, qui parumper deliquerunt propter inanes voluptates et minutas cogitationes, quas intra se habuerunt.

5) *ambulaverit* Pal.

Sim. VIII. 1) *umbra* Pal.

2) *admirans an* p. *admirari in* Pal.

reliquum vero aridum; et hi seorsum[19] statuebantur. Alii veniebant afferentes virgas suas sicut acceperant virides, maximaque pars populi huiusmodi virgas porrigebat, et magnum ex his[20] nuntius ille gaudium cepit; et hi seorsum statuebantur. Alii afferebant virgas suas virides, et pampinos habentes; et hi[21] seorsum statuebantur. Et hos quoque nuntius ille magna cum hilaritate excipiebat.[22] Alii afferebant virgas suas virides, ex quibus excreverant pampini earum, qui pampini quosdam fructus afferebant.[23] Qui huiusmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu; sed et nuntius ipse quidem ex eis magnam laetitiam percipiebat; nec minus pastor ille cum eo ex eadem causa hilaritatem capiebat.

(A) II. Tunc nuntius Domini coronas iussit afferri. Allatae sunt autem[1] coronae velut ex palmis factae, et coronavit eos viros nuntius, in quorum virgis pampinos invenerat et fructum; et iussit eos ire in turrim. Sed et illos viros misit in turrim, in quorum virgis[2] sine fructu invenerat pampinos, dato eis sigillo. Nam vestem eandem habebant, id est, candidam sicut nivem; cum qua[3] iubebat ipsos ire in turrim. Nec minus et eos, qui reddiderant virgas suas sicuti acceperant[4] virides, data eis veste candida; et sic eos dimisit ire in turrim. His consummatis ait ad pastorem illum: ‚ego vado; tu vero dimitte hos intra muros, in eo loco, quo[5] quisque meruit habitare, consideratis prius virgis eorum diligenter; tamen, ne quis te fallat, considera. Sed et si quis te praeterierit, inquit, ego eos super aram[6] probabo.‘ His ad pastorem dictis recessit. Postquam ille discesserat, ait mihi pastor: ‚accipiamus ab omnibus virgas, et plantemus illas, si possint revirescere[7].‘ Dico ei: ‚domine, istae, quae sunt aridae virgae, quo modo possunt revirescere[8]?‘ Ait mihi: ‚arbor ista salix est, et[9] semper amat vitam. Si plantatae ergo fuerint hae virgae, exiguumque humoris acceperint, plurimae ex eis revirescent[10]. Temptabo enim, et suffundam eis aquam; et si qua[11] earum potuerit vivere, gratulabor ei; quodsi non, certe non videbor ego negligens fuisse.‘ Iussit deinde me[12] vocare eos. Et sicut steterunt quisque eorum, venerunt ordine suo, virgasque suas tradiderunt[13]; quas acceptas ille singulas plantavit ordinibus suis. Et postquam plantasset omnes, aquam multam supereffudit[14] illis, ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exstarent. Deinde, cum irrigasset illas, ait mihi: ‚eamus, et post[15] paucos dies revertamur, et visitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere vult omnes eos, qui ex ea acceperunt[16] virgas. Ego

---

19) *hii* p. *hi seorsum* Vat. In c. 10. ii, qui crediderunt quidem Deo, in sceleribus vero conversati sunt.

20) *huiusmodi virg. porrigebant. Magnum ex his* Vat., mox *hii* p. *hi*. Ii intelliguntur, qui (c. 3.) modesti sunt atque iusti, et qui valde pura mente vixerunt, et custodierunt mandata Dei.

21) *hii* Vat. Ii sunt, qui (c. 3.) vexationem sustinuerunt propter legem, non obierunt autem mortem; sed nec abnegaverunt sanctam legem.

22) *magna hylaritate capiebat* Vat.

23) *afferebant quodammodum quendam fructum* p. *quosdam fructus adferebant* Vat., qui pergit *virorum eorum. Qui huiusmodi*, mox transponit *ipse nuntius*, tum *ex ipsis* p. *ex eis*.

Cap. II. 1) *enim* absque *coronae* Vat., dein *viros quorum in virgis pampinorum invenerat fructum*. In turrim coronati mandantur, qui cum diabolo luctati legi satisfecerunt, ut apparet ex c. 3.

2) *quorum in virgis* absque *sine fructu* Vat., ubi deest *eis*.

3) *quibus* Vat., sine seq. *ipsos*.

4) *sicut et acceperat* Vat., ubi sub finem om. *ire*.

populi fecit; ex quibus magnum gaudium ille nuntius accepit, et ipsos separatim statuit. Alii quoque adtulerunt virgas virides pampinos habentes; et hi separatim positi sunt, et in his ille angelus gaudebat. Alii etiam adferebant virgas suas virides pampinosque habentes quique pampini fructum quendam ferebant. Ipsi enim valde hilares erant, et nuntius ipse magnam laetitiam de ipsis habebat; ipse quoque pastor ex illis hilaris erat.

(B) II. Tunc nuntius Domini coronas iussit [adferri.] Quae cum allatae essent velut ex palmis factae, coronavit eos, quorum virgas virides pampinos et fructus habebant, et eos in turrim iussit ire. Sed [et] eos ibi iussit ire, quorum virgas pampinos sine fructu habentes invenerat, dato eis sigillo. Nam vestem candidam omnes habebant sicut nix hi, quos in turrim[1] mittebat. Eos quoque in eandem turrim[2] misit, qui tales virgas reddebant quales acceperant, datis eis sigillis et vestem candidam. His consummatis ait ad illum pastorem: ego eo; tu cura istos dimittere in murum, in quo quisque meruit haberi,[3] consideratis diligenter prius virgis eorum; sed vide, ne quis te fallat. Si quis[4] tamen te praeterierit, ego illos supra altare probabo. His pastori[5] dictis iit. Et cum recessisset angelus, ait mihi ille pastor: accipiamus ab omnibus virgas et plantemus illas, si[6] forte aliquae ex ipsis poterunt revivescere. Et ait mihi: arbor haec salix est, et genus eius semper amat vitam. Et si plantatae fuerint hae[7] virgae, et vel minimum humorem acceperint, plurimae ex illis revivescent. Deinde temptabo et suffundam eis aquam; et si qua earum[8] vivere poterit, gratulabor illi; quodsi non vixerit, non ego videbor negligens. Deinde iussit me ille pastor eos vocare, sicut quisque eorum steterant. Et cum venissent per ordinem,[9] et virgas suas eidem pastori tradidissent, ille a singulis acceptas virgas plantavit propriis ordinibus; et cum omnes plantasset, aquam copiosam suffudit illis sic, ut tegerentur ab aqua, neque extarent. Quod cum fecisset, ait mihi: eamus, et post paucos dies revertamur ut eas visitemus, quia qui creavit hanc arborem, omnes illos, qui ex ea ramos acceperunt, vivere vult.

---

5) *in quo* p. *in eo loco, quo* Vat., idem *considerans* p. *consideratis*, mox vocc. *diligenter; tamen* omissis. Nuntio tradentur ad agendam pœnitentiam, ut colligitur ex c. 3.

6) *Supra altare* Pal. Cfr. Ep. Barnabae c. 1. *accedere ad aram illius.* Turris simul ecclesiam effigiat.

7) *et plantemus eas si possunt reviviscere* Vat.

8) *reviviscere* Vat.

9) *et* des. in Vat. Hilarius Pictaviensis ad Psalm. 136.: Lignorum salicum natura ea est, ut arefacta licet, si modo aquis adluantur, virescant: deinde excisa atque in humido fixa, radicibus se ipsa demergant. Cfr. Hieronym. ad eundum locum. *Cot.*

10) *exiguumque humorem acceperunt plurimae ex his revivescent* Vat.

11) *si quam* p. *et si qua* Vat., deinde *Quid si certe ego non videbor* p. *quodsi non, certe non videbor ego.*

12) *me deinde* transp. Vat.

13) *virgasque tradiderunt suas* Vat.

14) *effudit* Vat.

15) Ita man. sec. ad oram Vat., in textu *primo* subnotatum.

16) *vult eos omnes qui ex ea acceperant* Vat.

Cap. II. 1) *turri* Pal.

2) *eadem turri* Pal.

3) *in muro in quo quis meruit habere* Pal.

4) *quid* Pal.

5) *pastoris* Pal.

6) *et* Pal.

7) *haec* Pal.

8) *eorum* Pal.

9) *ordine* Pal.

autem spero, cum sint aqua superinfusae hae virgae,[17] plurimas victuras humore capto.'

(A) III. Dico ei: ‚arbor haec, domine, demonstra mihi, quid sit; valde enim moveor, quod tot ramis recisis[1] integra videatur esse; nec omnino quicquam de ea minus videtur esse, quo maxime stupeo.' ‚Audi,' inquit: ‚arbor haec magna,[2] quae campos tegit ac montes totamque terram, lex est Dei in totum orbem terrarum data. Hac autem lege Filius Dei praedicatus est in omnibus finibus orbis terrae. Populi vero stantes sub umbra ii[3] sunt, qui audierunt praedicationes eius, et crediderunt. Nuntius autem ille magnificus et bonus[4] Michael est, qui populi huius habet potestatem, et gubernat eos. Hic enim[5] in corde eorum, qui crediderunt, inserit legem. Visitat igitur eos, quibus dedit legem,[6] si eam custodierunt. Videt autem uniuscuiusque virgam, et ex eis multas labefactas. Illae enim virgae Domini lex sunt.[7] Cognoscit autem[8] deinde omnes eos, qui non servaverunt legem, sciens sedem uniuscuiusque eorum.' Dico ei: ‚quare, inquam, domine, alios dimisit in turrim, alios tibi heic[9] reliquit?' ‚Hi,[10]' inquit, ‚quicunque supergressi sunt legem, quam ab eo acceperunt, in mea relicti sunt potestate, ut admissorum agant poenitentiam; qui autem satisfecerunt legi et servaverunt eam, sub illius potestate sunt.' ‚Qui sunt ergo, domine,' inquam,[11] ‚in turrim euntes coronati?' Ait mihi: ‚quicunque luctati cum diabolo vicerunt eum,[12] illi sunt coronati. Illi[13] autem sunt, qui, ut servarent legem, perpessi sunt iniqua. Illi vero, qui virides virgas pampinosque sine fructu habentes tradiderunt, propter eandem quidem legem[14] vexationem sustinuerunt, non obierunt autem mortem; sed nec abnegaverunt sanctam legem. Hi[15] vero, qui virides, sicut acceperant, tradiderunt, modesti sunt atque iusti, et qui[16] valde pura mente vixerunt, et custodierunt mandata Dei. Reliqua autem scies, cum consideravero illas[17] virgas, quas plantavi et irrigavi.'

(A) IV. Post paucos vero[1] dies reversi sumus; eodemque loco consedit nuntius ille magnificus,[2] ego autem astiti ei. Tunc ait mihi: ‚succinge te sabano,[3] et ministra mihi.' Succinxi me sabano mundo, quod erat factum ex sacco.[4] Ut autem vidit me cinctum et paratum illi ministrare, ait: ‚voca[5] viros illos, quorum virgae plantatae sunt, suo quemque ordine, sicut porrexerunt illas.' Et duxit me in campum; et vocavi[6]

17) *cum sint adaquate virge hee* Vat.

Cap. III. 1) *precisis* Vat., ubi *videtur* p. *videatur*, deinde *Quo nomine* p. *quo maxime*.

2) *Hec arbor magna* Vat., qui scr. *atque* p. *ac*, tum *lex dei est in toto orbe terrarum data. Hec autem lex filius dei est praedicatus.*

3) *hi* Vat., dein *praedicationem* p. *praedicationes.*

4) *Nuncius ‚ille' autem magnus et honestus* (sic) Vat. Refert Hef. ad Semlerum in Baumgarten, theol. Streit. l. c. p. 8. not. 10.

5) *autem* (c. punctis suppositis) *enim* Vat.

6) *suam* addit Vat., dein *custodierint* p. *custodierunt*, et pergit: *Vident autem uniuscuiusque eis multas vexatas.*

7) *lex est* p. *Domini lex sunt* Vat. In Pal. *Uniuscuiusque enim virga lex est* = Evangelium cuivis praedicatum.

8) *cognoscens* p. *Cognoscit autem* Vat., qui *et sciens* p. *sciens sedem.*

9) *heic* om. Vat.

10) *Hii* Vat. sine subseq. *inquit*, mox exh. *in meam relicti sunt potestatem ut agant admissorum suorum penitentiam.*

11) *inquam domine* inv. Vat.

Propter quod ego spero, cum sint adaquatae hae virgae humore accepto plurimas ex eis victuras.

(B) III. Et dixi illi:[1] monstra mihi, domine, quid sit haec arbor. Valde enim miror, quod tot ramis decisis integra videtur esse. Et dixit mihi: audi. Arbor haec magna, quae campos et omnem tellurem tegit,[2] lex est Dei data in toto orbe terrarum. Lex autem filius Dei est praedicaturus in universis finibus orbis terrae. Populus vero stans sub umbra eius hi sunt, qui audierunt praedicationem eius et crediderunt. Nuntius autem ille magnus et honestus Michael, qui populi huius habet potestatem, gubernatque eos hic in praecordiis eorum, qui crediderunt, inserit[3] legem, visitatque eos, quibus dedit legem, an custodierint eam. Uniuscuiusque enim virga lex est. Vides ergo multas ex virgis inutiles esse factas, cognoscesque eos, qui non servaverunt legem, et videbis habitationem uniuscuiusque eorum. Et dixi ei: quare alios dimisit, et alios in turrim misit, alios tibi dimisit? Audi, inquit. Quicunque transgressi sunt legem, quam a Deo acceperunt, in mea sunt potestate relicti, ut admissorum agant poenitentiam. Qui autem iam satisfecerunt legi, poenitentiamque suam custodierunt, sub alterius sunt potestate.[4] Et dixi ei: domine, qui sunt in turrem euntes coronati? Ait mihi: quicunque luctati sunt cum diabolo et vicerunt eum, illi sunt coronati; id est ipsi sunt, qui custodierunt legem, et perpessi sunt omnia. Illi vero, qui virides virgas pampinosque sine fructu habebant, hi sunt, qui se tradiderunt propter eandem legem, et vexationem sustinentes non abnegaverunt legem suam, nec mortem gustaverunt. Eos autem, quos vides tales, quales acceperunt, reddidisse, hi sunt modesti atque iusti, qui valde pura mente viventes custodierunt mandata Domini. De reliquis autem virgis, cum consideravero illas virgas, quas plantavi et inrigavi, dicturus sum tibi.

(B) IV. Verum post paucos dies cum reversi fuissemus, consedit pastor loco illius nuntii magni, et adsistebam ego ei. Et ait mihi: praecinge te sabano, et ministra mihi. Cumque praecinxissem me sabano, quod de sacco fuerat factum,[1] et ille videret me praecinctum et paratum ut illi ministrarem, ait mihi: voca, inquit, illos, quorum virgae plantatae sunt, suo ordine, sicut ante porrexerant virgas in campo. Et vocavi

12) *Quicumque cum diabolo luctati vicerunt eum* Vat.

13) *Hi* Vat., ubi additur *eam* ante *legem.*

14) *propter eandem legem quidem* Vat., deinde *vero legem* p. *autem mortem,* in fine *abnegaverunt suam legem.*

15) *Hii* Vat., dein *acceperunt* p. *acceperant.*

16) *modesti sunt iusti et* p. *modesti sunt atque iusti, et qui* Vat., in fine *domini.*

17) *considerabo has* p. *consideravero illas* Vat.

Cap. IV. 1) *vero* om. Vat.

2) *magnus* Vat.

3) *incinge te sanabo* Vat. In Pal. correctius *sabano*, = linteo sive linteamine.

4) *Incinxi me sanabo mundo qui erat ex sacco factus* Vat., in cuius marg. a man. sec. legitur *al' saṽe*, quod spectat ad *sacco.*

5) *ut autem me vidit cinctum et paratum sibi ministrare. Voca inquit* Vat., qui voc. *quemque* omisso in fine scr. *eas.*

6) *et eduxit in campo et vocavit* Vat., ubi *agminibus* p. *ordinibus.*

Cap. III. 1) Vocc. *et dixi illi* repetuntur in Pal.

2) *teget* Pal.

3) *inservit* Pal.

4) *potestatem* Pal.

Cap. IV. 1) *Cumque pr. me sabato qui* (potius *quod e?*) *de sacco fuerat factum* Pal.

omnes, qui etiam universi constiterunt ordinibus suis. Ait deinde ad illos:[7] ‚quisque virgam suam extrahat,[8] et ad me afferat.‘ Et primo tradiderunt, qui aridas et putridas[9] habuerunt. Et quorum[10] putridae et aridae repertae sunt virgae, iussit eos stare seorsum. Deinde porrexerunt, qui aridas quidem, sed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas virides, quidam vero aridas et putridas,[11] velut a tinea tactas. Eos, qui virides tradiderunt, iussit seorsum stare; illos[12] vero, qui aridas et putridas tradiderunt, cum primis stare iussit. Porrexerunt deinde illi, qui semiaridas habuerant,[13] et scissuras habentes; multi ex illis virides porrexerunt, nec scissuras habentes; quidam vero virides, pampinos habentes et in pampinis fructum;[14] sicut illi, qui in turrim iverunt,[15] coronati. Alii porrexerunt aridas, et non putridas; quidam vero, sicut fuerant,[16] semiaridas et scissuras habentes. Iussit unumquemque eorum seorsum stare, alios suo quemque ordine,[17] alios seorsum.

(A) V. Deinde porrexerunt, qui habuerant virides quidem virgas,[1] sed scissuras habentes. Hi[2] omnes virides tradiderunt, suoque ordine steterunt. Gaudium autem[3] ex his percepit hic pastor, quod omnes politae essent, et deposuissent scissuras suas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, et dimidiam aridam habuerunt;[4] quorumdam vero[5] inventae sunt totae virides, aliorum semiaridae, aliorum virides et pampinos habentes. Hi omnes dimissi sunt, unusquisque in suum ordinem.[6] Tradiderunt deinde, qui habuerunt[7] duas partes virgarum suarum virides, tertiamque aridam; multi ex eis virides porrexerunt, multi semiaridas, caeteri vero aridas et non putridas. Hi omnes dimissi sunt in suum quisque ordinem.[8] Deinde porrigebant, qui habuerant[9] in virgis suis duas partes aridas, tertiamque partem viridem; multi quoque[10] ex eis porrexerunt semiaridas, quidam vero aridas et putridas, alii autem semiaridas et scissuras habentes, pauci vero virides. Hi igitur omnes constiterunt in suo quisque ordine.[11] Deinde porrexerunt, qui tertium habuerant viride,[12] reliquum vero aridum. Horum virgae maiori[13] ex parte inventae sunt virides, ramusculos habentes, et in eis ramusculis fructum; et reliquae virides totae. Ex his virgis gaudium vehementer percepit pastor ille,[14] quia sic invenerat eas. Abierunt et illi in ordines suos.[15]

(A) VI. Postquam autem omnium virgas considerasset, ait mihi: ‚dixeram tibi,[1] arborem hanc diligere vitam. Vides, quod[2] multi egerunt

---

7) *Ait deinde suos ad illos* Vat.
8) *quisque suam virgam extrahat* Vat.
9) *putridas et aridas* ordo in Vat.
10) *que* Vat., ubi vero mox *virgae eorum.*
11) *Aliqui eorum tradiderunt virgas aridas quidem vero putridas* Vat.
12) *Eos* Vat., in fine *cum primatis tradere iussit.*
13) *habuerunt* Vat. pron. *illi* ante excluso.
14) *et pampini fructum* Vat.
15) *ierunt* Vat.
16) *sicuti fuerunt* Vat.
17) *quoque suo agmine* p. *suo quemque ordine* Vat.

Cap. V. 1) *qui habebant virides quidem absque virgas* Vat.
2) *Hii* Vat., mox *agmine* p. *ordine.*
3) *autem* om. Vat., dein *quod omnes mutati essent et deposuissent suas scissuras.*
4) *habuerunt* Vat.
5) *vero* non est in Vat.
6) *Hii omnes dimissi sunt in suum quoque agmen* Vat.
7) *habuerunt* Vat., ubi dein des. *aridam.*
8) *agmen* Vat.

omnes. Qui cum venissent, et locis suis stetissent, ait illis: virgam suam unusquisque extrahat, et mihi adferat. Primi ergo [erant,] qui aridas virgas putresque tradiderunt. Et iussit eos seorsum stare. Illi iterum, qui aridas virgas et non putres habuerunt, aliqui ex iisdem[2] virides, aliqui aridas putresque velut a tinea tactas tradiderunt. Omnes separati sunt, et singuli ad sibi similem positi sunt. Deinde alii, qui virgas semiaridas scissurasque habentes tenebant, multi ex illis virides tradiderunt sine scissuris; quidam vero virides pampinosque habentes et in pampinis[3] fructum sicut illi habuerunt, qui in turrem abierunt coronati; et ex his iussit ad sibi similem poni. Obtulerunt quoque et illi virgas suas, qui putres et aridas habuerunt; alii aridas nec putres; quidam semiaridas scissurasque habentes, sicut et ante obtulerunt: et eos iussit ad sibi similes poni separatos.

(B) V. Illi etiam, qui virides scissurasque habentes virgas habuerunt, hi omnes virides tradiderunt, et in agmine suo[1] iussi steterunt; gaudiumque ex eis habitum est, quod omnes essent mutatae, et scissuras deposuissent. Illi, qui dimidias virides, dimidias aridas habuerant, quorumdam virgae inventae sunt virides, quorumdam semiaridae, aliquorum aridae putresque, aliorum virides pampinosque habentes: et isti omnes missi sunt unusquisque ad suum agmen. Illi etiam, qui in virgis duas partes[2] virides, et tertiam aridam habuerunt, multi ex his tradiderunt virides; quidam vero semiaridas; alii aridas putresque: et hi omnes in suo agmine unusquisque steterunt. Alii vero porrigebant virgas suas, quae[3] duas partes aridas habuerunt, tertiam autem partem viridem. Et multi ex his tradiderunt semiaridas; aliqui aridas et putres; aliqui semiaridas et scissuras minimas habentes; alii virides tradiderunt: et hi omnes steterunt in suo agmine. Deinde illi, qui virgas suas virides habebant, et minimum aridum et scissuras habentes: ex his aliqui virides dederunt; quidam autem ex eis virides pampinosque habentes obtulerunt; et, ut iussi sunt, ierunt unusquisque in suum agmen. Hi autem, qui in virgis suis minimum viride,[4] reliquum aridum habuerunt, horum virgae maiori ex parte inventae sunt virides ramosque habere et in ramulis fructum. Et caeterorum virgae totae virides inventae sunt: de quibus pastor ille magnum gaudium percepit, quod tales inventi essent; et isti iussi ierunt unusquisque ad suum agmen.

(B) VI. Cumque omnium virgas considerasset, ait mihi: dixeram tibi, arborem hanc amare vitam. Vides, inquit, quia multi egerint poe-

---

9) *habuerunt* Vat., ex quo adieci *partem* favente Pal.

10) Deest *quoque* in Vat., dein *enim* p. *autem*.

11) *Hi igitur constituerunt omnes in suo quisque agmine* Vat.

12) *qui minimum habebant viridem* Vat.

13) *maiore* Vat.

14) *Ex his virgis percepit vehementer hic pastor* Vat.

15) *in sua agmina* Vat.

Cap. VI. 1) Cfr. supra c. 2.

2) *quoniam* Vat.

2) *hisdem* Pal.

3) *pampinos* Pal., deinde *in turre*.

Cap. V. 1) *sui* Pal., postmodum *mutati*.

2) *parte* Pal.

3) *qui* Pal.

4) *viridum* Pal., ubi deinde scripsi c. vulg. lect. *maiori ex parte* p. *maior pars*.

poenitentiam, et assecuti sunt salutem.' ‚Video,' inquam, ‚domine.' ‚Ut scias,' inquit, ‚bonitatem et clementiam Domini[3] magnam et honorandam esse, qui dedit spiritum iis, qui digni erant agere poenitentiam.' Et dixi: ‚quare ergo, domine, non omnes egerunt poenitentiam[4]?' Ait mihi: ‚quorum viderat[5] Dominus puras mentes futuras, et servituros ei ex totis praecordiis, illis[6] tribuit poenitentiam. At quorum aspexit[7] dolum et nequitias, et animadvertit ad se fallaciter reversuros, negavit iis ad poenitentiam regressum, ne rursus legem eius nefandis maledicerent verbis.' Dico ei: ‚nunc mihi, domine, demonstra, qualis sit locus cuiusque eorum, qui virgas reddiderunt, et sedes eorum;[8] ut auditis his et creditis, ii,[9] qui non custodierunt integrum sed dissipaverunt sigillum, quod acceperunt, agnitis suis factis poenitentiam agant, et accepto a te sigillo Domino dent honorem, quod sit super eos motus clementia sua, et miserit te, ut spiritus eorum renoves.' ‚Audi,' inquit: ‚quorum virgae et[10] aridae et putridae repertae sunt, et velut a tinea tactae; hi[11] sunt transfugae et ecclesiae proditores, qui inter reliqua sua delicta nefandis verbis Dominum insectati, ‚nomen eius negaverunt, quod super eos erat invocatum.' Hi igitur[12] omnes mortui sunt Deo, atque etiam neminem eorum vides egisse poenitentiam, tametsi audierint mandata mea, quae tu eis protulisti; ab huiusmodi ergo hominibus abest vita. Ili quoque, qui aridas et non putridas tradiderunt, non procul ab illis fuerunt; ficti enim erant, et doctrinas pravas intulerunt, et perverterunt servos Dei,[13] praecipue eos, qui peccassent, nec sinentes eos ad poenitentiam redire, sed doctrinis fatuis detinentes. Ili ergo habent ad spem regressum; atque etiam multos vides agere poenitentiam, ex quo eis mandata mea protulisti; et adhuc agent poenitentiam.[14] Quicunque vero non egerint poenitentiam, ii[15] et patientiam perdiderunt, et vitam suam amittent. At his, qui[16] egerint, murus imprimis coepit esse sedes eorum; quidam vero etiam in[17] turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, in poenitentia[18] peccantium inesse vitam, non agentium vero poenitentiam mortem paratam.'

(A) VII. ‚De his vero,[1] qui semiaridas virgas porrexerunt, et scissuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo semiaridae[2] erant virgae,

3) *Domini* des. in Vat., subinde leg. *magnam et honestam esse qui dedit spiritum his qui diligunt.*

4) Membrum *Et dixi: quare ergo, domine, non omnes egerunt poenitentiam?* non est in Vat.

5) *viderit* Vat.

6) *illis* om. Vat. In Sim. 9, 33. legimus: cumque vidisset Dominus bonam atque puram poenitentiam eorum, et posse eos in ea permanere, iussit priora peccata eorum deleri. Cotelerius adnotat: Imprudenter existimatum fuit, in verbis Hermae caveri debere Pelagianismum. Neque illa dubitationem habere mihi videntur. Deus illis dedit poenitentiam, a quibus vidit mentes puras gestum iri, nempe per gratiae auxilium, per spiritum divinitus concessum, ut loquitur Pastor.

7) *ac quorum respexit* Vat., dein *ad se fallaciter reversos negavit his ad paenitentiam regressum ne quando rursus.*

8) *locus quibusque eorum qui virgas reddiderunt. Sedes eorum* Vat.

9) *hii* Vat., mox *factis agant penitentiam,* et *mei* p. *super eos.*

10) *et* adscripsi ex Vat.

11) *Hii* Vat., cui excidit copula *et* ante *ecclesiae,* tum *insecuti* p. *insectati,* ibidem *quod in eos erat invocatum.* Cfr. Iac. 2, 7.

12) *igitur* om. Vat., qui invertit *vides eorum,* dein *tam et si audierunt mandata mea, que eis pertulisti ab eiusmodi hominibus. Ergo tu habes ita.*

13) *tradiderunt prope ab illis erant ficti enim et doctrinas inferebant pravas et pervertebant dei servos* Vat. Scripsi

nitentiam, et adsecuti sunt salutem. Et dixi: video, domine. Ut scias, inquit, bonitatem atque clementiam magnam Domini, quoniam grandis et gloriosa est, qui dedit spiritum his, qui digni erant agere poenitentiam. Quare ergo, domine, inquam, non omnes egerunt poenitentiam? Quorum, inquit, vidit Deus puras mentes futuras et servituras ei ex totis praecordiis suis, ipsis tribuit poenitentiam. Alios enim animadvertit fallaciter ad se reversuros, et interdixit illis[1] ingressum poenitentiae, ne rursum legem eius in futuro seculo nefandis maledicerent verbis. Et dixi ei: demonstra nunc mihi, domine, quales singuli eorum, qui[2] virgas reddiderunt, sed et quae eorum utilitas, aut quae eorum, qui non custodierunt sigillum integrum, quod acceperunt, sed non [?] dissipaverunt id, ut agnitis suis factis accepto a te sigillo agant poenitentiam, et dent Domino honorem, qui in eos clementia sua motus misit te, ut spiritum eorum renovaret. Et dixit mihi: audi, inquit. Quorum virgae aridae putresque et veluti a tinea tactae repertae sunt, hi sunt transfugae ecclesiae et proditores, qui addiderunt adhuc ad delicta sua, quod nefandis verbis Dominum persecuti sunt, nomenque eius, quod in eos erat invocatum, erubuerunt. Hi igitur in totum mortui sunt Deo, et idcirco nullus eorum egit poenitentiam. Nam etsi audierint haec mandata mea, quae eis ostensurus sum, nihil proficient. Ab eiusmodi hominibus abest vita. Ili vero, qui aridas et non putres virgas tradiderunt, iuxta illos erant, qui aridas virgas putresque habuerant. Hypocritae enim erant, et doctrinas pravas inferebant, pervertentes Dei servos, praecipue eos, qui delicta commisissent. Non enim in toto sinebant eos agere poenitentiam, sed doctrinis fatuis eos detinebant. Vides ergo, multos habere spem regrediendi et agendi poenitentiam. Ex quo enim eis pertulisti mandata mea, aliqui ex eis, qui tales sunt, adhuc agent poenitentiam. Quicunque autem non egerint poenitentiam, amittent vitam suam. Isti autem, qui egerunt poenitentiam, boni evaserunt, et sedes eorum in primis muris esse[3] coeperunt. Quidam vero etiam in turrem ascenderunt. Vides igitur, in poenitentia peccantium inesse vitam; non agentibus vero poenitentiam, mortem paratam.

(B) VII. De his vero, qui semiaridas scissurasque habentes porrexerunt, audi.[1] Quorum semiaridae erant virgae, dubii sunt, quia nec

---

dein c. eodem *nec* p. *non* vulg., tum male exh. *doctrinas* p. *doctrinis*.

14) Vbb. *ex quo eis mandata mea protulisti; et adhuc agent poenitentiam* des. in Vat.

15) *ii* om. Vat., et ni fallor Lamb., quibus Codicibus lectionem evulgatam debes. Magis tamen placet Cotelerii *ii et poenitentiam, et vitam suam amittent*. Tum poenitentia indicat spem salutis, quae ex poenitentia recte peracta nobis contingit. Eo spectat Pal. *Quicumque autem non egerint paenitentiam amittent vitam suam.*

16) *hi* p. *his*, *qui* Vat., ubi deest *imprimis*.

17) Praep. *in* bis legitur in Vat.

18) *penitentiam* Vat.

Cap. VII. 1) *vero* om. Vat., ubi deinde *habebant* p. *habuerunt*.

2) *arid semiaride* (sic) Vat., ubi dein desunt vocc. *erant — enim — sunt*.

Cap. VI. 1) *illi* Pal.

2) *quae* mutatum in *quai* Pal., mox *eum* p. *id*.

3) *ecce* Pal.

Cap. VII. 1) *habentes: aut* p. *habentes porrexerunt, audi* Pal.

hi dubii sunt; nec enim vivi sunt nec mortui. At hi, qui semiaridas et scissuras habentes tradiderant, et dubii sunt et maledici,[3] de absentibus detrahentes, et nunquam inter se pacem habentes, et inter se invidentes. Et iis quidem proposita est poenitentia;[4] vides enim ex his aliquos poenitere. Quicunque vero eorum cito egerunt poenitentiam, hi in turri habent sedem; at ii, qui tarde egerunt,[5] in muris habitant. Qui vero non egerunt poenitentiam, sed in suis permanserunt[6] factis, morte morientur. At vero hi, qui virides quidem virgas, sed scissuras habentes tradiderunt, fideles semper fuerunt et boni, sed habentes inter se quandam invidiam et zelum[7] de principatu et dignitate. Verum omnes huiusmodi insipientes sunt et fatui,[8] qui habent inter se aemulationem de principatu. Attamen hi, cum sint alioqui boni, si auditis mandatis istis emendaverint se, et cito per suasionem meam egerint poenitentiam, in turri denique incipient habitare, sicut et hi, qui egerunt digne poenitentiam.[9] Quodsi quis eorum rursus ad dissensionem redierit, repelletur[10] a turri, et vitam suam perdet. Vita enim eorum, qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit, non in principatu, aut[11] aliqua dignitate. Per patientiam enim et humilitatem animae vitam homines[12] consequentur; per seditiones vero et contemptum legis mortem sibi acquirent[13].‘

(A) VIII. ‚Qui vero in virgis suis dimidium aridum habebant, et dimidium[1] viride, hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis; ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero[2] mortuum est. Multi igitur ex illis, auditis mandatis,[3] egerunt poenitentiam, et in turri habitare coeperunt; quidam vero eorum in totum destiterunt. His igitur non est locus poenitentiae; a negotiatione enim sua nefanda in Dominum locuti sunt,[4] et eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam amiserunt vitam. Multi vero ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc et iis[5] est regressus; qui, si cito poenitentiam egerint, in turri sedem habebunt; si vero tardius egerint, in muris habitabunt; si autem non egerint, mortem sibi acquirent. At hi, qui duas partes virgarum suarum virides habuerunt, et tertiam aridam, compluribus modis depravati[6] negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt poenitentiam, atque ita[7] in turri habitare coeperunt; et multi a Deo in perpetuum recesserunt. Illi[8] igitur in totum amiserunt vitam. Quidam vero, dubia mente concepta, dissensiones concitaverunt; iis[9] adhuc regressus est, si cito egerint poenitentiam, nec voluptatibus suis remorati fuerint; si autem permanserint in factis suis, mortem sibi acquirent.‘

---

3) *habentes tradiderunt· et hii dubii sunt et maledicti* Vat., dein *intra se pacem habentes.*

4) *Et his quidem adhuc postposita penitentia* Vat.

5) *Quicumque vero ex his cito gesserunt* (erat *gerunt*) *penitentiam et in turrim habent sedem. At hi qui tarde gesserunt* Vat.

6) *egerint — permanserint* Vat.

7) *Atque vero hi* (erat *his*) *qui virides quidem virgas sed scissuras quidem habentes tradiderunt fideles et boni semper fuerunt. sed habentes inter se quandam invidiam et gelu* scr. Vat. Apud Cot. *contentionem* p. *zelum,* quam lectionem iam evulgaverat Fab. St.

8) *Sed omnes huiusmodi fatui sunt* Vat.

9) *Sed hi cum sint aliter boni si auditis mandatis meis emendaverint se cito* (supraadditur *et*) *persuasionis egerint paenitentiam in turrim igitur incipiunt habitare· sicut et hi qui egerint digne paenitentiam* Vat.

10) *ad descensionem rediret expelletur* Vat.

vivi nec mortui sunt; de absentibus enim detrahebant, et inter se nunquam pacem, sed assiduas[2] dissensiones habebant. Nam et his adhuc posita est poenitentia, et vides iam aliquos ex eis agere poenitentiam. Quicunque enim eorum egerint poenitentiam, in turre[3] habent sedem; at hi, qui tardius egerint poenitentiam, in muris habitabunt; qui autem non egerint, comburentur. Hi autem, qui virides virgas scissurasque habentes tradiderunt, fideles semper bonique fuerunt; sed habent inter se aemulationes de principatu et vita et dignitate quadam. Sed huiusmodi homines fatui sunt, qui de principatu certantur.[4] Et de ipsis tamen, qui boni fuerunt, auditis mandatis meis emundaverunt se, et cito hac persuasione egerunt poenitentiam, et in turre habitare coeperunt. Quodsi quis eorum rursus ad dissensionem redierit, expelletur a turri, vitamque perdit. Vita enim vocatorum Dei in mandatis custodiendis est. In mandatis autem, non [in] principatu, aut de gloria aliqua est, sed de patientia et animi humilitate hominibus vita erit a Domino, in seditiosis autem et contemptoribus legis mors.

(B) VIII. Illi enim, qui in virgis suis dimidium aridum, dimidium viride habebant,[1] hi sunt negotiationibus involuti, nec omnino sanctis adpliciti, et ideo dimidiae eorum virgae vivunt, dimidiae mortuae sunt. Multi tamen ex eis, auditis mandatis meis, egerunt poenitentiam, et in turre[3] habitare coeperunt. Quidam vero in totum destiterunt; his itaque non est locus poenitentiae. Propter negotiationes autem suas in Dominum nefanda locuti sunt, eumque abnegaverunt, et propter hanc nequitiam amiserunt vitam. Nam et multi ex eis dubiam vitam induerunt. Quibus adhuc per celerem poenitentiam regressio est ad vitam, et in turre sedem habebunt.[3] Si enim tarde egerint poenitentiam, habitabunt in muris;[4] nam si non egerint poenitentiam, et isti perdunt vitam suam. Hi vero, qui duas partes virgarum suarum virides, et tertiam aridam habuerunt, compluribus generibus inficiantes Deum negaverunt. Ex his igitur multi egerunt poenitentiam, atque in turre habitare coeperunt. Et multi a Deo in perpetuum recesserunt, qui et in fine[5] amiserunt vitam. Quidam vero ex ipsis dubii, dubia mente conlecta, dissensiones fecerunt. His adparata est regressio, si cito egerint poenitentiam, nec in voluptatibus fuerint remorati. Si autem in suis factis permanserint, et isti mortem sibi acquirent.

---

11) *aut* man. sec. additur in marg. Vat.
12) *hominis* Vat.
13) *acquirunt* Vat.

Cap. VIII. 1) *dimidium vero* p. *et dimidium* Vat.
2) *vero* om. Vat.
3) *ex his mandatis meis auditis* Vat., dein *in turrin* (sic).
4) Exhibet Pal. *propter negotiationes autem suas in dominum nefanda loquuti sunt.*
5) *his* Vat., mox *Qui si cito egerint paenitentiam in turrim.*
6) *suarum habuerunt virides et tertiam aridam cum* (expunctum) *compluribus generibus inficiati* Vat.
7) *ita* om. Vat.
8) *Hi* Vat., ubi expungitur *ad* ante *amiserunt.*
9) *His* Vat., qui mox scr. *nec in voluptatibus.*

2) *assiduae* Pal.
3) *turrem* Pal.
4) Forma medii est.

Cap. VIII. 1) *viridem habebunt* (mutatum in *habebant*) Pal. Infra *vivent.*
2) *turrem* Pal.
3) *habebant* Pal.
4) *muros* Pal.
5) *finem* Pal.

(A) IX. ‚Qui vero porrexerunt virgas suas, quarum duae partes aridae fuerant,[1] et tertia viridis, fideles quidem fuerunt, sed locupletati et exsaturati bonis, apud exteras gentes celebriores esse cupierunt, et in superbiam magnam inciderunt, et sublimia coeperunt spirare, et veritatem deserere; neque appliciti sunt iustis, sed cum exteris gentibus convixerunt; et haec illis vita dulcior visa est: a Deo tamen non recesserunt, et in fide perseveraverunt, sed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt poenitentiam, et sedes eorum in turri esse coeperunt.[2] Alii vero viventes cum exteris gentibus, et elati vanitatibus suis, in perpetuum a Deo defecerunt, nationum[3] facinoribus et operibus servientes. Huiusmodi ergo homines annumerati sunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere coeperunt, non[4] sperantes, se propter facta sua assequi posse salutem; alii dubii facti dissensiones excitaverunt. His igitur et illis,[5] qui propter facta sua dubii esse coeperunt, adhuc est regressus; sed haec poenitentia cita esse debet,[6] ut sit in turri sedes eorum. His vero, qui non agunt poenitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors prope est.‘

(A) X. ‚At[1] hi, qui virgas virides porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quae sola arida erant et scissuras habebant, semper boni atque fideles et probi erga Deum fuerunt sed parumper deliquerunt propter inanes voluptates et minutas cogitationes, quas intra se habuerunt. Auditis ergo verbis meis[2] plurimi egerunt poenitentiam celeriter, et in turri habitare coeperunt. Quidam autem ex his evaserunt[3] dubii; quidam adiecerunt ad dubiam mentem etiam dissensiones movere. In his igitur etiamnunc spes est regressus, quia boni semper fuerunt; difficile autem movebuntur.[4] Qui vero virgas suas aridas porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quae sola erant viridia,[5] crediderunt quidem Deo, in sceleribus vero conversati sunt, nunquam tamen a Deo recesserunt, sed semper nomen Domini libenter tulerunt, et libenter in hospitiis suis Dei servos susceperunt. Audito igitur hoc, regressi, sine mora egerunt poenitentiam,[6] et omnem virtutis aequitatem exercuerunt. Aliqui vero eorum mortem obierunt, et alii libenter adversa passi sunt,[7] memores factorum suorum.‘

(A) XI. Postquam finisset[1] omnium virgarum explanationes, ait mihi: ‚vade, et dic omnibus ut agant poenitentiam, et vivent Deo; quia motus

---

Cap. IX. 1) *fuerunt* Vat. absque seq. *et*, dein *et exacti apud exteras gentes honestiores esse cupiere. Superbiam magnam induerunt et sublimia ceperunt sperare et veritatem desinerunt neque appliciti sunt iustis sed exteris gentibus coniunxerunt. Et hec illis vita dulcior visa est. A deo vero non recesserunt*, reliquis usque ad enunciationis finem exclusis.

2) *in turrim esse ceperunt* Vat.

3) *et evicti* (sic) *vanitatibus eorum in perpetuum a deo destiterunt nationum nationum* (sic) Vat.

4) *nisi* Vat, qui *facta assequi* p. *facta sua assequi posse*, dein *facti sunt* p. *facti*.

5) *illis* om. Vat.

6) *Sed hec penitentia citata debet esse* Vat.

Cap. X. 1) *Ac* Vat., dein *quae sole aride et scissuras habebant semper boni atque fideles et honesti apud dominum fuerunt sed nimium delinquerunt propter inanes et nimias disputationes quas inter se habuerunt.*

2) *meis* om. Vat.

(B) IX. Qui ergo virgas suas porrexerunt, quarum duae partes erant aridae, tertia viridis, hi fideles quidem fuerunt, sed locupletes facti sunt, et apud exteras gentes honestiores visi sunt, et superbiam magnam adsumpserunt, et semitam suam asperam fecerunt. Nec adplicaverunt se iustis, sed cum exteris gentibus viventes haec illis vita dulcior visa est. Non tamen a Deo penitus recesserunt, sed in fide perseveraverunt, opera autem fidei non exercuerunt. Unde multi ex illis egerunt poenitentiam, sedesque[1] eorum in turre erit. Alii vero ex iisdem[2] viventes cum exteris gentibus, ducti vanitatibus gentium a Deo destiterunt, gentium factis operibusque servientes. Huiusmodi ergo homines computati sunt exteris nationibus. Et aliqui ex ipsis dubiam mentem habere coeperunt desperantes propter facta sua; alii dubii facti dissensiones excitaverunt. Utrisque ergo adhuc regressio est ad vitam; sed haec poenitentiam citata esse debet, ut sit in turre sedes[3] eorum. Hi vero, qui non agent poenitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors eis prope adposita est.

(B) X. Illi quoque, qui virgas suas virides exceptis cacuminibus earum, scissuras tamen habentes porrexerunt, boni semperque fideles et honesti apud Deum fuerunt; sed minimum deliquerunt propter exiguas voluptates minimasque disputationes, quas inter se habuerunt. Auditis vero verbis meis plurimi celeriter egerunt poenitentiam, et in turre habitare coeperunt. Quidam autem ex his dubia mente evaserunt, et dissensiones moverunt. Quibus adhuc spes reversionis est, quia[1] in bonis semper fuerunt; difficile autem aliquis eorum morietur. Illi autem, qui virgas suas aridas exceptis cacuminibus earum, quae sola erant viridia, tradiderunt, ipsi crediderunt quidem,[2] in sceleribus vero conversati sunt; sed nunquam a Deo recesserunt, nomenque Domini semper libenter habuerunt, et in hospitiis suis Dei servos libenter susceperunt. Qui audito hoc mox regressi sunt, et egerunt poenitentiam, omnemque virtutem aequitatis exercent. Alii vero compressos libenter susceperunt; qui audito hoc mox regressi sunt, et egerunt poenitentiam, omnemque virtutem aequitatis exercent. Alii vero compressi[3] libenter patiuntur cognoscentes operas suas, quas operati sunt.

(B) XI. Post exsolutiones autem omnium virgarum ait mihi: vade; dic omnibus ut agant poenitentiam et vivant Deo, quoniam Dominus

---

3) *evacuerunt* Vat.

4) *In his igitur nunc spes etiam est regressus quia autem boni semper difficile movebuntur* Vat.

5) *que sole erant virides* Vat., dein *in sceleribus vero conversi sunt sed numquam a deo recesserunt semperque*, sub finem invertit *servos dei*.

6) *egerunt sine mora penitentiam* absque seq. *et* exh. Vat.

7) *Aliqui vero eorum morte obierunt et libenter paciuntur* Vat.

Cap. XI. 1) *fuisset* Vat., dein *exsolutione* p. *explanatione*.

Cap. IX. 1) *sedisque* Pal.
2) *hisdem* Pal.
3) *sedis* Pal.

Cap. X. 1) *qui* Pal.
2) *exceptis cacuminibus eorum quae solae erant virides tradiderunt: ipsi crediderunt tamen* Pal.
3) *compressis* Pal.

dominus magna clementia sua misit me, ut poenitentiam nuntiarem omnibus, his etiam, qui non merentur propter facta[2] sua assequi salutem. Sed patiens est Dominus, et invitationem[3] per Filium suum factam vult conservare.' Dico ei: ‚spero, domine, fore, ut[4] auditis his universi agant poenitentiam. Credo enim, unumquemque, agnitis suis factis et accepto Dei timore, ad poenitentiam regressurum.' Ait mihi: ‚quicunque ex[5] toto corde egerint poenitentiam, et purificaverint se ab omni nequitia, quae supra dicta est, et non adiecerint adhuc ad delicta sua quicquam, accipient a Domino remedium priorum peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de mandatis his, et vivent Deo. Qui vero adiecerint, inquit, ad delicta sua, et conversati fuerint in cupiditatibus seculi huius, dampnabunt se ipsos ad mortem.[6] Tu vero ambula in mandatis meis,[7] et vives Deo; et quicunque ambulaverint in his, et recte ea exercuerint, vivent Deo.' Postquam vero[8] haec omnia mihi ostendit, ait mihi: ‚reliqua[9] post dies paucos tibi ostendam.'

SIMILITUDO IX.[1]

Aedificandae militantis et triumphantis ecclesiae mysteria maxima.

(A) I. Postquam scripsi mandata et similitudines pastoris illius, nuntii poenitentiae, venit[2] ad me et dixit mihi: ‚volo ostendere tibi, quaecunque spiritus[3] tibi ostendit, qui in effigie ecclesiae locutus est tecum.[4] Ille enim spiritus Filius Dei est. Et quia[5] infirmior eras corpore, non ante per nuntium[6] declaratum est tibi, quam firmatus es a spiritu, auctusque viribus, ut etiam nuntium possis videre. Tunc[7] enim bene quidem ac magnifice aedificatio turris ab ecclesia tibi ostensa est; sed ut a virgine monstrata cuncta vidisti. Nunc autem per nuntium illustraris,[8] per eundem quidem spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre; idcirco enim in domum tuam[9] missus sum habitare ab illo nuntio venerando, ut, cum omnia potenter videris, nihil ut prius expavescas.' Et duxit me in ascensum montis Arcadiae;[10] et consedimus in cacumine eius. Et ostendit mihi campum magnum, et circa eum duodecim montes, alia atque alia[11] figura. Quorum primus niger erat[12]

---

2) *quia motus dominus in magna sua clementia misit me ut penitentiam omnibus darem et quidem quibusdam non merentibus propter facta* Vat.

3) *mutationem* Vat.

4) *quoniam* p. *fore ut* Vat., in fine *agent penitentiam.*

5) Recepi *ex* auct. Pal. Vat. et Fab. St., quod mori scriptoris melius respondet, quam nudus abl.; Codici Vat. excidit seq. pron. *quae*, subinde scr. *supradicta sunt et non adiecerunt*, tum *peccatorum suorum primorum*, mox *meis* p. *his*. Fortassis scribendum *his mandatis meis*. Hermae doctrinam praedestinationis dogmati non favere, hic quoque locus testis est.

6) *Qui vero inquit adiecerint ad delicta sua et conversi fuerunt in desideriis huius seculi dampnabunt se ad mortem* Vat.

7) Ita Pal. Vat., *istis* vulg.

8) *enim* Vat.

9) *Reliqua autem* Vat.

Sim. IX. 1) *Similitudo X.* in Vat.

2) Pastor ille nuntius poenitentiae.

3) Spiritus Dei, i. e. Filius Dei, in Visionibus per figuram Ecclesiae mysteria sua Hermae aperuisse contenditur. Cfr. Vis. 4, 1.: ubi *Dominus* revelationes per *ecclesiam* ostendisse dicitur. Nunc Pastor eadem per figuram *turris aedificandae* (cfr. infra c. 3 sqq.) Hermae ostendit. *H.* Vertit quoque Gallicciolli: Voglio farti intendere cheunque lo Spirito ti dimostrò. Aliter Pal., ubi habes: *Volo tibi*

misertus est, et misit me poenitentiam dare omnibus, et quidem quibusdam non merentibus salvari propter acta sua; sed longanimis est Dominus, et vult ecclesiam suam, quae est filii sui, salvare. Dico ei: [spero, domine, fore, ut auditis his universi agant poenitentiam.] Credo enim[1] unumquemque agnitis suis factis, acceptoque Dei timore, ad poenitentiam recurrere. Et ait mihi: quicunque ex totis praecordiis suis egerint poenitentiam, et purificaverint se ab omnibus operibus nequitiae, quae supra sunt relata,[2] neque adhuc ad delicta sua quicquid adiecerint, accipient a Domino remedium priorum peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de istis mandatis meis, et Deo vivent. Qui vero ad delicta sua adiecerint, et conversati fuerint in desideriis huius seculi, damnabunt se ad mortem. Tu vero in mandatis meis ambula, et cum Deo vives; tu et quicunque in ipsis ambulaverint et ea exercuerint recte, vivent Deo. Et postquam haec ostendit, dixit mihi: et reliqua post paucos dies tibi ostendam.

SIMILITUDO NONA.

(B) Postquam scripsi mandata et similitudines pastoris illius, nuntii poenitentiae, venit ad me et ait mihi: volo tibi ostendere, quae spiritus sanctus tibi ostendit, qui in effigie ecclesiae locutus est tecum. Ille enim spiritus filius Dei est. Sed quoniam infirmior eras corpore, non per nuntium declaratum est tibi. Cum autem confirmatus esses ab spiritu, auctusque viribus effectus esses, ut possis videre nuntium, tunc quidem ostensa[1] est tibi per ecclesiam structura turris: bene et modeste omnia ut a virgine vidisti. Nunc vero per nuntium vides, per eundem ipsum spiritum; oportet enim te diligentius omnia a me discere. Idcirco enim datus sum ab illo honesto nuntio in domo tua habitare, ut omnia potenter videas, [et] nihil timeas ut prius. Deinde duxit me in Arcadia in montem quendam uberem,[2] et in cacumine montis ipsius posuit me. Et ostendit mihi campum magnum, et circa campum duodecim montes, alium[3] videre alia figura. Primus mons niger erat quasi fuligo; secundus

---

ostendere quae spiritus sanctus tibi ostendit. Sim. 5, 6.

4) *tibi* Vat.

5) *quia quia* Vat.

6) I. e. *per eumdem Spiritum = Filium Dei.* Cfr. paulo infra: *nunc autem per nuntium illustraris, per eundem quidem Spiritum. H.* Vid. Cod. Pal. Excidit *es* Codici Vat., qui leg. in fine *posses videre.*

7) Antea Filius Dei in figura turris (Vis. 3, 2 sqq.) et *virginis* (Vis. 4, 2 sq.) tecum locutus est; nunc eum ipsum videbis tecum loquentem. *H.*; *bene ac* (*et* Cot.) *modeste* p. *quidem ac magnifice* Vat., posthac *sed ut ad virginem.* In Pal. *Tunc quidem ostensum est tibi per ecclesiam structuram turris bene et modeste omnia ut a virgine vidisti.*

8) *adlustraris* Vat.

9) *in domo tua* Vat., dein *dignitoso* (Pal. *honesto*) p. *venerando.* Venerandus ille nuntius est Christus. Cfr. Sim. 10, 2.

10) *in accadie* Vat., vocc. *ascensum montis* omissis. Cfr. IV Esdr. 2, 33.

11) *aliaque* p. *alia atque alia* Vat. De his montibus = *gentibus*, quibus Evangelium praedicatum est, cfr. infra c. 17 sqq. *H.* Quid singulus quisque duodecim montium significet, pluribus docetur infra c. 19—29.

12) *fuit* Vat., idem *2s* p. *secundus.* Sic in sequentibus numeri arabici inveniuntur pro numeris vocabulo expressis.

Cap. XI. 1) *ei* Pal.

2) *relati* Pal.

Sim. IX. 1) *ostensum* Pal., ibidem *structuram.*

2) *monte quodam ubere* Pal.

3) *alia* Pal.

sicut fuligo; secundus glabrus sine herbis; tertius spinis et tribulis plenus; quartus habebat semiaridas herbas, quarum superior pars erat viridis, proxima autem a radicibus arida; quaedam etiam herbae, cum sol incanduisset, aridae fiebant. Quintus mons asperrimus erat, sed herbas[13] virides habebat. Sextus mons scissuris erat plenus,[14] quibusdam minoribus, quibusdam vero maioribus; sed in illis scissuris erant herbae non valde quidem laetae,[15] sed velut marcidae esse videbantur. Septimus vero mons delectabiles[16] habebat herbas, et totus fertilis erat; et omne genus pecudum et volucrum caeli pabulum carpebant ex illo; et quantum vescebantur ex illo, tanto laetiores herbae crescebant. Octavus mons fontibus erat repletus, et ex illis fontibus adaquabatur omne genus creaturae Dei.[17] Nonus mons nullam omnino aquam habebat,[18] et totus destitutus erat; sed et mortiferos serpentes alebat, et hominibus perniciosos. Decimus mons proceras arbores continebat, totusque erat umbrosus;[19] et sub umbra pecudes iacebant requiescentes ac ruminantes. Undecimus mons densissimis arboribus repletus erat; et arbores illae aliis atque aliis oneratae videbantur fructibus, ut, quisquis videret, cuperet edere de fructibus earum.[20] Duodecimus mons candidus erat totus, et aspectum habebat delectabilissimum, et ispe sibi summum[21] praestabat decorem.

(A) II. In medio vero campo candidam et ingentem petram mihi[1] ostendit, quae de ipso campo surrexerat; et petra illa altior montibus illis erat, et quadrata erat;[2] ita ut posset totum orbem sustinere. Vetus autem mihi videbatur esse, sed habebat novam portam, quae nuper videbatur exsculpta.[3] Et porta illa clariorem splendorem quam sol habebat;[4] ita ut mirarer vehementer lumen[5] eius. Circa vero portam illam stabant virgines duodecim;[6] ex quibus quattuor, quae obtinebant angulos portae, digniores[7] mihi videbantur esse, sed et caeterae dignae erant; stabant autem in quattuor partibus portae. Erat autem et id ad gratiam illarum virginum, quod illae binae et binae vestitae erant linteis tunicis, et decenter succinctae, exertis brachiis dextris, tanquam fascem aliquem[8] levaturae. Sic erant paratae; vehementer enim hilares erant, atque promptae. Haec cum vidissem, mecum ipse mirabar, quod tam magnas et praeclaras res viderem. Et rursus mirabar propter virgines illas, quod tam decorae et delicatae essent, et ita constanter ac fortiter starent,[9] tanquam totum caelum portaturae. Et cum haec intra me cogitarem,[10]

---

13) *herbas* om. Vat.

14) *plenus erat* collocatur in Vat.

15) Ita Mss. Lamb. Vict. Carm. Vat. suffragante Pal. c. Fab. St., *latae* Cot. Coniunctione *sed* dein omissa, Vat. transponit *videbatur esse*.

16) *hylares* Vat., dein *fertulis* p. *fertilis*, tum *pecudum et volucres celi pabula capiebant* (erat *carpiebant*), postea *tantum* p. *tanto*.

17) *adaquebatur* (sic) *omne genus domini creature* Vat.

18) *omnino habebat aquam* Vat., deinde *serpentes habebat et homines pernitiosos*.

19) *mons habebat arbores magnas et totus umbrosus erat* Vat., in fine *et ruminantes*.

20) *aliis atque aliis ordinate erant fructibus ut si quis vidisset concupiscent edere de fructibus earum* Vat.

21) *hylarissimum habebat et ipse summum sibi* Vat.

Cap. II. 1) *ingentem mihi petram* Vat.

2) *quadrata* p. *et quadrata erat* Vat. ‚Petra haec et porta Filius Dei ‚est' infra c. 12.

3) *sculpta* Vat. Cur petra sit vetus, nova autem porta, infra c. 12. fusius explicatur.

4) *Porta autem ipsa plusquam sol*

erat[4] sine herbis; tertius spinis tribulisque plenus. Quartus habebat herbas semiaridas, quarum superior pars erat viridis, proxima autem pars a radicibus sicca; quaedam vero herba eiusdem montis, cum sol incalüisset, virides fiebant. Quintus mons asper erat, sed virides herbas habebat. Sextus autem mons totus scissuris erat plenus, quibusdam exiguis, quibusdam vero scissuris maioribus. Sed scissurae illae herbas habebant, non valde quidem laetas; magis enim velut marcidae videbantur. Septimus vero mons hilares herbas habebat, totusque erat fertilis, et omne genus[5] pecudum volucrumque vescebantur in eodem monte. Quantoque vescebantur illae volucres vel pecora, tanto herbae montis ipsius laetiores crescebant. Octavus quoque mons fontibus plenus erat, et ex his fontibus adaquabantur omne genus Domini creaturae. Nonus mons nullam omnino aquam habebat, totusque erat destitutus, et mortiferas serpentes habebat hominibus omnibus pernitiosas.[6] Decimus mons habebat maximas arbores, opacusque erat totus, et sub umbra arborum pecudes[7] iacebant requiescentes et rumigantes. Undecimus mons densis arboribus [repletus] erat, arboresque illae aliis atque aliis ornatae erant fructibus, ita ut quicunque vidisset, concupisceret manducare de fructibus earum. Duodecimus vero mons totus candidus erat et aspectum hilarem[8] habebat, sibique mons ille summum praebebat decorem.

(B) II. Iam[1] in medio campo ostendit mihi petram magnam candidam, quae de ipso exsurrexerat campo. Eaque petra altior illis montibus erat, et ita erat quadrata, ut posset totum orbem sustinere. Vetus autem erat petra illa, portam excisam habens, cuius dolatio nuper facta mihi videbatur. Porta autem ipsa plus quam sol splendebat, ita ut ego mirarer in splendore portae eius. Circa portam autem ipsam stabant virgines duodecim, ex quibus quattuor, quae tenebant angulos eiusdem portae dignitosiores mihi esse videbantur; nam et caeterae dignitosae erant. Stabant autem in quattuor partibus[2] portae, et in medio earum binae virgines vestitae linteas tunicas et decenter cinctae erant, nudatis humeris dextris tamquam aliquem fascem portantas: sic erant paratae. Valde enim hilares erant et alacres. Haec cum vidissem, iterum me ipse mirabar, quod tam magnas res et praeclaras ipse videbam. Sed rursus movebar propter virgines illas, quod ita fortiter starent, tanquam caelum

---

splendebat Pal. Ad caelestem Christi maiestatem ea referas.

5) *lumem* (sic) absque *vehementer* Vat.

6) *Circa enim eam portam stabant duodecim virgines* Vat.

7) *dignitosiores* Vat., dein *et dignose cetere*. Videre licet ex c. 13. et 15. nec non ex Vis. 3, 8. dona Spiritus sancti per has duodecim virgines significari. Laudatus locus noster ab Orig. hom. 13. in Ezech. et ab antiquo Auctore operis imperfecti in Matth. 19, 28. Vid. Cotelerium ad h. l.

8) *Inerat autem inter gratiam earum virginum et he bine vestite lineis tunicis et decem intincte exercis* (sic) *brachiis dexteris tamquam aliquam fascem* Vat. *Gratia* = venustas, ut Quintil. Prooem. l. 6. Gratia in vultu, iucunditas in sermone.

9) *quod tam delicate essent et ita fortiter starent* Vat., in fine *portandum haberent* p. *portaturae*.

10) *disputarem* Vat.

4) *quasi fuligo erat. Secundus* Pal.

5) *omnis* Pal.

6) *pernitiosae* Pal.

7) *pecora* Pal.

8) *aspectu hilare* Pal.

Cap. II. 1) *Nam* Pal.

2) *partes* Pal.

ait ad me pastor ille: ‚quid intra te disputas atque torqueris,[11] et ipse tibi solicitudinem adiicis? Quaecunque non potes intelligere, noli attendere,[12] tanquam si sapiens sis; sed roga Dominum, ut accepto sensu intelligas ea. Quaecunque post te sunt, non potes videre; quae[13] vero sunt ante te, vides. In his igitur, quae non potes videre, noli torqueri; et eorum intelligentiam cape, quae tu vides.'[14] Desine esse curiosus. Ego autem demonstrabo tibi cuncta, quaecunque debeo ostendere; nunc autem reliqua considera.'

(A) III. Et cum haec dixisset mihi, suspexi;[1] et ecce, vidi venisse sex viros excelsos ac venerandos, et omnes similes vultu; et vocasse quandam multitudinem virorum; et hi, qui venerant vocati ab illis, et ipsi quoque[2] excelsi et fortes erant. Iusserunt autem illi sex eos turrim quandam[3] super eam portam aedificare. Magnus vero tunc fremitus coepit esse decurrentium circa portam huc atque illuc, eorum virorum,[4] qui ad aedificandam turrim convenerant. Virgines vero illae, quae stabant circa portam, iubebant[5] eis aedificationem turris accelerare. Ipsae autem exporrexerunt manus suas, tanquam aliquid accepturae ab illis. Tunc illi sex iusserunt, ut ex quodam profundo lapides attollerent,[6] et in aedificationem turris praepararent. Et elevati sunt[7] decem lapides candidi, quadrati, circumcisi. Postquam vero sex illi advocaverunt[8] has virgines, iusserunt eas universos lapides, quicunque in turris aedificationem mittendi essent, portare; et translatos per portam tradere eis, qui aedificaturi erant turrim illam. Continuo hae virgines eosdem lapides, qui prius elevati erant de profundo, inter se elevare coeperunt pariter omnes.[9]

(A) IV. Qui[1] autem steterunt circa portam, sic[2] etiam portabant,[3] ut, qui videbantur esse fortiores, ad angulos ponerentur; caeteri vero lapides ad latera[4] subiiciebantur. Atque ita universos lapides pertulerunt, eosque per portam[5] translatos aedificantibus, sicut iussae erant, tradiderunt. Illi vero excipientes exstruxerunt[6] illos. Haec autem aedificatio super illam petram magnam et portam fiebat, atque ab iis[7] tota turris sustentabatur. Horum autem decem lapidum structura totam portam illam replevit, quae in fundamento turris illius[8] esse coepit. Post

11) *aut conqueris* p. *atque torqueris* Vat., in fine *adducis.*

12) *perpendere* Vat.

13) *qui* Vat.

14) *noli torquere · et eorum dominare que vides* Vat.

Cap. III. 1) *inspexi* Vat., subinde *et ecce vidi venisse viros extensos dignitosos et similes vultu.* Viri sex excelsi infra c. 12. esse dicuntur nuntii dignitate conspicui, dextera lævaque Filium Dei circumstantes. Cfr. Vis. 3, 3 et 4 de sex viris iuvenibus. In Pal. *et vocaverunt aliquantam multitudinem virorum.*

2) *quoque* om. Vat.

3) *Iusserunt autem eos illi ex turre quadam* Vat. Ex c. 13. discimus, turri ecclesiam significari, quae petrae et portae i. e. Christo supraedificatur.

4) *huc et illuc virorum eorum* Vat.

5) *videbant* Vat., in fine *accelerari* (prius *accelerare*) *oportere* p. *accelerare.*

6) Coniunctione *ut* exclusa, *ascendere* Vat., in fine *aptari* p. *praepararent.*

7) *ascenderunt* p. *elevati sunt* Vat. Retinui Codd. lectionem *circumcisi.* Cotelerius ex c. 5. et 16. minus accurate argumentatur, reponendum esse *nec circumcisi.* At ex ipso ultimo loco elucet, lapides hosce non opus habuisse circumcisione, quia in aequitate vixerunt, et in magna castitate quieverunt (Pal.); solum-

portarent. Pastor autem considerans me ita ait: quid intra te disputas et moveris, et tibi ipse dolorem infers? Quaecunque enim non potes intelligere, noli temptare, tanquam sis sapiens; sed roga Dominum, ut accepto sensu intelligas[3] ea. Quae autem retro sunt, videre non potes; quae autem in ante sunt, videre poteris. Noli sic te ante torquere. Quae autem videre potes, eorum dominare, et de reliquis noli persertus esse;[4] ego enim tibi omnia demonstrabo.

(B) III. Et iterum ait mihi: aspice nunc et caetera. Et ecce vidi sex viros venisse, altos honestosque et consimiles aspectu. Et vocaverunt aliquantam multitudinem virorum; et illi, qui venerant viri altissimi, satis boni et potentes erant. Et iusserunt illi praedicti sex viri aedificare supra petram illam turrem[1] altam, et super portam ipsam. Erat autem magnus tumultus virorum illorum, qui venerant ad aedificandam turrem huc et illuc discurrentium iuxta portam. Virgines autem, quae circa portam stabant, dicebant viris illis, ut festinarent et turrem illam aedificarent. Porrigebant autem manus virgines illae, quasi aliquid accepturae a viris illis essent. Illi autem sex viri, qui praedictam multitudinem adduxerunt, iubebant de profundo aliquo lapides subire, et ire in structuram[2] turris illius. Subierunt ergo decem lapides candidi, quadrati. Illi autem sex viri vocaverunt virgines illas, iusseruntque eis ut omnes lapides, quicunque in structuram essent ituri, portarent, et transirent per portam, et porrigerent viris illis, qui aedificaturi erant turrem illam. Virgines ergo illae decem primos illos lapides, qui de profundo subierunt, ponebant sibi invicem, unaquaeque[3] lapidem, et simul portabat.

(B) IV. Sicut ergo stabant circa portam singulae sub angulo, sic fortiter subicientes se lapides illos, portabant omnes lapides. Et omnes portam transferebant, prout iussae fuerant, et porrigebant illis viris, qui aedificabant turrem. Illi autem sex excipiebant lapides illos, et componebant ad structuram. Et aedificatio turris supra petra et supra porta illa magna fiebat. Aptati sunt ergo illi decem lapides, et impleverunt totam petram. Ipse autem in fundamento turris positi sunt, quia petra et porta sustinent totam turrem. Post illos itaque decem

---

modo autem sigillum non habuerunt. Fuerunt igitur circumcisis pares illi viri iusti (decem lapides), qui primo *mundi* seculo vitam degebant. De profundo attolluntur, siquidem ante Christi adventum defuncti sunt. Cfr. infra c. 15 et 16. Auctoris sensum plane reddit Gallicciolli: Furono dunque estratte dieci pietre candide, quadrate, scapezzate d'intorno.

8) *vocaverunt* Vat., ibidem *quicumque in turris eius edificatione ituri essent et translatos per portas tradere eis qui edificaturi essent.*

9) *qui primi ascenderunt de profundo inter se allevare ceperunt omnes pariter* Vat.

Cap. IV. 1) Cfr. supra c. 3.

2) *sicut* Vat.

3) *portabant omnes lapides* Pal.

4) *a lateribus* p. *ad latera* Vat.

5) *eosdem per portas* Vat., in fine *iusserant tradiderant*, et Mss. Angl. *iusserant* p. *iussae erant* i. e. illi sex viri excelsi ac venerandi c. 3.; Pal. *iussae fuerant,* quod praestat.

6) *exstruserunt* Vat. secundum italicam scribendi rationem, quae consonantes *x* et *s* frequenter permutat.

7) *his* Vat.

8) *illius* om. Vat.

3) *intelliges* Pal.

4) *est* Pal.

Cap. III. 1) Expungitur *et* ante *turrem* in Pal.

2) *structura* Pal.

3) *unusquisque* Pal.

illos vero decem lapides alii viginti[9] quinque elevati sunt[10] de profundo; et hi structi sunt in aedificationem turris eiusdem, per illas virgines levati, sicut priores. Post hos alii triginta quinque[11] elevati sunt;[12] et hi similiter in eodem opere aptati sunt. Post hos quadraginta[13] lapides ascenderunt, et hi omnes adiecti sunt in structuram turris illius. Quattuor ergo ordines[14] coeperunt esse in fundamento turris illius; desierunt enim lapides extrahi[15] de profundo; paulisper et hi, qui aedificabant, quieverunt. Iterum illi[16] sex viri multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim montibus adportarent lapides ad aedificationem turris eiusdem. Illi autem excidebant de universis montibus variorum colorum lapides, et deferentes[17] eos porrigebant virginibus; quos illae accipientes transferebant, et in aedificationem turris porrigebant. In qua[18] cum structi essent illi, candidi variique fiebant; et similiter omnes priores[19] mutabant colores. Quidam vero ab ipsis viris porrigebantur; qui cum in eam aedificationem venissent, quales ponebantur, tales et[20] permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non[21] erant a virginibus per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant in aedificatione.[22] Quos cum animadvertissent illi sex viri, iusserunt tolli, et suo loco reponi unde delati fuerant.[23] Et dicunt ad illos, qui lapides illos[24] adferebant: ‚omnino vos nobis ad aedificationem hanc lapides porrigere nolite, sed iuxta turrim ponite eos, ut[25] hae virgines translatos porrigant illos; nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt; nolite igitur frustra laborare.‘

(A) V. Effecta est autem structura illo die, sed turris consummata non est; futurum enim erat ut aedificaretur,[1] propterea etiamnunc et quaedam dilatio facta est. Et iusserunt illi sex eos, qui aedificabant, abire[2] et veluti aliquandiu quiescere; illis vero virginibus praeceperunt, ne a turri discederent. Propterea autem videbantur mihi relictae, ut custodirent turrim illam.[3] Postquam autem omnes[4] recesserunt, dico ad pastorem illum: quare,‘ inquam,[5] ‚domine, non est peracta aedificatio turris?‘ ‚Non enim,‘ inquit, ‚ante consummari potest, quam veniat[6] dominus eius, et structuram hanc probet, ut, si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur; ad voluntatem enim eius aedificatur haec turris.‘ ‚Vellem,‘[7] inquam, ‚domine, scire quid significet aedificatio turris huius, et de hac petra et de hac porta cognoscere, et de montibus et de virginibus et de lapidibus, qui extracti sunt[8] de profundo, nec circumcisi

9) Denotatur secundum seculum virorum iustorum ante adventum Christi.

10) *ascenderunt* p. *elevati sunt* Vat., idem scr. *et hi structi sunt in edificatione eiusdem turris per illas virgines levati sunt sicut prioris.*

11) Significantur Domini prophetae ac ministri V. T. Cfr. infra c. 15.

12) *ascenderunt* p. *elevati sunt* Vat.

13) *quadraginta III—c* Vat. punctis tamen additamento suppositis, in fine *turris eiusdem.* Apparet ex Vis. 3, 5. et Sim. 9, 15., hos esse Apostolos et Doctores praedicationis Filii Dei.

14) *ergo ornes ordines* (sic) Vat.

15) *ascendere* Vat., ibidem *paulisper etiam et hi.*

16) *Item hi* Vat., dein *huic p. illi,* tum *aedificationem eiusdem turris.* Cfr. supra c. 1. Observat. H.: Postquam ii lapides, qui iustos demortuos *ante* adventum Christi significant, in structuram turris positi erant, Dominus etiam lapides e montibus, i. e. fideles e populis christianis, apportari iussit.

17) *montibus lapides variis coloribus et apportantes* Vat.

18) *quam* Vat.

lapides alii subierunt ex profundo illi viginti quinque; et isti apti sunt in structuram turris. Portabantur autem a virginibus, sicuti et priores lapides. Et postea subierunt triginta quinque lapides; et ipsi similiter aptati sunt in turre. Post hos etiam subierunt lapides quadraginta; et hi omnes adiecti sunt in structuram turris, et facti sunt ordines quattuor in fundamentis turris. Et pausaverunt ex fundamentis ascendentes lapides; pausaverunt autem modicum aedificantes turrem. Et iterum sex viri illi iusserunt praedictae multitudini, ut de montibus suprascriptis ad aedificandam turrem lapides adferrent. Transferebantur ergo ex omnibus montibus lapides coloribus variis, et dolati a viris illis porrigebantur virginibus. Virgines autem transferebant illos per portam; transferebant autem eos in structuram turris. Cumque structi fuissent illi lapides, varii candidi fiebant similesque, et priores mutabant colores. Quidam vero lapides, qui a multitudine virorum porrigebantur in structuram turris, non fiebant candidi; sed quales positi erant, tales permanebant, quia non erant a virginibus illis per portam portati. Hi ergo lapides deformes erant in aedificatione[1] turris illius. Quod cum animadvertissent illi sex viri, iusserunt eos[2] tolli, et poni in loco suo, unde adportati fuerant. Translatisque eis[3] unumquemque deposuerunt, et dixerunt viris illis, qui lapides gestabant: omnino vos in hac aedificatione lapides ponere nolite, sed iuxta turrem eos ponite, ut hae virgines per portam translatos porrigant eos in structuram. Si non enim ab his virginibus portati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt. Nolite ergo frustra laborare.

(B) V. Et facta est illa die ea structura, sed turris consummata non est; futurum enim erat ut a se aedificaretur. Dilatio ergo aedificationis facta est, iusseruntque illi sex viri eos, qui aedificabant, recedere et aliquantum requiescere. Virginibus vero illis praeceperunt, ne a turre discederent, sed eam custodirent. Postquam recesserunt omnes, dico ad pastorem illum: domine, quare non est peracta aedificatio turris huius? Non potest, inquit, ante consummari,[1] quam veniat dominus eius, et structuram hanc probet, ut si quos lapides nugas invenerit in ea, mutet eos, quia ad voluntatem ipsius haec turris aedificatur. Volebam, inquam, domine, scire, quid significet aedificium turris huius, sed et de hac petra et de porta agnoscere, ut de montibus et lapidibus, qui ascenderunt

---

19) *et similes omnes et priores* p. *et similiter omnes priores* Vat.

20) *et* om. Vat.

21) *nec* Vat.

22) *edificationem* Vat.

23) *et loco suo deferri unde apportati erant* Vat.

24) *hos lapides* p. *lapides illos* Vat.

25) *illos et* p. *eos, ut* Vat. Ex eodem addidi seq. *illos* (*porrigant illos. Nisi*), non dissuadente Pal. In Vat. des. vocc. *non possunt.*

Cap. V. 1) *futurum enim ut edificetur* Vat. Nota bene lectionem Codicis Pal.

2) *recedere* Vat., qui pergit *et veluti quiescere aliquid. His vero virginibus praeceperunt ne a turre recederent.*

3) *mihi videbantur et illam turrim* inv. Pal.

4) *omnes* accessit ex Pal. Vat.

5) *inquam* addidi c. Vat. et Fab. St.

6) *veniet* Vat.

7) *Volebam* Vat.

8) *ascenderunt* p. *extracti sunt* Vat.

Cap. IV. 1) *aedificationem* Pal.

2) *ego* Pal.

3) *translatique* absque seq. *eis* Pal.

Cap. V. 1) *consumare* Pal., postea *invenerit in eum mutet eum quia.*

sunt, sed sicut ascenderunt, sic missi sunt[9] in structuram; et quare primum lapides decem in fundamento[10] structi sunt, deinde viginti quinque, deinde quadraginta; item de illis lapidibus, qui positi sunt in structuram, iterumque sublati et in locum suum relati.[11] De omnibus his, domine, desiderium animae meae comple, et omnia mihi demonstra.' Et dixit mihi: ‚si arduus,' inquit,[12] ‚non fueris, omnia cognosces, et videbis reliqua, quae futura sunt huic turri, et omnes similitudines diligenter cognosces.' Et venimus post dies paucos in eundem locum, ubi[13] sederamus, et dixit mihi: ‚perveniamus ad turrim; dominus enim eius venturus est, ut consideret[14] eam.' Venimus igitur illuc,[15] et neminem alium quam virgines illas invenimus. Et interrogavit eas, an affuisset[16] ibi dominus turris illius? Et responderunt, continuo eum adfuturum, ut consideret structuram illam.[17]

(A) VI. Post pusillum vero video multitudinem virorum magnam venientem, et in medio eorum ita excelsum virum,[1] ut magnitudine sua ipsam turrim superaret; et circa eum sex illos, quos in aedificatione[2] imperare videram, et eos omnes, qui aedificarunt turrim illam, et praeterea alios quamplures dignitate splendidos viros. Virgines vero illae, quae custodiebant turrim illam, adcurrerunt, et osculatae sunt eum,[3] et prope eum coeperunt ambulare. Ille autem tam diligenter considerabat structuram illam, ut singulos lapides contrectaret; quin etiam[4] singulos virga, quam in manu tenebat, feriebat. Ex quibus quidam, cum essent percussi, nigri[5] fiebant velut fuligo; quidam autem tanquam scabri; quidam quasi[6] scissuras habentes, quidam curti; quidam nec nigri, nec albi;[7] quidam asperi, nec cum caeteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hae sunt varietates lapidum illorum, qui in structura illa non idonei[8] reperti sunt. Iussit eos dominus omnes de turri[9] deponi, et iuxta eam relinqui, et alios lapides afferri, et loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum, qui aedificabant, ex quo monte vellet afferri, et reponi in locum eiectorum? De montibus quidem vetuit afferri, sed ex campo quodam, qui prope erat, iussit afferri.[10] Foderunt enim campum illum, et invenerunt lapides[11] splendidos, quadratos, quosdam vero etiam rotundos.[12] Quicunque autem erant in illo campo, omnes

---

9) *ierunt* p. *missi sunt* Vat.

10) *fundamentis* Vat.

11) *et loco suo relati* Vat.

12) *inquit* inserui c. Fab. St. et Vat., ubi tamen iterum legitur post *omnia;* illic quidem scriptoris modo minus consentit.

13) *Et venimus in eundem locum post dies paucos ut* Vat.

14) *considerat* Vat.

15) *ibi* Vat., qui pergit *et neminem alium invenimus quam virgines illas.*

16) *si fuisset* p. *an affuisset* Vat.

17) *continuo eum venturum esse ut consideret illam structuram* Vat.

Cap. VI. 1) Ex coll. c. 3 et 12 hic est Filius Dei. Haud raro etiam in S. libris ingentis proceritatis vel dimensionis res aut personae apparent. Cfr. Apoc. 21, 17. Et in Epiph. Haer. XIX, 4. Elcesaitarum auctor de Christo: *εἶτα δὲ διαγράφει χριστόν τινα εἶναι δύναμιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα σημαίνει, εἰκοσιτεσσάρων μὲν σχοινίων τὸ μῆκος, ὡς μιλίων ἐνενήκοντα ἓξ, τὸ δὲ πλάτος σχοινίων ἓξ, μιλίων εἰκοσιτεσσάρων, καὶ τὸ πάχος ὁμοίως τερατευόμενος καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ ἄλλα μυθολογήματα.* Similiter de spiritu Sancto Haer. LIV, 1. Plura collegit Thilo in Act. Thomae p. 137., vid. Hilgenfeld: Die Apostolischen Väter p. 152.

2) *in ea edificatione* Vat. ubi dein des. *videram.* Cum eodem scripsi *aedificarunt* p. *aedificaverunt* vulg.; idem *mul-*

de profundo, nec sunt circumcisi, sed sicut ascenderunt, ierunt in structuram; et quare primum in fundamentis decem lapides instructi sunt; deinde de viginti quinque et triginta et quinque ac quadraginta et de lapidibus illis, qui sunt positi in structuram, et iterum sublati et positi sunt in locum suum. De omnibus his refice animum meum, domine, et demonstra mihi illa. Et ille mihi dixit: si non fueris protervus, omnia cognosces; post paucos enim dies veniemus huc, et reliqua videbis, quae futura sunt huic turri, omnesque similitudines diligenter cognosces. Unde cum postea, ut dixit, venissemus ad eum locum, ubi primo sederamus, ait mihi: eamus ad turrem; dominus enim eius venturus est, ut consideret eam. Deinde venimus ad turrem illam, et omnino nemo erat circa eam,[2] nisi virgines illae tantum, quas pastor interrogavit, si fuisset ibi dominus turris. Quae responderunt, venturum dominum et consideraturum structuram turris.

(B) VI. Et ecce paululum video magnum agmen virorum venientium, mediumque in his ita excelsum virum, ut magnitudo eius ipsam turrem superaret, et circa eum[1] alios sex, quos in aedificatione videram ante imperare, dextra atque sinistra cum illo ambulantes. Omnes ergo hi, qui in structura[2] fuerant operati, cum illo venerunt; sed et alii multi dignitosi erant circa illum. Virgines autem illae, quae custodiebant turrem, accesserunt ad eum, et osculantes prope eum circa turrem coeperunt ambulare. Ille autem vir dignitosus virgam tenens in manu,[3] ut singulos lapides consideraret, eandem turrem diligenter circuibat. Et cum illi lapides virga ab eo fuissent percussi, nigri veluti fuligo[4] fiebant; quidam autem tanquam scabiosi; quidam scissuras habentes; quidam breves [et] mutili; quidam nec nigri, nec albi; quidam ita asperi, ut nec cum caeteris convenientes essent; et quidam plurimas maculas habebant. Hae varietates erant lapidum illorum, qui in structura[5] nugaces sunt reperti. Quos omnes ille dignitosus iussit de turre deponi, [et] iuxta eam relinqui, aliosque lapides adferri, et in loco eorum poni. Interrogaverunt autem illi, qui aedificabant, ex quo monte iuberet ille dignitosus lapides adferri et loco eorum poni. Ille autem de montibus illis adferri lapides vetavit; sed iussit ex eo campo, qui prope erat, adferri. Foderunt ergo campum illum, et invenerunt lapides decem splendidos, quadratos, quosdam etiam rotundos. Quicunque enim lapides erant in eo

---

tos dignitosos p. *quam plures dignitate splendidos viros.*

3) *accurrerent osculari eum* Vat., cui deest seq. pron. *eum.*

4) *ut singulos lapides pertractaret. Qui etiam* Vat.

5) Hi sunt transfugae ac nefanda in Dominum loquentes c. 19.

6) *quasi* om. Vat.

7) Vocc. *quidam nec nigri, nec albi* des. in Vat.

8) *lapidum eorum qui in structa* (sic) *illa non boni* Vat.

9) *turre* Vat., extrema in periodo *apponi.* Quosnam fidelium lapides illi depositi et reprobati significent, pluribus explanatur infra c. 13. Cfr. Vis. 3, 5. 6.

10) *qui erat prope iussit apportari* Vat. Cfr. infra c. 29 et 30.

11) *et invenierunt etiam lapides* Vat.

12) Cfr. infra c. 30.

2) *eum* Pal.

Cap. VI. 1) *eam* Pal., deinde *in aedificationem.*

2) *ergo hos qui in structuram* Pal.

3) *manum* Pal.

4) *fulgo* Pal.

5) *structuram* Pal.

allati sunt, et per portam[13] transportati a virginibus illis; et qui ex eis quadrati erant, deformati[14] sunt, et positi in loco electorum. At vero qui[15] rotundi, non sunt adiecti in structuram; quoniam duri erant, et longum esse videbatur[16] circumcidere eos; sed positi sunt circa turrim, tanquam futurum esset ut circumciderentur et in structuram mitterentur; valde enim splendidi erant.

(A) VII. Haec cum vidisset vir ille dignitate praecipuus,[1] et dominus totius turris, vocavit hunc pastorem, et tradidit ei lapides, qui reprobati erant et positi circa turrim; et ait ad illum: ‚communda diligenter lapides hos, et apta[2] in structuram turris, ut cum caeteris possint convenire; eos autem, qui non conveniunt, longe a turri proiicies.‘ Haec cum praecepisset ei, cum omnibus, cum quibus venerat ad turrim, abiit. Virgines autem illae steterunt circa turrim, custodientes eam. Et dixi ad pastorem illum: ‚quonam modo possunt lapides hi in structuram huius turris, cum reprobati sint, redire?[3]‘ Et dixit mihi: ‚ego quidem[4] de lapidibus istis maiorem partem circumcidam, et adiiciam in structuram, et convenient cum caeteris.‘ Et dixi: ‚quomodo, domine, possunt circumcisi[5] eundem locum implere?‘ ‚Quicunque,‘ inquit, ‚minores inventi fuerint, in mediam structuram ibunt; maiores vero deforis ponentur, et continebunt eos.‘ Haec cum dixisset[6] mihi, ‚eamus,‘ inquit, ‚et post triduum revertamur; et emundatos hos lapides in structuram adiiciam.[7] Ea enim, quae sunt circa turrim, commundari debent omnia; ne forte[8] subito paterfamilias superveniat, et immunda ea, quae circa turrim sunt, inveniat, et ita aspernetur; et hi lapides non mittantur in structuram turris huius, et ego negligens paterfamilias videar esse.‘ Post triduum[9] autem cum venissemus ad eandem turrim, ait mihi: ‚considerabimus hos lapides omnes, et videamus, qui ex eis possunt in structuram[10] ire.‘ Dico ei: ‚considerabimus, domine.‘

(A) VIII. Primum omnium coepimus considerare eos, qui nigri fuerant. Quales enim a structura depositi fuerant, tales sunt reperti. Iussit eos a turri moveri, et seorsum reponi.[1] Deinde consideravit eos, qui scabrosi fuerant; et multos ex eis[2] circumcidi iussit, et per virgines eos in structuram turris aptari; illae autem sublatos eos aptaverunt in media structura. Reliquos autem iussit cum illis nigris reponi;[3] nam

---

13) In Vat. habes *erant in eodem loco* (expunctum) *campo omnes allati* (erat *ablati*) *sunt per portam.*

14) *Deformare* infra c. 8. = in aliam formam ex pristina redigere. Sed heic locum suum non tuetur: textus est vitiatus. Cur enim lapidibus quadratis alia induenda est forma? Genuina lectio est in Codice Pal.: *Quicumque enim lapides erant in eo campo: omnes adlati sunt: et per portam illati a virginibus: et secti quadrati positi sunt loco electorum.*

15) *Ac vero hi qui* Vat.

16) *quoniam et durum erat et tarde videbatur* Vat., tum *posita* cum *i* supra, postea *irent* p. *mitterentur.*

Cap. VII. 1) *dignitosus* p. *dignitate praecipuus* Vat., ubi *prolati* p. *reprobati.*

2) *communda diligenter lapides et pone* Vat.

3) *Et dixi ad pastorem illum. Quemadmodum possunt hi lapides in structuram eiusdem turris cum sint reprobati redire.* (sic p.?) Vat.

4) *quidem* adiunxi c. Vat.

5) erat *circumcidi* in Vat.

6) *dixissem* Vat.

campo, omnes adlati sunt. Et per portam illati a virginibus et secti quadrati, positi sunt loco electorum.[6] Illi enim, qui rotundi erant,[7] non sunt positi in structuram, quoniam duri erant ad dolandum, tantumque videbatur ut circumciderentur. Sed positi sunt iuxta turrem, ut postea circumciderentur;[8] valde enim splendidi erant.

(B) VII. Cumque ille vir dignitosus dominusque turris illius omnia complesset, vocavit hunc pastorem, tradiditque ei lapides omnes, qui iuxta turrem erant reprobati de structura, et ait illi: diligenter communda hos lapides, et pone illos in structuram turris, qui tamen possunt coniungi cum aliis; eos autem, qui inconvenientes sunt, longe[1] a turre proice illos. Haec cum praecepisset pastor ille dignitosus, exit a turre, cum quibus venerat. Virgines autem illae stabant circa turrem custodientes eam. Et ego dixi ad pastorem illum: quemadmodum possunt hi lapides reprobati rursus in structuram turris ire? Et dixit mihi: vides, inquit, hos? Video, inquam, domine. Ego, inquit, de lapidibus istis maiorem partem circumcidam, et adiciam in structuram turris; et convenient cum caeteris lapidibus. Et ego dixi: quomodo possunt, domine, isti lapides circumcisi eundem locum explere? Et dixit mihi: quicunque minores fuerint reperti, in mediam structuram ibunt; maiores vero quicunque fuerint inventi, exteriores ponentur,[2] et continebunt eos. Et cum haec mecum locutus esset, ait mihi: eamus, et post biduum revertamur; et commundabimus hos lapides, et adiciemus eos in turris structuram. Ea enim, quae sunt circa turrem, commundari debent,[3] ne quando dominus subito superveniat et ea, quae sunt circa turrem, inveniat immunda, et spernat ea; et nec isti lapides ibunt in structuram, et ego negligens apud eum apparebo. Cumque post biduum venissemus ad eam turrem, ait mihi: consideremus hos lapides universos et videamus, an possint in structuram ire. Et dixi ei: ut vis, domine, consideremus.

(B) VIII. Primo omnium coepimus considerare eos, qui nigri fuerunt. Qui de structura depositi erant, tales sunt reperti. Iussit eos a turre tolli seorsumque poni. Inde consideravit eos, qui scabri evaserunt. Multos ex eis secuit, et iussit virginibus illis tollere eos, et adicere in aedificium. Et sustulerunt eos illae virgines, et posuerunt in mediam structuram turris. Reliquos autem, qui nigri effecti sunt,

---

7) *et commundos hos lapides adiciam in structuram* Vat.

8) *ne quando* p. *ne forte* Vat., dein *supervenerit* p. *superveniat*, tum *et ita asperentur et non sunt hic lapides* in *structuram*.

9) *biduum* Vat.

10) *eam* inserit Vat.

Cap. VIII. 1) *a turre moveri* (erat *movere*) *et seorsum poni*.

2) *his* Vat.

3) *poni* Vat.

6) Praestat *electorum* vulg. Cfr. infra c. 18.

7) Voc. *non sunt positi in structuram: quoniam duri erant* bis scribuntur in Pal. Deinde *tantumque* (*tandumque* Pal.) idem est ac *longumque*. In extrema sententia habes *circumcideretur*.

8) *circumcideretur* Pal.

Cap. VII. 1) *longe* repetitur in Pal.

2) *ponebunt* Pal.

3) *debet* Pal.

et hi evaserunt nigri. Deinde considerabat eos, qui scissuras habebant; et ex illis[4] multos circumcidi iussit, et per illas virgines adiici in structuram. Hi deforis positi sunt, quoniam integri inventi sunt; reliqui autem propter multitudinem scissurarum non potuerunt deformari;[5] propterea proiecti sunt ab aedificatione turris. Deinde considerabat eos, qui curti facti erant; multi ex illis scissuras habebant, et nigri evaserant; alii vero scissuras magnas habebant, quos iussit apponi cum illis, qui eiecti erant; reliquos autem commundatos et deformatos[6] adiici iussit in structuram, quos sublatos virgines illae in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti; et multi ex illis nigri inventi sunt. Iussit et hos transferri ad illos, qui reiecti[7] erant. Reliqui vero toti candidi inventi sunt; et hi sublati sunt a virginibus et aptati in eadem turri[8]. Exteriores autem positi sunt, qui[9] integri inventi sunt, ita ut possent continere eos, qui in medio constructi erant; nihil enim eis recisum est. Deinde considerabat eos, qui duri et asperi fuerunt[10]. Pauci ex his abiecti[11] sunt, quoniam non poterant circumcidi, valde enim duri reperti sunt; reliqui autem deformati[12] sunt, et in media structura a virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde considerabat illos,[13] qui maculas habebant; et ex eis pauci reperti sunt nigri, et hi[14] ad caeteros adiecti sunt. Qui vero superfuerant, candidi et integri inventi sunt; et hi a virginibus in structuram aptati sunt, et deforis positi, propter fortitudinem suam.

(A) IX. Venit deinde ut consideraret[1] eos lapides, qui candidi et rotundi erant; et ait mihi: ‚quid faciemus de his lapidibus?' Et ego dixi: ‚domine, nescio.' ‚Nihil ergo,' inquit, ‚excogitas de his?'[2] ‚Ego,' inquam, ‚artem hanc, domine, non novi, nec lapidarius sum, nec possum intelligere quicquam.' Et dixit: ‚non vides, eos valde rotundos esse?[3] Quodsi voluero eos quadratos redigere, plurimum[4] mihi ex his recidendum est; sed necesse est aliquos ex his in structuram turris transire.'[5] Et dixi: ‚si necesse est, quid igitur te implicas,[6] et non eligis, si quos habes eligere, et aptas in structuram illam?' Et elegit,[7] quos vidit maximos et splendidissimos, et deformavit eos; quos sublatos virgines illae in exterioribus partibus structurae posuerunt. Reliqui vero, qui superfuerunt, repositi sunt in eundem campum, unde sumpti erant;[8] abiecti vero non sunt, ‚quoniam,' inquit, ‚adhuc exiguum deest huic turri,

4) *his* Vat., dein *per eas virgines.*

5) *deformari* c. Pal. Vat. et Clerici marg. p. Fab. St. et Cotelerii *afformari,* quae Clerico monente inepta vox est. Gallicciolli: ma ad altre per la moltitudine delle fessure, non si puotè dar conveniente figura.

6) *deformatos* c. Pal. Vat. p. Fabri St. et Cotelerii *afformatos.* In Vat. habes: *multi ex his scissuras habuerunt et nigri evaserunt. Alii vero scissuras magnas habentes iussit hos poni cum his qui reiecti erant. Reliquos autem commundos et deformatos adici iussit in structuram. Quos oblatos.*

7) *dimidii quidem nigri reperti fuerant. Multi ex his nigri inventi sunt iussit et eos transferri ad eos qui reiecti* absque *erant* Vat.

8) *turre* Vat.

9) *quoniam* Vat., dein *contineri* p. *contineri,* tum *instructi* p. *constructi,* ibidem *ex eis* p. *eis.*

10) *erant* Vat.

11) Lego *ex his abiecti* p. *ex his adiecti* vulg., *ab his abiecti* Vat.

iussit cum illis nigris poni. Illos autem consideravit, qui scissuras habebant; et ex his multos circumcidit, et iussit per virgines adici in structuram. Et foris positi sunt, quia salvi inventi sunt. Reliqui autem propter multitudinem scissurarum deformari non potuerunt, et ab aedificatione turris proiecti sunt. Deinde consideravit eos, qui breves et inutiles fuerunt. Multi inventi sunt in illis nigri, alii scissuras magnas habentes. Iussit et eos seponi cum his, qui relicti erant; reliquos autem commundatos et deformatos iussit in structuram adici; quos sublatos virgines illae in media structura, quia infirmiores erant, aptaverunt. Deinde consideravit eos, qui dimidii albi erant, dimidii nigri. Multi ex his nigri inventi sunt; et eos iussit tolli, et poni iuxta eos, qui reiecti erant. Caeteri candidi toti inventi sunt, et a virginibus sublati in structura turris[1] apti sunt, quoniam integri inventi sunt, et nihil erat ex eis recisum. Exteriores positi sunt, ut eos, qui in medio recisi positi erant, continerent. Deinde consideravit eos, qui erant duri et asperi. Pauci ex eis abiecti sunt, qui ante poterant circumcidi; valde enim duri erant. Reliqui autem[2] deformati sunt, et in media structura, quia infirmiores erant, a virginibus positi erant. Deinde consideravit eos, qui maculas habuerant. Etiam ex his pauci evaserunt nigri, et separati inter reliquos positi sunt; caeteri vero candidi et integri a virginibus portati in structuram propter firmitatem suam exteriores positi sunt a virginibus.

(B) IX. Venit deinde ut consideraret illos albos et rotundos, et ait mihi: quid facimus de his lapidibus? Et dixi ei: domine, ego, quid scio?[1] Et ait mihi: nullum ergo de eis excidere cogitas? Et ego dixi ei: domine, artem hanc ego non habeo, nec lapidarius sum, nec possum intelligere quicquam. Et ait mihi: non vides, istos lapides valde rotundos esse? Quos si voluero redigere quadratos, multum ex eis recidendum est; et necesse est, aliquos ex eis in structuram poni.[2] Et dixi ei: domine, si necesse est hoc fieri, quid non eligis, si quos vis, et in structura maximos et splendidos aptas?[3] Et mox deformavit aliquantos, quos sublatos virgines illae in exterioribus partibus structurae posuerunt. Et caeteri in eodem campo, unde fuerant sublati, non abiecti, sed repositi sunt, quoniam adhuc modicum deest ad structuram turris. Forsitan

---

12) Scripsi *deformati* c. Pal. Vat. p. *formati* vulg.

13) *illos* om. Vat.

14) *et ex his nigri pauci reperti sunt et hi* (prius *his*) Vat.

Cap. IX. 1) *considerare* p. *ut consideraret* Vat.

2) Duo membra *Et ego dixi: domine, nescio. Nihil ergo, inquit, excogitas de his?* exemplum Vat. non agnoscit.

3) *esses* Vat.

4) *multum* Vat.

5) *ire* Vat.

6) *quid te tricas* p. *quid igitur te implicas* Vat., qui mox *elig eligere* (sic) p. *eligere.*

7) *eligit* Vat.; mox cum eodem Lamb. et Pal. *deformavit* p. Fab. St. *efformavit* et Cotelerii *afformavit.*

8) *in eodem campo unde sumpti fuerunt* Vat.

Cap. VIII. 1) *turri* Pal.

2) *autem* bis extat in Pal.

Cap. IX. 1) *qui* Pal. Tum est adverb.

2) Mirum sane, quod heic legimus, cum inter omnes constet ac usque ad hunc diem in multis ruinis videre sit, antiquos in turribus exstruendis praesertim seculo secundo frequenter usos fuisse lateribus rotundis, rotundisque testis atque concavis.

3) *aptes* Pal.

quod aedificandum erit, et forsitan vult dominus hos lapides aptari in ea structura, quia valde candidi sunt.'[9] Vocatae sunt deinde[10] mulieres speciosissimae duodecim, nigra veste vestitae, incinctae, et exertis humeris, capillisque solutis. Videbantur autem mihi hae mulieres agrestes esse. Et iussit eas pastor ille tollere lapides illos,[11] qui de structura eiecti erant, et eos referri in montes, unde ablati fuerant. Et illae gaudentes sustulerunt omnes, et reportaverunt eos, unde extracti fuerant. Postquam autem nullus lapis circa turrim iaceret, ait mihi: ‚circumeamus hanc turrim, et videamus, nunquid aliquid[12] desit illi.' Coepimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam[13] decenter aedificatam, coepit valde hilaris esse; ita enim decenter aedificata fuerat, ut, qui vidisset, concupisceret structuram eius; quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec usquam commissura apparebat, sed ex petra una videbatur exsculpta.

(A) X. Ego autem huiusmodi turrim attente considerans valde laetabar.[1] Et ait mihi: ‚affer calcem et testas minutas,[2] ut formas eorum lapidum, qui sublati sunt de structura et iterum repositi,[3] expleam; ea enim, quae circa turrim sunt, omnia aequari debent.' Et feci sicut iussit mihi,[4] et attuli ad eum. Et ait mihi: ‚praesto adsis[5] mihi; et cito hoc opus perficietur.'[6] Complevit ergo formas illorum lapidum,[7] et iussit locum mundari circa turrim. Tunc virgines illae apprehenderunt scopas, et mundaverunt totum, et sustulerunt excrementa,[8] et sparserunt aquam; quo completo factus est locus delectabilis,[9] et turris decora. Ait deinde mihi: ‚omnia commundata sunt; si venerit Dominus hanc turrim consummare, nihil inveniet, quod de nobis queratur.' Haec cum dixisset, volebat abire.[10] At[11] ego apprehendi peram eius, et coepi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia, quae ostenderat, explicaret. Ait mihi: ‚habeo modicam occupationem, at omnia tibi explicabo; exspecta autem me heic,[12] dum venio.' Dico ei: ‚domine, quid heic[13] solus faciam?' Respondit: ‚non es solus, omnes enim virgines tecum sunt.' Et dixi: ‚trade me, domine, ergo eis.' At[14] ille vocavit illas, et dixit eis: ‚commendo vobis hunc, donec venio.' Remansi igitur cum virginibus illis. Illae autem hilares erant et affabiles mihi, praecipue tamen quattuor, quae caeteras praecedebant dignitate.

(A) XI. Dicunt mihi deinde virgines illae: ‚hodie pastor ille huc venturus non est.' Et ego dixi: ‚quid ergo ego[1] faciam?' Et dicunt

---

9) *quod edificandum erat* (c. punctis suppositis) *erit forsitan vult dominus eos lapides aptari in ea structura que valde candida est* Vat.

10) *Vocate deinde sunt* Vat., ubi in extrema sententia *capillis non dissolutis.* Harum mulierum nomina sunt: perfidia, intemperantia, incredulitas, voluptas in c. 15. Cfr. c. 13 et 18.

11) *tollerare lapides eos* Vat., ubi des. vocc. *et eos referri in montes, unde ablati fuerant. Et illae gaudentes sustulerunt omnes, et reportaverunt eos, unde extracti fuerant.*

12) *ne quid* p. *numquid aliquid* Vat., ibidem seq. *illi* correctum est ex *ille.*

13) Vox *eam* emendata est in Vat., ibidem ordinatur *valde hylaris esse cepit,* posthac *nec alicubi commissura parebat sed ex petra illa videbatur exsculpta.* Locus citatur ab Orig. in Comment. ad Osee T. II. p. 439. ed. Ruae.

Cap. X. 1) *Ego autem eiusmodi considerans bene valde letus eram.*

enim placet domino huius turris, et hos lapides in eadem structura aptari iubebit, quoniam splendidi sunt nimis. Et ecce mulieres duodecim valde speciosissimae nigra veste vestitae et ab humeris cinctae et capillis solutis: hae[4] visae sunt mihi silvaticae esse. Et iussit eis pastor ille tollere lapides illos, qui de structura abiecti erant, et referre in montes, unde fuerant allati. Illae autem cum hilaritate tulerunt, et reportaverunt eos ibi, unde eiecti erant. Verum cum essent omnes lapides sublati, nec aliquis lapis circa turrem relictus esset, ait mihi: circumeamus turrem et videamus, ne aliquid desit illi. Et cum coepisset circumire eam, vidit illam decenter aedificatam, et valde hilaris esse coepit. Ita enim eleganter erat aedificata, ut ex uno lapide speraretur esse structa. Commissura enim vel iunctura nulla apparebat, sed ex[5] petra illa turris nobis videbatur esse culta, et erat quasi monolitha.

(B) X. Unde ego circumiens cum eo hilaris eram, talia dona videns. Et ait mihi pastor ille: vade et adfer[1] calcem et testam minutam, ut lapidum illorum, qui sublati erant de structura, formam repleam; nam et ea, quae circa turrem sunt, omnia aequari debent. Et feci ego sicut iussit mihi, et id, quod iusserat, adtuli ad eum. Et ait mihi: praesto esto; cito opus hoc efficitur. Implevit ergo formas lapidum illorum, qui de structura erant ablati, iussitque eundem locum scopari, et in circuitu eiusdem turris commundari. Tunc virgines illae acceptis scopis munditias fecerunt, totumque stercus sustulerunt, et aquam sparserunt. Quo facto locus ille evasit hilaris, et decori fuit eidem turri. Tunc ait mihi: omnia commundata sunt. Si venerit dominus, ut consideret hanc turrem, non habebit de nobis queri. Haec cum dixisset, volebat a me ire. Ego autem adpraehensa pera eius rogavi eum per Dominum, ut mihi omnia, quae ostenderat, exsolveret. Ille autem dixit mihi: pusillum habeo occupationis, et omnia tibi exsolvam; sed exspecta me hic, cum[2] venio. Et ego illi dixi: domine, quid hic facturus sum solus? Nam illae virgines omnes tecum sunt. Ego ergo rogavi illum, ut me ipse illis traderet. Ille autem vocavit eas, et dixit illis: commendo vobis hunc, dum venio; et mox discessit. Remansi igitur cum illis virginibus. Illae autem mihi hilares satis et affabiles erant, praecipue[3] tamen illae quattuor, quae erant dignitosissimae.

(B) XI. Et coeperunt ad me ita dicere: ille pastor huc hodie venturus non est. Et ego dixi: quid ergo faciam? Et illae mihi dixerunt:

---

2) *et testa minuta* Vat.
3) *iterum repositos* p. *et iterum repositi* Vat.
4) *me* Vat.
5) *sis* Vat.
6) *efficietur* Vat.
7) *formas lapidum eorum* Vat., qui om. *locum.*
8) *et substulerunt stercus* Vat.
9) *hylaris* Vat.
10) *ire* Vat.
11) *Ac* Vat., in fine *exsolveret.*
12) *at omnia tibi exsolvam. Expecta me autem hic* Vat.
13) *hic* Vat.
14) *Ac* Vat.

Cap. XI. 1) *ego* om. Vat.
4) *haec* Pal.
5) *sed ex* repetitur in Pal., ubi haud dubie scribendum *sculpta* p. *culta.*

Cap. X. 1) *adfers* cum puncto supra *d* lit. posito Pal., ibidem *de structurum.*
2) Forte *dum.*
3) *praecipuae* Pal.

mihi: ‚usque in vesperam exspecta, si forsan venerit et loquetur tecum; sin minus,[2] nobiscum, dum veniat, manebis.' Dixi eis: ‚exspectabo eum usque ad vesperam; quodsi non venerit, domum ibo, et revertar mane.' Responderunt mihi: ‚nobis assignatus[3] es; non potes recedere a nobis.' Et dixi: ‚ubi manebo?' Dicunt mihi: ‚nobiscum[4] dormies ut frater, non ut maritus; frater enim noster es, et de caetero tecum habitare paratae sumus; valde enim carum te habemus.' Ego autem erubescebam cum eis manere. Ea vero, quae ex illis prima esse videbatur, amplexata me est,[5] et osculari me coepit. Caeterae vero, cum vidissent me amplexari ab illa, et ipsae coeperunt me ut fratrem osculari, et ducere circa turrim, et ludere mecum.[6] Quaedam autem ex illis psalmos canebant, quaedam choros ducebant. Ego autem circa turrim in[7] silentio laetus cum eis ambulabam, et videbar mihi iunior factus esse. Postquam vero vespera esse coepit, domum repente abire volebam; illae autem retinuerunt me, et non permiserunt abire.[8] Mansi ergo illa nocte cum eis iuxta eandem turrim.[9] Straverunt autem[10] tunicas suas linteas in terram, et me in medio collocaverunt, nec quicquam aliud faciebant, nisi quod[11] orabant. Sed et[12] ego cum illis sine intermissione orabam, neque minus quam illae. Quae cum me sic orantem vidissent, ingens gaudium[13] perceperunt; et cum eis illic fui[14] usque ad diem posterum. Et cum adorassemus Dominum, tunc venit pastor ille, et ait ad illas: ‚nullam ei fecistis iniuriam?'[15] Et dixerunt ei: ‚ipsum interroga.' Dico ei: ‚domine, magna voluptas me cepit,[16] quod mansi cum eis.' Et dixit mihi: ‚quid coenasti?' Et dixi: ‚coenavi, domine, tota nocte verba Domini.' ‚Bene,' inquit, ‚te acceperunt?' Et dixi: ‚bene,[17] domine.' ‚Nunquid vis nunc audire?' Et dixi: ‚volo,[18] domine; et primum, sicut te interrogavero, rogo ut sic mihi demonstres.' ‚Quemadmodum vis,' inquit, ‚sic tibi rem explanabo,[19] nec quicquam te celabo.'

(A) XII. ‚Primum omnium, domine,' inquam, ‚hoc[1] mihi demonstra; petra haec et porta quid sunt?' ‚Audi,' inquit: ‚petra haec et porta Filius Dei est.' ‚Quonam pacto,'[2] inquam, ‚domine, petra vetus est, porta autem nova?' ‚Audi,' inquit, ‚insipiens, et intellige. Filius quidem Dei omni[3] creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova est, quia in consummatione novissimis[4] diebus apparebit, ut, qui assecuturi sunt salutem,

---

2) *Usque in vespera expecta eum. Si venerit forsan loquetur tecum· si minus* Vat.

3) *consignatus* Vat.

4) *enim* inserit Vat.; eiusdem *enim* post *de caetero* locum suum non tuetur.

5) *prima videbatur esse amplexa est me* Vat. Illa est *fides* secundum c. 15.

6) *et ipsae ceperunt me osculare et ducebant circa turrim et ludebant mecum* Vat.

7) *in* om. Vat., qui postmodo *et videbar in velut iuniorem esse factus.*

8) *Postquam vero vesper cepit· domum ire volebam· Ille autem detinuerunt me et non permiserunt me ire* Vat.

9) *Mansi eadem nocte cum eis ad eandem turrim* Vat.

10) *autem* om. Vat.

11) *quod* deest in Vat.

12) *et* om. Vat., ubi *orabam sine intermissione· nec.*

13) *Que cum vidissent me orantem magnum gaudium* Vat.

14) *ibi* p. *illic fui* Vat.

15) *Ne forte fecistis ei iniuriam* Vat.

usque in vesperum exspecta eum, si venerit, utique loquetur tecum: quodsi non venerit, manebis nobiscum, dum venerit. Et ego dixi eis: exspectabo eum usque in vesperum; quodsi non venerit, domum ibo, et revertar mane. Illae autem virgines responderunt mihi: nobis adsignatus es; non potes discedere a nobis. Et ego dixi: ubi ergo manebo? Et illae dixerunt: nobiscum dormies, sed sicut frater, non utut maritus; frater enim noster es. A modo tecum mansurae sumus; valde enim te diligimus. Ego autem erubescebam cum illis manere. Illa vero, quae ex his prima videbatur esse, amplectitur me, oscularique coepit. Caeterae quoque, cum vidissent me amplexatum ab illa, et ipsae coeperunt me osculari, et ducere me circa turrem, et ludere mecum. Ego vero quasi iuvenior factus etiam ipse ludebam. Quaedam enim ducebant choros, quaedam cantabant; ego vero silentium [praestans] cum eis circa turrem ambulabam. Hilaris autem eram cum illis, et postquam vespera esse coepit, ire domum volebam. Illae autem virgines non dimiserunt, sed detinuerunt me, et ego mansi cum illis illa nocte ad turrem. Straverunt autem in terra tunicas lineas suas,[1] et me in medio conlocaverunt. Nihil aliud autem faciebant, nisi orabant; unde et ego non minus quam illae sine intermissione cum illis orabam. Gaudebant autem et illae, quod sic et ego orabam. Denique cum mansissem cum illis, etiam pastor ille hora secunda venit, et ait ad virgines illas: nunquid iniuriam illi fecistis? Et illae dixerunt: interroga ipsum. Ego autem respondi: voluptatem percepi, domine, quod mansi cum ipsis. Et ille dixit mihi: quid coenasti? Et ego dixi: coenavi, domine, verba Domini tota nocte. Et ille dixit: bene te acceperunt? Et ego dixi: etiam, domine. Et ait mihi: ecce nunc, quid vis audire primum? Et ego dixi: sicuti ab initio mihi ostendisti, domine, sic rogo te, domine, ut quomodo rogavero, sic enunties mihi. Quemadmodum vis, [inquit,] sic tibi exsolvam, nec quicquam te celabo.

(B) XII. Et ego dixi: primo omnium, domine, hoc mihi domonstra de petra et de porta. Et dixit mihi: petra et porta filius Dei est. Et ego dixi: quemadmodum, domine? nam petra vetus est, porta autem nova. Illa autem dixit mihi: intellige, insipiens. Filius quidem Dei antiquior est totius creaturae Dei, ita ut consilio fuerit patri suo in constituenda tota creatura, quae est in ipso. Et ego dixi: domine, porta haec quare nova est? Ille autem dixit mihi: quoniam in consummatione novissimi diei apparebit, ut qui sunt accepturi salutem, per eam intret

---

16) *magnam voluptatem cepi* Vat.

17) *ita* Vat.

18) *Ita* Vat., ubi deest seq. *et*, dein *me* p. *mihi*.

19) *Quem ad modum inquit vis sic tibi exolvam* Vat.

Cap. XII. 1) Vocc. *inquam, hoc* om. Vat.

2) *Quemadmodum* Vat. sine subseq. *inquam*. Cfr. I Cor. 10, 4. Ioan. 10, 7. 9.

3) *omni* man. sec. supplevit ad oram Vat., qui enuntiationem terminat *ita ut consilio fuerit patri suo constituendo eam creaturam*. Cfr. Ioan. 1, 1—3. 10.

4) *In novissimis* vulg. Cum Vat. exclusi *in* praep., quam ex antecedentibus irrepsisse crediderim. In Vat. *est* (cum puncto supposito) *apparuit* p. *apparebit*. Cf. Pal. Notat Gall.: Mss. Angl. et Carm. *apparuit*. Vulgata lectio confirmari potest ex Hebr. 10, 28. quo forte respexit Hermas. Altera vero Mss. ex Heb. 1, 1. 2.

Cap. XI. 1) *sua* Pal.

per eam intrent in regnum Dei. Vidisti,' inquit, ‚lapides illos,[5] qui per portam translati sunt, in structuram turris collocatos; eos vero, qui non erant translati per portam, abiectos in locum suum?' Et dixi: ‚vidi, domine.' ‚Sic,' inquit, ‚nemo intrabit in regnum Dei, nisi qui acceperit[6] nomen Filii Dei. Si enim in civitatem aliquam volueris intrare, et civitas illa cincta[7] sit muro, et unam habuerit tantummodo portam, nunquid poteris aliunde intrare civitatem illam, nisi per portam, quam habet?' ‚Et quonam modo,'[8] inquam, ‚domine, aliter fieri potest?' ‚Sicut ergo,' inquit, ‚in illam[9] urbem non potest aliter intrari, quam per portam eius; ita nec in regnum Dei potest aliter intrari, nisi per nomen Filii eius, qui est ei carissimus.' Et dixit mihi: ‚vidisti turbam eorum, qui aedificabant[10] turrim illam?' ‚Vidi,' inquam, ‚domine.' Et dixit mihi:[11] ‚illi omnes nuntii sunt dignitate venerandi. His igitur velut muro[12] cinctus est Dominus. Porta[13] vero Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum.[14] Aliter ergo nemo intrabit ad Deum,[15] nisi per Filium eius. Vidisti,' inquit, ‚illos sex viros, et in medio eorum praecelsum virum illum ac magnum,[16] qui circa turrim ambulavit, et lapides de structura reprobavit?' ‚Vidi,' inquam, ‚domine.' ‚Ille,' inquit, ‚praecelsus[17] Filius Dei est; et illi sex nuntii sunt dignitate conspicui, dextra laevaque eum circumstantes. Ex his,' inquit, ‚excellentibus nuntiis nemo sine eo intrabit ad Deum.'[18] Et dixit: ‚quicunque ergo nomen eius non acceperit, non intrabit in regnum Dei.'[19]

(A) XIII. Et dixi:[1] ‚quid est deinde haec turris?' ‚Haec,' inquit, ‚ecclesia est.' ‚Et virgines hae, quae sunt, domine?' Et dixit mihi:[2] ‚hae,' inquit, ‚spiritus sancti sunt; non aliter enim homo potest in regnum Dei intrare, nisi hae induerint[3] eum veste sua. Etenim nihil proderit tibi[4] accipere nomen Filii Dei, nisi etiam et vestem earum[5] acceperis ab eis. Hae namque[6] virgines potestates sunt Filii[7] Dei. Ita frustra nomen eius portabit quis, nisi etiam potestates eius portaverit.' Et dixit mihi:[8] ‚vidisti lapides illos, qui abiecti sunt? Illi[9] enim nomen quidem portarunt, vestem autem illarum non induerunt.' Et dixi: ‚quae est vestis earum, domine?' ‚Ipsa,' inquit, ‚nomina vestis earum est.'[10]

---

5) *Vidistis inquit eos lapides* Vat., sub periodi finem *in loco suo*.

6) *acceperint* Vat.

7) *fuerit* Vat., qui ordinat *portam tantummodo*.

8) *Et quemadmodum* Vat.

9) *eamdem* Vat., ex quo c. Pal. et ed. pr. accessit proximum *aliter*; ille subinde *intrare* p. *intrari*, sicuti postmodo.

10) *edificaverunt* Vat.

11) *mihi* addidi c. Fab. St. Pal. Vat., in quo quidem deest seq. *illi*, idem *dignosi* p. *dignitate venerandi*.

12) *velut in muro* Vat.

13) Hinc nonnulli deducere conati sunt, Hermam doctrinae de ὁμοουσία contradicere. Cfr. Iachm. l. c. p. 71. Simili figura de *porta* seu *ostio* Dominus ipse usus est. Ioan. 10, 9. *H.*

14) *dominum* Pal. Vat. Cfr. Ioan. 14, 6.

15) *dominum* Vat.

16) *in medio eorum honestum virum et magnum* Vat, in fine *portavit* p. *reprobavit*.

17) *honestus* Vat., ubi *nuncii sunt dignitosi dextera levaque eum contenentes*.

18) *Et his inquit dignitosis nunciis nemo sine hoc intrabit in regnum ad domini* habes in Vat., ubi librarius vocabulis *in regnum* puncta supposuit.

19) Vocc. *regnum dei* in Vat. erasa transparent.

Cap. XIII. 1) Simili modo similitudines in IV Esdr. 2, 44—48. explicantur. Cfr. Iachm. l. c. p. 64. et Vis. 1, 3. *H.*

in regnum Dei. Et postea coepit dicere mihi: vidisti lapides illos, qui per portam ierunt, et redierunt iterum in turris structuram, et eos, qui non redierunt, sed rursus in locum suum abiecti sunt? Et ego dixi: vidi, domine. Et ille dixit: ideoque sic in regno Dei nemo intrat nisi acceperit nomen filii Dei. Et adiecit: sic est, inquit; sicut qui in urbem aliquam ire voluerit, et illa cincta sit muro et non habeat nisi unam tantummodo portam, nunquid potest aliquis intrare eam, nisi per portam eius? Et ego dixi ei: domine, quomodo autem aliter fieri potest? Et ait mihi: utique quomodo aliter non potest aliquis intrare in civitatem illam,[1] nisi per portam eius, ita nec in regnum Dei potest homo aliter intrare, nisi per nomen filii eius, qui est ei carus. Et ait mihi: vidisti illam turbam, quae aedificabat[2] turrem? Vidi, inquam, domine. Et ait mihi: illi omnes nuntii sunt illius dignitosi. Ipsis ergo velut muro cinctus est Dominus; porta vero filius Dei est, cui portae unus est introitus ad Dominum. Ergo nemo aliter intrat, nisi per filium eius. Et iterum dixit mihi: vidisti illos sex viros, et in medio eorum honestum atque magnum virum, qui circa turrem ambulavit, et lapides structurae reprobavit? Vidi, inquam, domine. Et ait mihi: ille vir honestus filius Dei est, et illi sex honesti nuntii sunt dextra laevaque eum continentes; nam et [ex] sex istis dignitosis nuntiis nemo intrat ad Deum patrem eius nisi per filium. Quicunque ergo nomen eius non acceperit, non intrat in regnum Dei.

(8) XIII. Et dixi ei: domine, turris haec quid est? Et ait mihi: turris haec ecclesia est. Et dixi ei: domine, virgines hae quae sunt? Et dixit: sancti spiritus sunt. Non aliter homo in regno Dei potest inveniri, nisi hae virgines eum sua veste induerint. Si enim solum nomen acceperit, habitum autem ab istis non acceperit, nihil proderit. Hae autem virgines potestates sunt filii Dei. Si ergo nomen quidem eius geras, virtutem autem ac potentiam eius non feras,[1] frustra nomen eius feres. Et iterum dixit mihi: vidisti lapides illos, qui sunt abiecti? Et ego dixi: vidi. Et ait mihi: illi quidem nomen Dei tulerunt, vestem autem harum non induerunt. Dico ei: domine, dic mihi, quae est vestis illarum? Et ille ait mihi: quicunque nomen filii Dei[2] portat, harum quo-

---

2) *mihi* om. Vat.

3) *has induerit* Vat. Spiritus sanctus respectu multiplicium donorum suorum per plures virgines repraesentatur, tamen *unus* statim dicitur. *Oxon.* Cfr. infra c. 15. et Vis. 3, 8. Matth. 22, 11. Rom. 13, 14.

4) *tibi proderit* collocatur in Vat.

5) *harum* Vat.

6) *Hec enim* Vat., ubi *H* litera depicta apparet, ac si alius similitudinis exordium fuisset notandum.

7) *Filii* om. Vat. Post voc. *Dei* dimidium versus relictum est vacuum. Lacunam excipiunt haec: *ita sine causa nomen portabit nisi etiam potestates eius tulerit.*

8) *mihi* om. Vat., qui *eos lapides* p. *lapides illos.*

9) *hii* Vat., dein *tulerunt* p. *portarunt*, tum *harum* p. *illarum.*

10) *Ipsa inquit nomen earum vestis est* Vat.

Cap. XII. 1) *civitate illa* Pal., ubi similiter *regno.*

2) *aedificabatur* Pal.

Cap. XIII. 1) *feres* Pal.

2) Exclusi Codicis Pal. alterum *portat* ante *dei*, ibidem est *debent.*

Quicunque ergo,' inquit, ‚nomen Filii[11] Dei portat, harum quoque nomina portare debet; nam et Filius nomina portat earum. Quoscunque,' inquit, ‚lapides vidisti in structura remansisse per manus harum traditos, earum potestate vestiti sunt.[12] Ideoque totam turrim concordem[13] vides cum petra, et velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii, qui crediderunt Deo per Filium eius, induti sunt spiritum hunc.[14] Ecce unus erit spiritus, et unum corpus, et unus color vestium eorum; sed et illi assequentur ista, qui portaverint[15] nomina virginum harum.' Et dixi: ‚quare ergo, domine, abiecti sunt lapides, qui reprobati fuerunt, cum ipsi per portam translati fuerint,[16] et traditi per manus virginum harum in structuram turris huius?' ‚Quoniam,' inquit, ‚cura tibi est, omnia diligenter inquirere, audi de iis[17] lapidibus, qui abiecti sunt. Hi omnes nomen Filii Dei[18] acceperunt, sed et potestatem virginum harum. His ergo spiritibus acceptis consummati fuerunt, et in numerum servorum Dei redacti, et unum corpus eorum esse coepit atque una vestis; eandem[19] enim sentiebant aequitatem, quam pariter exercebant. At[20] vero postquam viderunt mulieres illas, quas advertisti nigra veste vestitas, exertis humeris et solutis crinibus, concupiverunt solicitare illas ob pulcritudinem earum, et induti sunt potestate earum; virginum vero proiecerunt amictum. Hi igitur abiecti sunt a domo Dei, et traditi mulieribus illis. At hi, qui[21] non sunt corrupti pulcritudine earum, in domo Dei remanserunt. Habes,' inquit,[22] ‚horum lapidum, qui abiecti sunt, explicationem.'

(A) XIV. Et dixi: ‚si qui[1] ergo, domine, hominum, qui huiusmodi sunt, egerint poenitentiam, et abiecerint cupiditatem mulierum illarum,[2] et conversi redierint ad virgines, et earum potestatem induerint, nonne intrabunt in domum Dei?' ‚Intrabunt,' inquit, ‚si abiecerint[3] omnia opera mulierum illarum, et harum virginum resumpserint potestatem, et in operibus earum ambulaverint. Et ideo intermissio facta est struendi, ut, si hi egerint poenitentiam, adiiciantur in structuram turris, si autem[4] non egerint poenitentiam, alii struantur loco eorum, et illi tunc abiiciantur in toto.' Ad haec omnia gratias egi Domino, quod in omnes, in quibus invocatum est nomen eius, motus clementia miserit praesidem nuntium poenitentiae ad nos, qui deliquimus ei; et quod renovaverit spiritus nostros iam certe deficientes, neque habentes spem salutis, nunc vero recreatos ad redintegrationem vitae.[5] Et dixi: ‚nunc, domine, demonstra

11) *Filii* om. Vat., sub finem leg. *Etenim filius nomina portat* absque *earum*. Oxon. de nomine Filii Dei ab electis gestato refert ad Apoc. 2, 17. 3, 12. 14, 1.

12) *in structura remisisse traditos per manus earum· harum potestate vestiti sunt* Vat.

13) *concordem* non exh. Vat. — Hermam de *unitate ecclesiae* loqui monet Rothe, Anf. d. christl. Kirche p. 596. *H.* Cfr. Orig. Philoc. c. 8.

14) *hi qui crediderunt dominum per filium eius induti sunt hoc spiritum* Vat., *induti hos spiritus* Pal., i. e. induti his virtutibus.

15) *tulerint* Vat.

16) *qui reprobati sunt. Cum et ipsi translati sunt* Vat., in fine *huius turris*. Cfr. supra c. 6 et Vis. 3, 5.

17) *his* Vat.

18) *dei filii* transp. Vat.

19) *consummati sunt et in numero servorum dei redacti sunt et unum corpus eorum cepit esse atque una vestis ad eandem* Vat.

20) *Ac* Vat., deinde *animadvertisti* p. *advertisti*, mox *humeris et dissolutis crinibus concuperunt enim eas sollicitari pulcritudinem earum*, in fine erat *admictum*.

21) *Ac qui* p. *At hi, qui* Vat.

22) *inquit* om. Vat. in fine leg. *exolutionem*.

que nomina portare debet, quia et ipse filius Dei harum nomina portat. Quoscunque igitur vidisti lapides in turris structuram[3] processisse traditos per manus harum virginum, et mansisse in eadem structura, harum sunt potestate vestiti. Ideoque vidisti[4] totam turrem monolitham cum petra factam. Si quoque et illi, qui per filium eius credunt Domino, induti hos spiritus, erunt in uno spiritu et in unum corpus,[5] et unus color vestium eorum [erit,] quia et isti, qui tulerunt nomina virginum, sic erunt. Et ego iterum interrogavi illum: qui sunt illi lapides, qui per portam vel per manus virginum translati in structuram[6] turris postea reiecti sunt? Quare reprobati sunt, domine? Ille autem dixit mihi: quia curae tibi est, omnia diligenter inquirere, audi et de istis lapidibus, qui abiecti sunt. Illi quidem omnes nomen filii Dei acceperunt, sed et potestatem[7] virginum harum acceperunt; et his spiritibus acceptis confirmati sunt, et erant cum servis Domini. Et erat eorum unum corpus atque unus spiritus, quod idem sentiebant, et aequitatem pariter exercebant. Post aliquantum autem temporis persuasi sunt a mulieribus, quas vidisti nigra veste vestitas, nudatis humeris et capillis solutis et specie formosas. Quas cum vidissent, concupierunt et induti sunt potentiam illarum, et harum virginum potentiam abiecerunt. Ipsi sunt ergo, qui abiecti sunt a domo Dei, et traditi sunt mulieribus illis. Alii autem, qui non sunt corrupti pulcritudine earum, in domo Dei remanserunt. Et ait mihi: ecce habes et horum lapidum, qui abiecti sunt, exsolutionem.

(B) XIV. Et ego dixi: quid ergo, domine, isti homines, si egerint poenitentiam, et abiecerint[1] cupidinem mulierum illarum, et redierint ad has virgines, et induerint poenitentiam earundem virginum, si non fuerint in opera mulierum illarum morati, non intrabunt in domum Dei? Et ait mihi: intrabunt, si abiecerint omnia opera mulierum illarum, et istarum virginum resumpserint potentiam,[2] et in operibus ipsarum ambulaverint. Nam ideo intermissio facta est struendae turris, ut si egerint poenitentiam, adiciantur in ipsius structuram turris. Si autem non egerint poenitentiam, alii in loco illorum in structuram[3] ibunt, et illi in aeternum abiecti erunt. Ad singula haec gratias egi Deo, quod in omnes, in quos invocatum est nomen eius, motus misericordiam suam profuderit, et ad nos, qui deliquimus in eum, nuntium poenitentiae miserit, et renovaverit spiritus nostros, nosque iam defectos neque spem salutis habentes recreaverit, redintegratione dando[4] nobis vitam. Nunc ergo, domine, de-

Cap. XIV. 1) *Et si quis* absque *dixi* Vat. Cfr. Vis. 3, 7.

2) *earum* Vat., dein *et harum potestatem induerint non intrabunt in domo dei.*

3) *abiecerunt* erat in Vat.

4) Membrum *egerint poenitentiam, adiiciantur in structuram turris, si autem* non agnoscit Vat.; in eodem subinde erat *non erint,* mox leg. *et hi* p. *illi,* in fine *in totum in totum,* postremis duobus vocc. lineola subsignatis.

5) *Ad hec singula gratias dominum quidem in omnes in quibus invocatum est nomen eius invocatum* (c. punctis suppositis) *motus clementia miserit presidem nuncii penitentie ad nos qui delinquimus ei et quod renovaverit spiritus nostros. Iam enim defectus neque habentes spem salutis recreati ad reintegrationem vite* Vat.

3) *structura* Pal.

4) *vidi* Pal.

5) *erant in uno spiritu et in unum corpus* Pal.

6) *structura* Pal.

7) *potestate* Pal.

Cap. XIV. 1) *abicerent* Pal.

2) *penitentiam* Pal.

3) *structura* Pal.

4) *recreavit rediisset grando* Pal.

mihi, quare non in terra aedificatur haec[6] turris, sed supra petram et portam?' ‚Quoniam,' inquit, ‚insipiens et sine intellectu es,[7] ideo interrogas.' Et dixi: ‚necesse habeo, domine, omnia te interrogare, quoniam nihil omnino intelligo; responsa enim omnia magna[8] et praeclara sunt, et quae homines vix intelligere possunt.' ‚Audi,' inquit: ‚nomen Filii Dei magnum et immensum est, et totus ab eo sustentatur orbis.'[9] ‚Si ergo,' inquam, ‚omnis Dei creatura per Filium eius sustentatur, cur non et eos sustinet, qui invitati sunt ab eo, et nomen eius ferunt, et in praeceptis eius ambulant?'[10] ‚Nonne[11] etiam vides,' inquit, ‚quod sustinet eos, qui ex totis praecordiis portant nomen eius? Ipse igitur fundamentum est[12] eorum, et libenter portat eos, qui non negant nomen eius, sed libenter sustinent illud.'

(A) XV. Et dixi: ‚demonstra mihi, domine, nomina virginum harum et mulierum illarum, quae nigra veste sunt indutae.'[1] ‚Audi,' inquit: ‚nomina virginum,[2] quae potentiores sunt, quae obtinuerunt angulos portae. Haec sunt nomina earum:[3] prima vocatur ‚fides,' secunda ‚abstinentia,' tertia ‚potestas,' quarta ‚patientia.' Caeterae autem, quae infra has consistunt,[4] his nominibus vocantur: ‚simplicitas, innocentia, castitas, hilaritas, veritas, intelligentia,[5] concordia, caritas.' Quicunque itaque portant haec nomina et nomen Flii Dei, in regnum Dei poterunt intrare. Audi[6] nunc mulierum nomina, quae nigra veste vestitae sunt. Ex his quattuor potentiores sunt: quarum prima ‚perfidia,' secunda ‚intemperantia,' tertia ‚incredulitas,' quarta[7] ‚voluptas' nominatur. Sequentes vero harum sic nominantur: ‚tristitia, malitia, libido, iracundia, mendacium, stultitia, inflatio, odium.' Hos spiritus qui portat Dei servus, regnum[8] Dei videbit quidem, sed non intrabit in illud.' ‚Lapides vero illi,[9] domine, qui de profundo in structura aptati sunt, qui sunt?' ‚Decem,' inquit, qui in fundamentis collocati sunt, primum seculum[10] est; sequentes viginti quinque, secundum seculum[11] est iustorum virorum. Illi autem triginta quinque, Prophetae Domini ac[12] ministri sunt. Quadraginta vero Apostoli et doctores sunt praedicationis Filii Dei.' Et dixi: ‚cur ergo, domine, virgines illae etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt, translatos per portam?' Et dixit: ‚hi enim primi spiritus illos portaverunt,[13] et

---

6) *haec* om. Vat. Cfr. supra c. 3.

7) *es* in Vat. ponitur post *insipiens.*

8) *quoniam nihil omnino intelligo responsa. Omnia enim magna* exh. Vat., in fine *possint.*

9) *magnum est, et immensum est et totus sustentatur ab eo orbis* Vat. Cf. Pal. Splendidum sane atque amplum orthodoxae auctoris nostri christologiae testimonium. Cfr. Hebr. 1, 3.

10) *Sic ergo omnis dei creatura per filium eius sustinetur. Cur et eos non sustineat qui mutati sunt ab eo et nomen eius ferunt et in eius praeceptis ambulant* Vat.

11) *Atque* Vat.

12) *est fundamentum* transp. Vat., dein *quoniam* p. *qui*, in fine *sed sustinent eum libenter.* Non mutavi *illud* quod Hef. in textum recepit ex Clerici marg., quia eandem lectionem c. Lamb. praebet etiam Pal.; *ipsum* Fab. St., *illum* Cot.

Cap. XV. 1) *vestite* Vat.

2) Cfr. Vis. 3, 8. Locum laudant Orig. hom. 13. in Ezech. et Auctor operis imperf. in Matth. 19, 28.

3) Maiori signo distinxi c. Fab. St. Pal. Vat. post *portae*, dedique cum iisdem *Haec sunt nomina earum* p. Cot. *haec sunt*, deinde 2^a — 3^a — 4^a Vat.

4) *quae inter has constiterunt* Vat.

monstra mihi, quare non haec turris in terra aedificata est, sed supra petra et supra porta? Et ait mihi: quare insipiens es et sine intellectu, [ideo interrogas.] Et dixi ei: necesse habeo, domine, omnia te interrogare, quia nihil omnino intelligere possum; omnia enim magna et praeclara sunt, et hominibus difficillima ad intellectum. Et dixit mihi: audi. Nomen filii Dei magnum et inmensum est, et totum mundum ipse est qui sustinet. Si ergo omnis creatura Dei per filium sustinetur, quid putas eos [non sustineri,] qui vocati sunt ab illo? Nomen enim eius ferunt, et in praeceptis eius ambulant. Vides, inquit, quomodo sustinet eos, qui ex totis praecordiis nomen eius portant. Ipse autem fundamentum est eorum, et libenter eos sustinet, quoniam et ipsi non erubescunt nomen eius ferre, sed libenter illud ferunt.

(B) XV. Et dixi ei: monstra mihi, domine, nomina virginum harum, vel illarum mulierum, quae nigra veste vestitae sunt. Et dixit mihi: audi nomina harum virginum, quae sunt potentiores, quaeque stant in angulis portae. Haec sunt nomina earum: prima fides, secunda abstinentia, tertia patientia, quarta magnanimitas. Illae autem aliae, quae iuxta ipsas sunt, his nominibus vocantur: simplicitas, innocentia, concordia, caritas, castitas, hilaritas, veritas et prudentia. Quicunque ergo portat haec nomina et nomen filii Dei, in regnum Dei poterit intrare. Audi nunc, inquit, et mulierum illarum nomina, quae nigram vestem habent. Hae sunt quattuor potentiores, quarum prima perfidia, secunda intemperantia, tertia incredulitas, quarta dulcedo seculi, et sequentes illarum ita vocantur: maestitia, nequitia, libido, iracundia, mendacium, stultitia, detractio et odium. Hos spiritus qui portat Dei servus, regnum quidem Dei videbit, sed non poterit intrare in illud. Et dixi ei: domine, illi lapides, qui de profundo in structuram turris sunt aptati, qui sunt? Et dixit mihi: illi primi decem, qui in fundamentis sunt conlocati, primae scripturae genesis[1] sunt; illi autem sequentes viginti et quinque secundum seculum est iustorum virorum; illi autem triginta quinque prophetae Domini ac ministri; quadraginta vero apostoli doctoresque: hi sunt praedicatores filii Dei. Et dixi illi: domine, quare ergo etiam istos lapides virgines illae in structuram turris porrexerunt, et per portam eos transtulerunt? Et dixit mihi: illi sunt primi, qui spiritus harum virginum portaverunt. Et sic ab invicem omnino non recesserunt, ut

---

5) *et veritas· Intelligentia* p. *veritas, intelligentia* Vat.

6) Cfr. supra c. 13.

7) 2^a — 3^a — 4^a Vat., subinde *dulcedo* in textu, man. sec. *voluptas* ad oram.

8) *dei servos in regnum* Vat.

9) *illi* om. Vat., qui *structuram aptati sunt. Qui sunt domine·*

10) *secundum* Vat., ad oram man. sec. *seculum.*

11) *seculum* in textu omissum sec. man. margini apponitur in Vat., subinde *est sanctorum virorum* Cfr. supra capp. 3. 4. Est, qui Hermam secundo seculo vixisse hinc desumat. Ast ex c. 16. non de ecclesiae, sed de virorum iustorum V. T. secundo seculo hic agi elucet. Primum seculum (ὁ *πρῶτος αἰὼν*) referendum esse videtur ad decem Patriarchas ante diluvium superstites (Gen. 5). Cfr. Hilgenfeld p. 154. l. c.

12) *ac* om. Vat. Cfr. supra c. 4.

13) *Hi enim spiritus primi portaverunt eos* Vat., deinde *hi spiritus eius usque in diem quietis· Qui nisi hi spiritus hos spiritus,* in fine *huius turris.*

Cap. XV. 1) *genesi* Pal., postea *predicatoresque*, fortassis scribendum *praedicatores regni.*

omnino alius ab alio non recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines a spiritibus; sed iuncti fuerunt hi spiritus eis usque ad diem quietis; qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structurae turris huius.

(A) XVI. Et dixi: ‚etiamnunc, domine, demonstra mihi.' ‚Quid quaeris?' inquit. ‚Quare,' inquam, ‚de profundo hi lapides[1] ascenderunt, et positi sunt in structuram turris huius, cum[2] iampridem portaverint spiritus iustos?' ‚Necesse est,' inquit, ‚ut[3] per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim in regnum Dei aliter intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitae. Illi[4] igitur defuncti sigillo Filii Dei signati sunt, et intraverunt in regnum Dei. Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti destinatus est; at ubi accipit illud sigillum,[5] liberatur a morte, et traditur vitae. Illud autem sigillum[6] aqua est, in quam descendunt homines morti obligati, ascendunt vero vitae assignati; et illis igitur praedicatum est illud[7] sigillum, et usi sunt eo, ut intrarent in regnum Dei.' Et dixi: ‚quare ergo, domine, et illi[8] quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo, iam habentes illud sigillum?' Et dixit: ‚quoniam hi Apostoli et doctores, qui praedicaverunt nomen Filii Dei, cum habentes fidem eius[9] et potestatem defuncti essent, praedicaverunt illis, qui ante obierunt, *et ipsi dederunt eis hoc sigillum. Descenderunt igitur in aquam cum illis, et iterum[10] ascenderunt. Sed hi[11] vivi ascenderunt; at illi,[12] qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descenderunt, sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, et cognoverunt Filium Dei; ideoque ascenderunt cum eis, et convenerunt in structuram turris; nec circumcisi, sed integri aedificati sunt, quoniam aequitate pleni cum summa castitate defuncti sunt; sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis. Habes horum explanationen.'[13]

*καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγίδα τοῦ κηρύγματος. Κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἀλλ' οὗτοι ζῶντες κατέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ οἱ προκεκοιμημένοι νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν

Cap. XVI. 1) Ex profundo allati sunt lapides 10 et 25 et 35 et 40, i. e. viri iusti primi et secundi seculi, Prophetae V. T., et Apostoli N. T. Cfr. supra c. 3 et 4. Cur et Apostoli N. T. ex profundo adducti fuerint, mox perspicies. *H.* Subinde *ascenderant* Vat.

2) Sensus est: cur viri probi Veteris Testamenti *novae* ecclesiae adaptantur, quum ipsi iam dudum ante adventum Christi in iustitia sint mortui? Respondetur: baptismo illi indigebant. *H.* Postmodo *portaverunt* Vat.

3) *ut* om. Vat. — Quandoquidem lavatio corporibus competit, non animis, Noster necessario intelligit Baptismum Metaphoricum et Mysticum, bona videlicet, quae in Baptismate a Deo conceduntur. Quod ergo dicit, istud est: Patriarchae, Prophetae, caeterique homines iusti, ante Christi adventum denati, cum virtutibus abundassent, ad ingrediendum in regnum Dei indigebant solummodo sigillo Filii Dei, seu Baptismate; (Baptisma enim ita passim apud Patres appellatur, rationemque denominationis illius reddit Theologus Gregorius Orat. 40.) hoc est, indulgentia baptismali. Quocirca Apostoli et doctores Evangelistae ipsi baptizati praedicaverunt post mortem suam iustis mortuis Baptismum ac fidem; descenderuntque cum illis in aquam; eo modo quo Philippus et Eunuchus Act. VIII, 38. descenderunt in aquam, ut hunc ille baptizaret; atque ex aqua ascenderunt; cum hac differentia, quod Apostoli, utpote iam donati lavacro regenerationis, vivi descenderint et ascenderint; iusti vero, quia

nec spiritus ab ipsis hominibus, neque ab spiritibus ipsi homines recederent, sed permanserunt isti spiritus cum illis usque ad quietem illorum. Nisi autem hos spiritus secum habuissent, non fuissent digni ad structuram huius turris.

(B) XVI. Dico illi iterum: domine, etiamnunc demonstra. Et ait mihi: quid quaeris? Et dixi ei: domine, quare, qui de profundo ascenderunt, positi sunt in structuram turris? Et ait mihi: qui iam pridem portaverunt spiritus istos, ideo necesse habebant per aquam ascendere, ut redivivi fiant et reviviscant; non poterant enim aliter in regnum Dei introire, nisi mortalitatem primae vitae suae deposuissent. Acceperant ergo et isti, qui quieverunt, signum filii Dei, et intraverunt in regnum Dei. Antequam enim portet homo nomen filii Dei, mortuus est; cum accipit hoc sigillum, deponit mortalitatem, et sumit[1] vitam; sigillum autem aqua est. In aquam[2] ergo descendunt mortui, et vivi ascendunt. Nam et illis praedicatum est hoc sigillum; ipsi quoque usi sunt illo,[3] ut intrarent in regnum Dei. Et dixi illi: domine, quare ergo et illi quadraginta lapides cum hoc[4] sigillo de profundo cum illis ascenderunt? Et ait mihi: isti sunt apostoli [et] doctores qui praedicaverunt nomen filii Dei, qui descendentes in virtute et fide filii Dei et iis qui obierant praedicaverunt.[5] Et ipsi quadraginta dederunt illis hoc sigillum.[6] Unde et ipsi apostoli descenderunt cum illis in aquam[7] et iterum ascenderunt soluti. Vivi descenderunt, et qui fuerant ante defuncti, soluti sunt; mortui enim descenderunt, et vivi ascenderunt. Propter hoc vitam receperunt, et cognoverunt nomen filii Dei. Ideoque et cum eis in turrem ascenderunt, et convenerunt in structuram turris. Non enim circumcisi sunt, quia sicut erant, integri aedificati sunt, quoniam in aequitate fuerunt, et in magna castitate quieverunt; solummodo autem sigillum non habuerunt. Habes et horum exsolutionem.

ἐξωοποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ [τοῦ] Θεοῦ· διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν, καὶ συνήρμοσαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν· ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ· μόνον δὲ τὴν σφραγίδα ταύτην οὐκ ἔσχον.

Baptismi antea erant expertes, mortui descenderint, ascenderint vivi. Hic mihi videtur sensus esse obscurissimi loci, atque a multis non intellecti. *Cot.*

4) *Et hii* Vat.

5) *Antequam enim nomen dei filii accipiat homo morti destinatus est ubi et accipit hoc sigillum* Vat.

6) *hoc sigillum autem* Vat., dein *ablati morte* p. *morti obligati.*

7) *hoc* Vat., tum *intrent* p. *intrarent.*

8) *hi* Vat., in fine *habentes hoc sigillum.*

9) Voce *fidem* in Vat. omissa leg. *eius*, cui iungitur man. sec. ad oram *sigillum*, dein *qui praedicaverunt his* p. *praedicaverunt illis.* Cum eodem et Fab. St. in fine dedi *hoc sigillum* p. Cot. *illud signum*, quod minus Graecis consentit. Clem. Alex. Strom. II, 9. p. 452. Cfr. Strom. VI, 6. p. 764.

10) *item* Vat.

11) *hii* Vat. Post corrigendum *descenderunt.*

12) *Ac alii* Vat.

13) *exsolutionem* Vat.

Cap. XVI. 1) *sumet* Pal., deinde *aquae* p. *aqua est.*

2) *aqua* Pal.

3) *illum* Pal., dein *in regno.*

4) *haec* Pal.

5) Ita reformavi lectionem Pal. *qui ascendentes in virtute: et fide filii dei: qui obierant et praedicaverant.*

6) *illius hoc sigillum* Pal.

7) *aqua* Pal.

(A) XVII. Et dixi: ‚nunc iterum,[1] domine, et de montibus illis mihi demonstra, quare varii, et alia atque alia sunt figura.‘ ‚Audi,‘ inquit: ‚hi duodecim montes, quos vides, duodecim sunt gentes,[2] quae totum obtinent orbem. Praedicatus est ergo in eis Filius Dei[3] per eos, quos ipse ad illos misit.‘ ‚Quare autem,‘ inquam[4] ‚varii sunt, et alia atque alia figura?‘ ‚Audi: hae duodecim gentes, quae totum obtinent[5] orbem, duodecim nationes sunt; et sicut eos montes vidisti varios, ita et[6] hae gentes. Sensus quoque et actus uniuscuiusque montis te[7] docebo.‘ ‚Prius,‘ inquam, ‚domine, hoc mihi demonstra: cum sint tam varii hi montes, quonam pacto in structuram huius turris convenerint, unoque redigantur colore, et non minus splendidi sint, quam qui ascenderunt ex profundo?‘[8] ‚Quoniam,‘ inquit, ‚universae nationes, quae sub caelo sunt, audierunt et crediderunt, et uno nomine Filii[9] Dei vocati sunt. Accepto igitur eius sigillo, eandem omnes prudentiam eundemque sensum acceperunt; et una fides atque caritas eorum fuit,[10] et spiritus virginum harum cum eius nomine ferebant. Ideoque structura turris huius concolor videbatur, et fulgebat usque ad solis claritatem. At vero postquam ita senserunt,[11] unum corpus eorum coepit esse omnium. Quidam tamen ex eis[12] maculaverunt se, et proiecti sunt de genere iustorum, et iterum redierunt ad statum pristinum, atque etiam deteriores quam prius evaserunt.

(A) XVIII. ‚Quo modo,‘[1] inquam, ‚domine, deteriores, qui cognoverunt Dominum?‘ Et dixit: ‚is[2] quidem, qui non novit Dominum, si nequiter vivit, manet in eo[3] nequitiae suae poena. At[4] qui novit Dominum, omnino abstinere se debet ab omni nequitia, et magis magisque servire bonitati. Nonne ergo ille,[5] qui bonitatem sequi debebat, si nequitiae praeferat partes, plus peccare videtur, quam is, qui deliquit ignorans Dei virtutem? Ideoque hi quidem[6] morti destinati sunt; at[7] vero hi, qui cognoverunt Dominum, atque eius mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt, duplo amplius punientur, et ipsi morientur in aevum. Sicut ergo vidisti, postquam eiecti sunt lapides de turri,[8] qui reprobati erant, traditi sunt spiritibus perniciosis atque saevis; et ita purificatam turrim vidisti, ut crederetur[9] ex uno lapide esse tota; ita et ecclesia Dei, cum purificata fuerit, eiectis ex ea malis atque fictis, scelestis[10] et dubiis, et quicunque nequiter in ea se gesserunt, ac variis nequitiae peccatorum

---

Cap. XVII. 1) *item* Vat.

2) Duodecim Hebraeorum tribus sunt gentes illae, quarum loco post Evangelium per Apostolos iis annuntiatum successit populus Christi. Recte autem populus Dei possidere dicitur totum orbem seu Dei mundum. Attamen praestat lectio, quam largitur Codex Pal.

3) *filius dei in eis* ordinatur in Vat., tum *hos* p. *illos*.

4) *inquam* om. Vat., qui dein *alia et alia*.

5) *possident* Pal.

6) *et ita* transp. Vat.

7) *te* om. Vat.

8) *prius inquam domine demonstra cum sint tamquam varii hii montes quemadmodum in structuram huius turris convenerunt unoquoque rediguntur colore et non* (c. lineola supposita) *splendidi sunt tam* (man. sec. supra additum) *quam qui ascenderunt de profundo* Vat. Cfr. supra c. 4.

9) *crediderunt uno nomine filio* Vat.

10) *fuit* non est in Vat., idem *earum* p. *harum*.

11) *Ac vero postquam intra se sentiunt* Vat.

12) *Quidam autem ex his* Vat., dein *item* p. *iterum*, tum *potius* p. *quam prius*.

(B) XVII. Et dixi illi: domine, nunc et de montibus mihi demonstra; quare alia et alia figura, et varie habebant?[1] Et dixit mihi: audi et de his. Duodecim montes, quos vides, (vides duodecim?) sunt gentes, quae totum obtinent orbem. Praedicatus est ergo in his per apostolos filius Dei. Et dixi ei: domine, quare varii sunt, aut alia et alia figura, demonstra mihi. Audi, inquit. Hae duodecim gentes, quae totum possident orbem, duodecim sunt nationes. Variae[2] sunt autem intellectu; et sicut memoratos montes vidisti varios, tales sunt et harum gentium intellectus atque sensus. Demonstrabo autem tibi uniuscuiusque actus. Et dixi ei: domine, primo hoc mihi demonstra: cum sint tam varii hi montes, quando in structura positi [sunt] turris huius lapides eorum, quomodo uno colore sunt facti et splendidi non minus quam hi lapides, qui ascenderunt de profundo? Et dixit mihi: quoniam universae nationes, quae sub caelo erant, cum audissent, crediderunt in nomen filii Dei; acceptoque eius sigillo unam omnes prudentiam, unumque sensum receperunt; et [una] fides eorum atque caritas erat, spiritusque virginum harum cum eius nomine induebantur; ideoque et structura turris ut sol in uno colore erat. Postquam autem[3] convenerunt in unum, et unum corpus esse coepit, quidam ex eis semet ipsos maculaverunt, et expulsi sunt de genere iustorum; et iterum facti sunt multo deteriores, quam ante fuerant.

(B) XVIII. Et dixi ei: domine, quare deteriores facti sunt, qui cognoverunt Deum? Et ait mihi: is qui non cognovit Deum, si nequiter vivit, manet ei nequitiae suae poena. At is qui cognovit Deum, iam non debet agere nequiter, sed bonitatem exercere. Si igitur ille, qui bonitatem sequi debet, nequiter fecerit, non ipse tibi magis videbitur nequiter[1] agere, quam ille, qui ignoret Deum? Ideoque illi, qui non cognoverunt Deum, et nequiter agunt, morti sunt destinati. Qui autem cognoverunt Deum, et opera eius et mirabilia viderunt, et nequiter vivunt, dupliciter punientur, et in aeternum morientur. Sic igitur purificatur ecclesia Dei. Quomodo vidisti lapides eiectos traditos spiritibus pernitiosis, et ipsi enim abicientur; eorum autem, qui purificati permanserunt, erit unum corpus, quomodo et turris illa facta est ex uno lapide, posteaquam purificata est: sic erit ecclesia Dei, cum purificata fuerit, abiectis ex ea malis atque fictis et male opinantibus dubiisque; et quicunque nequiter gesserunt, et ipsi variis generibus eiicientur. Et erit

---

Cap. XVIII. 1) *Quemadmodum* Vat., ubi *domine* non leg.
2) In Vat. erat *his*.
3) *eum* Vat.
4) *At his quidem* Vat. Fortasse legendum *At is* (cfr. Pal.), cum *quidem* ex antecedenti periodo hic male repetatur. Mox *abstinere omnino* transponitur in Vat.
5) *iste* Vat., dein *sequi debeat nequitie se praeferat*, mox *delinquit* p. *deliquit*.
6) *quidem* om. Vat.
7) *Ac* Vat., deinde *miracula et opera* p. *mirabilia opera*, postmodo *si nequiter vivunt duplicius punientur et hi morientur in evo*.
8) *de turre* Vat.
9) *atque purificatam ita eam turrim ut credetur* Vat.
10) *et scelestis* Vat., idem *gesserunt* p. *se gesserunt, ac*.

Cap. XVII. 1) *varia habebant* Pal. Paullo aliter infra.
2) *varii* Pal.
3) *aut* Pal.
Cap. XVIII. 1) *magis videbitur peius nequiter* Pal.

generibus, erit[11] unum corpus eius, unus intellectus, unus sensus, una fides eademque caritas; et tunc Filius Dei laetabitur inter illos, et recipiet voluntate pura populum suum.“[12] Et dixi: ‚domine,[13] magnifice et honorifice se habent cuncta. Nunc mihi demonstra effectum et vim uniuscuiusque montis, ut omnis anima in Domino fidens[14] auditis his honoret magnum ac mirabile et sanctum nomen eius.‘ ‚Audi,‘ inquit, ‚varietatem[15] horum montium, id est, duodecim gentium.‘

(A) XIX. ‚De[1] primo monte nigro qui crediderunt, transfugae sunt, ac nefanda in Dominum loquentes, et proditores servorum Dei.[2] Illis[3] proposita mors est, poenitentia non est; ideoque nigri sunt, quia genus eorum scelestum est. De secundo vero monte glabroso[4] ficti sunt, qui crediderunt, et doctores sunt[5] nequitiae; et hi proximi sunt superioribus, non habentes inter se fructum aequitatis. Sicut enim mons[6] eorum sterilis est[7] ac sine fructu, ita et huiusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. His tamen data est poenitentia, si cito eam sequuntur; sin autem tardant,[8] erunt et ipsi mortis priorum consortes.‘ ‚Quare,‘ inquam, domine, iis[9] quidem aditus est ad poenitentiam, prioribus vero non est? Paene enim eorum eadem sunt admissa.“[10] ‚Ideo,‘ inquit, ‚est his per poenitentiam[11] regressus ad vitam, quia nihil in Dominum suum locuti sunt nefandum, neque proditores servorum Dei fuerunt; sed per quandam habendi[12] cupiditatem fefellerunt homines, ducentes eos secundum cupiditates peccantium; ideo dabunt quandam eius rei poenam; sed tamen iis proposita est poenitentia,[13] quia nihil in Dominum suum dixerunt nefandum.‘

(A) XX. ‚De tertio vero monte, qui spinas et tribulos habebat, tales sunt, qui crediderunt, divites quidam, quidam autem plurimis obstricti negotiis:[1] tribuli enim divitiae sunt, spinae vero,[2] qui multis obligati sunt negotiis. Hi ergo,[3] qui plurimis obligati sunt negotiis variisque rebus, non adiungunt se servis Dei, sed aberrant, ab his negotiis revocati, a quibus suffocantur. Etiam et hi, qui divites sunt, ipsi difficiles[4] se ad conversationem servorum Dei praebent, metuentes ne quid poscatur ab illis: hi[5] ergo difficile in regnum Dei intrabunt. Sicut enim excalceatis pedibus[6] difficile in tribulis ambulatur, sic et huiusmodi

---

11) *et erit* Vat., voc. *unum* subinde omisso. — Hermas de unitate ecclesiae, post purificationem eius, loquitur. *H.* — Cfr. supra c. 6. 9. 15. Orig. Philoc. c. 8.

12) *voluntatem puram populo suo* Vat.

13) *domine* exhibetur post *honorifice* in Vat.

14) *fidens in domino* transp. Vat., vocc. *et sanctum* omittens.

15) *veritatem* Vat. Cot. c. Fab. St.

Cap. XIX. 1) *De* om. Vat., *In* exh. Cot. Ex Codd. auctoritate sustuli interpunctionem, quae vulgo ponitur post *nigro*, ne separentur quae sensu arcte cohaereant. Idem faciendum erat in sequentibus, ubi auctor de singulis montibus disserit.

2) *ac nefanda in domino loquentes et traditores servorum dei* Vat. Cfr. Sim. 8, 6.

3) *his* Vat.

4) *De 2o vero monte scabioso* Vat., ubi reliqui quoque montium numeri, sexto excepto, signis arabicis denotantur in textu, omnes romanis iisque rubris ad oram.

5) *sunt doctores* inv. Vat.

6) *mons* des. in Vat.

7) *est* om. Vat.

ecclesia Dei unum corpus et unus sensus, una fides et una caritas. Et tunc filius Dei laetabitur in illa, et percipiet voluptatem ex recepto puro populo suo. Magne, inquam, domine, et honeste cuncta se habent. Nunc mihi demonstra, domine, et uniuscuiusque poenitentiam et actus, ut[2] omnis anima sperans fidensque in Deum auditis his miretur et honorem et gloriam illam magnam et admirabilem, sed et nomen eius gloriosum. Audi nunc ergo et varietatem montium horum et duodecim gentium.

(B) XIX. De primo monte nigro qui crediderunt, tales sunt transfugae, blasphemi et proditores servorum Dei. Ipsis non poenitentia, sed mors est; ideoque et nigri sunt, quia genus eorum scelestum est. De secundo vero monte arido[1] tales sunt, qui crediderunt ficti, doctores nequitiae. Et prioribus similes sunt, non habentes in se fructum aequitatis; et sicut mons eorum sterilis et sine fructu est, ita et huiusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque ullus in illis fructus veritatis est. Istis ergo data est poenitentia,[2] si cito eam fuerint secuti; si autem tardaverint, cum illis primis erit mors eorum. Et dixi ei: domine, quare istis quidem data est poenitentia,[3] prioribus autem non est data? Paene enim, domine, similes sunt actus eorum. Ideo, inquit, istis poenitentia posita est, quia nihil nefandi in Dominum suum locuti sunt, neque proditores servorum Dei fuerunt, sed propter quandam accipiendi cupiditatem fefellerunt homines docendo secundum desideria singulorum peccantium, qui et dabunt eius rei poenam. Ideo istis posita est poenitentia eo, quod non fuerunt detractores Domini, neque proditores servorum eius.

(B) XX. De tertio vero monte, qui tribulos[1] spinasque habebat, illi sunt, qui locupletes crediderunt. Et quidam eorum plurimis negotiis se obligaverunt; tribuli enim homines locupletes sunt, spinae autem illi, qui multis negotiis sunt obligati. Hi ergo, qui plurimis variisque rebus impliciti sunt, non se adiungunt Dei servis, sed avocantur in his negotiis, a quibus suffocantur. Locupletes autem duri sunt, et ne aliquid poscantur,[2] ad conversationem servorum Dei metuunt accedere; ipsi enim difficile in regnum Dei intrabunt. Sicut enim super tribulos excalciatus difficile ambulat, sic et huiusmodi homines difficile ita ambulant,

---

8) *tardantur* Vat., dein *hi* p. *ipsi*.
9) *his* Vat.
10) *admissa sunt* inv. Vat.
11) *penitentie* Vat.
12) *habendi* des. in Vat., qui dein exh. *desideria* p. *cupiditates*.
13) *sed tormenti his proposita penitentia est* Vat.

Cap. XX. 1) *divites quidem qui plurimis obstricti sunt negotiis* Vat.
2) *autem* Vat. Cfr. Matth. 13, 22.
3) *vero* Vat., ubi transponitur *dei servis*, mox *vocati* p. *revocati*. Cfr. Vis. 3, 6. Sim. 8, 8. 9.
4) *et ipsi difficile* p. *ipsi difficiles* Vat., qui iterum invertit *dei servorum*, deinde *ne aliquid* p. *ne quid*.
5) *Hii* Vat. Cfr. Matth. 19, 23. 24.
6) *Sicut enim pedibus excalceatis* Vat., qui om. *et* ante *huiusmodi*, excluditque punctis suppositis *ambulare* ante *intrare*.

2) *et* Pal.

Cap. XIX. 1) *aridum* Pal.
2) *penitentiam* Pal.
3) *penitentiam* Pal.

Cap. XX. 1) *tribulis* Pal.
2) *poscatur* Pal. Postea *metuent*.

homines difficile est in regnum Dei intrare. Sed et eis[7] omnibus datur ad poenitentiam regressus, si tamen cito redierint ad illam; ut, quia[8] prioribus diebus cessaverunt ab opere, repetito tempore aliquid boni nunc facere possint. Acta igitur poenitentia, si fecerint opera bonitatis, vivent; sin autem in[9] admissis suis permanserint, tradentur mulieribus illis, quae eis auferent vitam.'

(A) XXI. ‚De quarto vero monte, habente plurimam herbam, cuius[1] superior pars viridis erat, ipsae vero radices aridae erant,[2] quaedam etiam a solis ardore tactae arescebant, huiusmodi sunt quidam dubii, qui crediderunt, et quidam[3] alii, in labiis Dominum, non in corde ferentes. Ideoque aridae sunt, et nullum fundamentum[4] habentes herbae eorum: verbis enim tantummodo vivunt, opera vero eorum mortua sunt. Hi ergo nec mortui sunt nec vivi, et dubii similiter sunt. Ipsi enim[5] dubii nec virides sunt neque aridi; id est, nec vivi nec mortui. Sicut enim herbae eorum sole viso aruerunt; ita et dubii, simul ut audierunt persecutionem, incommoda[6] metuentes, redierunt ad simulacra, et rursus servierunt eis, et erubuerunt Domini sui ferre nomen. Huiusmodi ergo homines nec vivi nec mortui sunt; sed et hi possunt vivere, si cito egerint poenitentiam; sin minus, iam[7] traditi sunt mulieribus illis,[8] quae auferent vitam eorum.'

(A) XXII. ‚De quinto vero monte aspero et virides herbas habente huiusmodi sunt, qui crediderunt, fideles quidem, sed difficile credentes, et audaces, ac sibi placentes, volentes videri cuncta scire, nihilque omnino scientes.[1] Propter hanc igitur audaciam sensus discessit ab illis, et intravit in eos temeraria arrogantia.[2] Sublimes autem se gerunt, et veluti prudentes; et cum sint stulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc stultitiam, dum se magnificant, multi eorum exinaniti sunt. Magnum enim[3] daemonium est audacia et confidentia inanis. Ex his igitur multi abiecti sunt. Alii autem agnito errore suo poenitentiam egerunt, et subdiderunt se habentibus sensum. Sed et caeteris horum similibus proposita est poenitentia; neque enim mali fuerunt, sed insipientes[4] potius et stulti. Hi[5] ergo, si egerint poenitentiam, vivent Deo; sin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quae nequitias suas exercebunt in eis.'

(A) XXIII. ‚De sexto vero monte, habente scissuras maiores et minores, huiusmodi sunt, qui crediderunt. Et hi, in quibus scissurae minores[1] erant, hi sunt, qui inter se habent lites, et propter querelas suas in fide languent; sed multi ex iis[2] egerunt poenitentiam, idemque

---

7) *his* Vat.

8) *quod* Vat., tum *cessaverint* p. *cessaverunt;* ex eodem et Fab. St. sub finem addidi *nunc* favente Pal.

9) *non* Vat., ibidem *tradentur illis mulieribus.*

Cap. XXI. 1) *quarum* Vat.

2) *erant* accessit ex Fab. St. et Vat., qui dein exh. *quedam vero a solis calore.*

3) *et quidam* des. in Vat. De iisdem loquitur Sim. 8, 7.

4) *nulla fundamenta* Vat., ubi *vero* p. *enim,* coniunctione *vero* post *opera* praetermissa.

5) *et ipsi* p. *Ipsi enim* Vat., qui *nec* p. *neque.*

6) *audientes persecutionem et incommoda* p. *simul ut audierunt persecutionem, incommoda* Vat., deinde *ad simulacra rursus et servierunt,* in fine *nomen ferre.*

7) *iam* om. Vat.

8) *illis* non est in Vat.

ut ad regnum Dei perveniant. Sed tamen etiam his omnibus velox regressio ad poenitentiam posita est, ut quod prioribus temporibus non sunt operati, nunc recurrant dies suos, et operam bonam faciant. Isti enim, si egerint poenitentiam, et fecerint operam bonitatis, vivent Deo. Si autem permanserint in actu suo, tradentur mulieribus illis, quae eos ad mortem deducent.

(B) XXI. De quarto vero monte, qui habet plurimas herbas, quarum superior pars erat viridis, ad ipsas vero radices arida, quaedam etiam a sole arescebant, tales sunt qui crediderunt; ex quibus quidam dubii sunt, alii in labiis Dominum, non in praecordiis perferentes. Ideoque arida sunt fundamenta eorum et vim non habentia; verba autem eorum tantummodo vivunt, opera vero eorum mortua sunt. Hi ergo nec mortui sunt nec vivi, similesque sunt dubiis; dubii enim nec virides sunt nec aridi, id est nec vivi nec mortui. Sicut illae herbae sole viso exaruerunt, ita et dubii, cum audierint, incommodi aliquid metuentes redeunt ad simulacra, et rursus erubescent Domini ferre nomen. Hi ergo nec vivi nec mortui sunt. Hi quoque possunt vivere, si cito egerint poenitentiam; sin vero iam [in admissis suis permanserint,] tradentur mulieribus illis, quae[1] auferunt vitam ipsorum.

(B) XXII. De quinto vero monte aspero viridesque herbas habente[1] huiusmodi sunt, qui crediderunt, fideles quidem, sed difficile discentes. Audaces enim sunt ac sibi placentes; videri volunt cuncta scire, nihil autem omnino sciunt.[2] Propter hanc ergo audaciam ipsorum sensus discessit ab ipsis, et intravit in eos insipientia fatua, laudantes semet ipsos velut prudentes. Et volunt esse[3] magistri, cum sint stulti; et propter stultitiam suam multi sunt ex eis exinaniti, id est se magnificant: magnum enim daemonium est audacia et confidentia inanis. Et multi ex eis abiecti sunt; quidam vero agnito errore suo egerunt[4] poenitentiam, et subiecerunt se habentibus prudentiam. Sed et caeteris horum similibus proposita est poenitentia; nec enim mali fuerunt, sed stulti potius et insipientes. Hi ergo si egerint poenitentiam, poterunt Deo vivere. Quodsi non egerint poenitentiam, habitabunt cum mulieribus illis, quae nequitiam exercent in eis.

(B) XXIII. De sexto vero monte, qui habet scissuras magnas et pusillas, et in scissuris herbas aridas, huiusmodi sunt, qui crediderunt contra se habentes, et a detractionibus suis marcidi sunt in fide, sed poenitentiam egerunt. Ex his multi [....] et caeteri poenitebunt, quando

---

Cap. XXII. 1) *volentes vendere cuncta scidaces* (ad oram man. sec. *scrutantes*) *nihil enim omnino scientes* Vat.

2) *discessit ab eis et intravit in eis fatua presumptio* Vat. I Cor. 8, 1. 2.

3) *enim* om. Vat. Etiam Mand. 2. vitia hominum *daemonia* nuncupantur, ut alias.

4) *insipientes vero* p. *sed insipientes* Vat.

5) *hii* Vat., sub finem *exercent* p. *exercebunt.*

Cap. XXIII. 1) *Et hi in quos scissure maiores* Vat.

2) *his* Vat., tum *Ideoque ceteri faciunt* p. *idemque caeteri facient*, in fine *recurrunt.* Cfr. Sim. 8, 7.; Vis. 3, 6.

Cap. XXI. 1) *quia* Pal. Tum praestat *auferent.*

Cap. XXII. 1) *habentem* Pal.

2) *scient* Pal.

3) *volunt se esse* Pal.

4) *egerint* supra *u* Pal.

caeteri facient auditis mandatis meis; exiguae enim sunt lites eorum, ac facile ad poenitentiam recurrent. At[3] hi, qui maiores habent, sicut lapides pertinaces erunt, simultatum et offensarum sunt memores, iracundiam inter se exercentes. Hi ergo abiecti sunt a turri,[4] et a structura eius reprobati; huiusmodi ergo homines difficile vivent. Deus et Dominus noster, qui dominatur[5] omnium rerum, et creaturae suae universae habet potestatem, offensas meminisse non vult, sed ab his, qui peccata sua confitentur, facile placatur. Homo vero, cum sit languidus, mortalis, infirmus et repletus peccatis, homini perseveranter irascitur, tanquam conservare eum possit[6] aut perdere. Ego autem vos moneo,[7] nuntius et praepositus poenitentiae, ut, quicunque propositum tale habetis, deponatis illud, et ad poenitentiam recurratis; et Dominus medebitur prioribus delictis vestris, si ab hoc daemonio vos purificaveritis; sin minus, ad mortem trademini illi.'[8]

(A) XXIV. ‚De monte vero septimo, in quo virides et hilares erant herbae, et totus mons fertilis erat, omneque genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis eiusdem, et quanto magis herbae illae carpebantur, tanto laetiores revirebant,[1] huiusmodi sunt, qui crediderunt, simplices et boni semper, et nullas habentes inter se dissensiones; sed laetantes semper de servis Dei, induti spiritum virginum harum, et semper in omnes homines[2] ad faciendam misericordiam prompti, et de laboribus suis cunctis hominibus facile tribuentes sine improperio et deliberatione. Visa igitur Dominus simplicitate et omni infantia eorum, auxit eos in laboribus[3] manuum suarum, et dedit eis in omni opere gratiam. Ego autem hortor vos, praepositus poenitentiae nuntius, in eodem proposito permanere, quicunque estis huiusmodi, ne eradicetur semen vestrum in aevum. Dominus enim vos probavit, et conscripsit in nostrum numerum, et omne semen vestrum cum Filio Dei habitabit; de spiritu enim eius estis omnes.'[4]

(A) XXV. ‚De octavo vero monte, in quo plurimi erant fontes,[1] in quibus adaquabatur omne genus creaturae Dei, tales sunt, qui crediderunt Apostolis, quos misit Dominus[2] in totum orbem praedicare; et quidam doctores, qui[3] caste et sincere praedicaverunt ac docuerunt, nec quicquam omnino subscripserunt malae cupiditati, sed assidue in aequitate et veritate ambulaverunt. Hi ergo inter angelos conversationem habent.'

---

3) *Ac* Vat., ubi *simultatum* om.

4) *Hii ergo abiecti sunt a turre* Vat., in fine *vivunt.*

5) *dominator* Vat.

6) *posset* Vat. Cfr. Eccl. 28, 3. Jac. 4, 12.

7) *Ego autem moneo vos* Vat.

8) *et dominus remediabit priora vestra peccata* (c. punctis suppositis) *delicta si ab hoc demonio vos liberaveritis· Si minus ad mortem tradimini illi* Vat.

Cap. XXIV. 1) *omneque genus pecudum carpebat pabulum ex herbis eiusdem montis· et quantum herbe ille carpebantur tantum letiores crescebant* Vat.

3) *in omnibus hominibus* Vat. Cfr. Sim. 8, 3.

3) *in laboribus* bis exaratum in Vat., postremo in loco subnotatum.

4) *et omne genus vestrum cum filio dei de spiriti* (reliquis literis erasis librarius alias substituere neglexit) *eius estis*

audierint mea mandata. Minimae[1] autem sunt eorum detractiones, et cito poenitebuntur. [Qui] scissuras minores habent, huiusmodi sunt, qui crediderunt, et inter se iurgia habent, et propter querelas suas in fide languent. Sed multi ex eis egerunt poenitentiam auditis his mandatis meis; querelae enim eorum sunt pusillae, et cito agent poenitentiam. Illi autem, qui maiores habent scissuras, hi perseverant in detractionibus suis, et in ira sua inter se pertinaces sunt. Hi ergo a turre reiecti sunt, et ab eius structura reprobati sunt, et difficile vivent Deo. Deus enim Dominusque noster, dominator omnium, qui habet potestatem universae creaturae suae, non memor est offensa[2] eorum qui peccata sua confitentur, sed propitiatur, et adhuc propitius eis fiet. Homo autem, cum sit mortalis plenusque delictis, pertinaciter homini irascitur, tanquam vel conservare eum possit vel perdere. Vobis autem, quicunque tale propositum habetis, dico ego nuntius poenitentiae: deponite illud, et agite poenitentiam. Et Dominus remediabit priora delicta vestra, si ab hoc proposito iracundiae vos purificaveritis; sin minus, ab ipso ad mortem trademini.

(B) XXIV. De septimo autem monte, in quo virides hilaresque erant herbae, totusque mons fertilis erat, et omne genus pecudum volucresque caeli carpebant pabulum eius, quantoque illae[1] carpebant, tanto laetiores herbae crescebant, huiusmodi sunt, qui crediderunt, simplices bonique semper, nullasque habentes inter se dissensiones, sed conlaetantes semper Dei servis induti sunt spiritum sanctum virginum harum, semperque ad misericordiam hominum prompti, et de laboribus suis omni homini sine improperio, sine dubitatione tribuentes. Dominus igitur, cum vidisset simplicitatem eorum et omnem infantilem innocentiam ipsorum, auxit eos in laboribus manuum suarum, deditque eis in omni opere gratiam. Ego autem nuntius poenitentiae hortor vos, qui tales estis: permanete in eo, ut non eradicetur semen vestrum in aeternum. Dominus enim vos probavit et scripsit in numerum nostrum, semenque vestrum omne habitabit cum filio Dei; etenim de spiritu eius omnes estis.

(B) XXV. De octavo autem monte, ubi erant fontes multi, ex quibus adaquabatur omnis Dei creatura, tales sunt, qui crediderunt apostoli et magistri, qui praedicaverunt filium Dei per totum orbem, et docuerunt caste et pure sermonem Domini, nec quicquam minimum in desiderio malum gustaverunt, sed semper cum veritate et aequitate ambulantes, sicut spiritum sanctum acceperunt. Talium ergo traditio cum angelis erit.

---

omnes Vat. Apud Cot. est *ditavit* p. *habitabit*, quod ex Bodl. in ed. Oxon. evulgavit Fellus, suffragante nunc Codice Pal.

Cap. XXV. 1) *in quo erant plurimi fontes* Vat.

2) *deus* (cum punctis subscriptis) *dominus* Vat.

3) Pron. *qui* omisso pergit Vat. *caste et severe praedicaverunt et docuerunt*, mox *aequitate et* excluditur.

Cap. XXIII. 1) *minime* Pal.

2) Fortassis *offensarum*. Cfr. tamen infra cap. 31. ubi habes et *offensorum*.

Cap. XXIV. 1) *illi* Pal.

(A) XXVI. ‚De nono autem[1] monte deserto ac serpentes habente huiusmodi sunt, qui crediderunt, sed[2] et maculas habebant. Hi sunt ministri, male ministerium agentes, diripientes viduarum bona et pupillorum, sibi, non aliis ex his, quae acceperunt, ministrantes.[3] Hi, si[4] permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitae; quodsi conversi fuerint, et caste consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. Qui vero scabrosi reperti sunt, ii sunt, qui nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rursus redierunt, sed agrestes evaserunt atque deserti, non applicantes se ad Dei servos, sed separati ab eis pro prava[5] sollicitudine vitam suam amiserunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit ac[6] suffocatur ab herbis, et agrestis tempore efficitur (desinit enim utilis esse domino suo), sic et huiusmodi homines de se ipsis desperantes, exacerbati, Domino suo inutiles esse coeperunt. His ergo demum datur[7] poenitentia, si non ex praecordiis inventi fuerint denegasse; quodsi quis ex praecordiis inventus fuerit denegasse, an vitam assequi possit, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, si quis negavit,[8] ad poenitentiam revertatur; nam fieri non potest, ut nunc Dominum suum quis abnegans postea assequi possit salutem;[9] sed illis reputatur proposita poenitentia, qui olim abnegaverunt. Accelerare enim, qui acturus est poenitentiam, debet, antequam peragatur aedificatio turris huius; sin minus, a mulieribus illis trahetur ad mortem. Qui vero curti, dolosi sunt, et alius in alium comminiscentes,[10] hi sunt serpentes in eo monte mixti. Sicut enim mortiferum est hominibus serpentum venenum, ita et verba talium inficiunt[11] homines atque perdunt. Curti sunt igitur a fide sua, propter hoc genus vitae suae, in quo[12] morantur. Aliqui vero eorum accepta poenitentia assecuti sunt salutem; sed et caeteri huiusmodi homines aeque assequentur, si egerint poenitentiam; sin[13] minus, morientur cum mulieribus illis, quarum vim possident ac potestatem.‘

(A) XXVII. ‚De decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora, quidam tales sunt, qui crediderunt, et quidem episcopi,[1] id est, praesides ecclesiarum. Alii vero, hi lapides, qui non ficto sed alacri animo[2] semper in domos suas servos Dei receperunt; et deinde, qui praesides sunt ministeriorum, qui et inopes et viduas protexerunt, et castam[3] perpetuo conversationem habuerunt. Ergo hi homines a Domino proteguntur. Haec quicunque egerint,[4] honorati sunt apud Dominum, et inter nuntios locus eorum est, si perseveraverint usque in consummationem parere Domino.‘

Cap. XXVI. 1) *vero* Vat.

2) *qui* Vat.

3) *diripuentes* (sic) *viduarum bona et pupillorum in se alios ex eo in ministerio quod acceperunt ministrare* Vat.

4) *si* p. *Hi, si* absque praeced. interpunctione Vat.

5) Sic lego c. Vat. et Fab. St. p. *parva* Cot. In Vat. periodus in hunc modum confecta extat: *Qui vero scabrosi reperti fuerint nec ad dominum rursus redierunt sed evaserunt atque deserti nec applicantes se ad dei servos sed separati ab eis pro prava sollicitudine vitam suam admiserunt.* Cfr. supra c. 19 et Sim. 8,6.

6) *ac* Pal. Vat. Fab. St., *et* Cot. et alii vulg., mox in Vat. *utique* p. *enim,* tum *de seipso despondentes* p. *de seipsis desperantes.*

7) Ita Pal. et Mss. Angl., *demandatur* p. *demum datur* Vat. Fab. St. et Cot. dein *inventus fuerit* p. *inventi fuerint* Vat. Sensus: degenerarunt quidem; attamen poenitentiae indulgentia iis dabitur, si

(B) XXVI. De nono vero monte deserto ac serpentes habente pernitiosos hominibus tales sunt, qui crediderunt, [sed] qui maculas habent mali ministerii, male gerentes ministerium, diripientes bona viduarum, etiam pupillorum in se transferentes. Qui si in ea cupiditate permanserint, morientur, nec ulla eis spes erit vitae. Quodsi se corrigentes caste consummaverint ministerium, poterunt vivere Deo. Qui vero scabri reperti sunt, hi sunt, qui Dominum negaverunt, nec ad Deum respexerunt, sed silvatici atque deserti evaserunt, non adplicantes se ad Dei servos, sed sibi soli viventes vitam suam perdunt. Sicut enim vitis derelicta in sepe[1] nullam culturam habens deperit, ac suffocatur ab herbis, et per tempora agrestis evadit, desinitque Domino suo utilis esse: sic et huiusmodi homines de semet ipsis disponentes fiunt agrestes, atque ferae[2] effecti inutiles Domino suo erunt. His ergo ita demum datur poenitentia, si non inventi fuerint ex totis praecordiis Dominum negasse. Quodsi aliquis ex totis praecordiis inventus fuerit negasse, nescio si poterit vivere. Et hoc non ita dico, ut aliquis cum negaverit, accipiat poenitentiam; impossibile est enim, ut qui Dominum suum inficiati fuerint, accipiant salutem. Nam illis putatur posita esse poenitentia, qui olim negaverunt. Si quis ergo acturus est poenitentiam, adcelerare debet, antequam peragatur aedificatio turris; sin minus, a mulieribus illis perducetur[3] ad mortem. Illi enim insidiosi sunt serpentes, quos in eo monte vidisti. Sicut enim venenum mortiferum, ita verba eorum sunt, et homines perdunt. Hi ergo inutiles sunt in fide propter hoc genus vitae. Aliqui vero eorum acta poenitentia adsecuti sunt salutem. Sed caeteri huiusmodi, si egerint poenitentiam, poterunt conservari; sin minus, cum mulieribus illis, quarum vim possident, morientur.

(B) XXVII. De decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora, tales sunt quidam, qui crediderunt, episcopi hospitales, qui semper libenter in domos suas receperunt Dei servos, et sine aliqua fraude semper inopes viduasque ministerio suo cum perseverantia protexerunt, castamque conversationem perpetuo habuerunt. Ili tales omnes protegentur a Deo, et locum habent inter nuntios, si perseveraverint usque in finem servientes Deo. Et ecce locus eorum cum angelis Dei est.

---

non ex praecordiis inventi fuerint denegasse.

8) *insaciatus aliquis* p. *si quis negavit* Vat. Forte *si inficiatus aliquis.*

9) *Non potest enim fieri ut dominum suum abnegans postea possit assequi salutem* Vat., in fine *negaverunt.* Cfr. Vis. 2, 2.

10) *Hi vero curti dolosi sunt et alius et* (ad?) *alium commiscentes* Vat. Cfr. Vis. 3, 6.

11) *ita et verba horum consentint* (sic) Vat.

12) *qua* Vat.

13) *si* Vat.

Cap. XXVII. 1) *quidam tales sunt, qui crediderunt, et quidem episcopi* scripsi c. Vat., *tales sunt qui crediderunt, quidam Episcopi* Cot., in fine *ecclesiis* Vat. Cfr. Vis. 3, 5. Domini ministri i. e. Ecclesiae praesides, nominati erant c. 15. Qui cum e profundo ascenderent ad turrim aedificandam, haud dubie alii sunt, quam ii, de quibus hic agitur. Illi autem mortui sunt, hi adhuc superstites. Idem statuendum est de doctoribus, quorum mentio fit c. 15 et 25. Vid. Hilgenfeld l. c. p. 156.

2) *Alii vero hos lapides qui non ficti sed libenti animo* Vat.

3) *sunt ministerio inopes et viduas porrexerunt et castam* Vat.

4) *gesserunt* Vat., seq. *sunt* omisso.

Cap. XXVI. 1) *saepem* Pal., ubi postea *disponentibus* mutavi in *disponentes.*

2) *fere* Pal.

3) *ad mulieribus ad mulieribus illis perductus* (sic) p. *a mulieribus illis perducetur* Pal.

(A) XXVIII. ‚De undecimo vero[1] monte, in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus oneratae, hi sunt, qui crediderunt, et propter nomen Domini mortem obierunt, et animo prompto passi sunt, et ex toto corde suo animas suas tradiderunt.‘ Et dixi: ‚quare ergo, domine, omnes hae[2] arbores habent quidem fructus, sed earum quaedam pulcriores?‘ ‚Audi,‘ inquit: ‚quicunque propter nomen Domini passi sunt, honorati apud Deum habentur; et omnium eorum deleta[3] sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum dispares sint, et excellant quidam[4] inter illos, audi: quicunque enim, perducti ad potestates, interrogati non negaverunt Dominum,[5] sed prompto animo passi sunt, honoratiores sunt apud Deum; qui excellunt igitur fructus, eorum sunt. Qui vero timidi et dubii fuerunt, et deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur[6] an negarent, et passi sunt: horum fructus exiguiores sunt, quoniam haec cogitatio ascendit[7] in corda eorum; mala enim ac nequam est huiusmodi cogitatio, perinde ac si[8] quis servus neget Dominum. Cavete[9] igitur vos, qui huiusmodi cogitationes habetis, ne permaneat haec mens in vobis, et Deo moriamini. Vos igitur, quicunque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum honorare debetis; quod dignos vos habet Dominus, ut nomen eius feratis, et omnia peccata vestra redimantur. Nonne[10] ergo vos potius felices existimatis? Putate potius, si quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam enim[11] vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim vestra vos gravabant; et nisi passi essetis huius nominis causa, propter peccata certe[12] vestra mortui eratis Deo. Haec igitur vobis dico,[13] quicunque deliberatis de confessione aut de abnegatione. Confiteamini[14] igitur vos habere Dominum Deum, ne forte negantes tradamini in vincula. Si omnes enim gentes servos suos puniunt, quicunque dominum suum negaverunt, quid putatis vos Dominum vobis[15] facturum, qui universorum habet potestatem? Removete igitur de praecordiis vestris has dubitationes vel[16] disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.‘

(A) XXIX. ‚De duodecimo vero monte[1] candido tales sunt, qui crediderunt sicut infantes sinceri, quibus nulla malitia ascendit in sensum, nec sciverunt[2] quid sit malitia, sed semper in sinceritate manserunt. Huiusmodi ergo homines sine[3] ulla dubitatione inhabitabunt regnum Dei, quoniam in nullo negotio mandata Dei maculaverunt, sed cum sinceritate permanserunt omnes dies vitae suae, eodem sensus tenore. Quicunque ergo permanserint,‘ inquit, ‚sicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores erunt omnibus illis, quos iam[4] dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud Dominum, et primi habentur. Felices ergo vos, quicunque removeritis malitiam a vobis, et indueritis innocentiam; quia primi vide-

---

Cap. XXVIII. 1) *vero* adscripsi ex Pal. Vat., in utroque *plenae* p. *oncratae*. Cfr. Sim. 8, 1 et 3.

2) *he omnes* transp. Vat., ubi *quedam vero* p. *sed earum quaedam*.

3) *abolita* Vat., sub finem om. *mortem*.

4) *dispares sunt exellent* (sic) *aliqui* Vat.

5) Voc. *Dominum* praetermisso Vat. pergit *sed prompto animo perpessi sunt apud dominum. Qui excolunt igitur fructus est.*

6) Ante *faterentur* expungitur *negaverunt* in Vat.

7) *descendit* erat in Vat.

8) *ut* p. *perinde ac si* Vat.

9) *Cavetis* man. sec. correctum in *Caveatis* Vat., deinde exh. *ne permaneat*

(B) XXVIII. De undecimo vero monte, in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus plenae, tales sunt, qui crediderunt, [et] qui propter nomen Domini passi sunt, animoque prompto et ex totis praecordiis animas suas tradiderunt. Et ego interrogavi eum dicens: quare, domine, omnes quidem arbores fructum habent, pulcriores vero quaedam arbores sunt? Et dixit mihi: omnes, qui propter nomen Domini passi sunt, gloriosi sunt apud Deum, et omnium horum peccata remissa sunt, quia passi sunt propter nomen filii Dei. Et iterum interrogavi eum: quare autem fructus eorum varii sunt, quidam autem excellentes? Et ait mihi: quicunque perducti ad potestatem interrogatique non negaverunt, sed prompto animo passi sunt, hi gratiores sunt apud Deum, et excellunt fructus eorum. Quicunque vero timidi dubiique fuerunt, et deliberaverunt in praecordiis suis, utrum negarent an confiterentur, et passi sunt, fructus eorum minores sunt, quoniam haec cognita sunt in praecordiis ipsorum; mala enim est eiusmodi cogitatio, ita ut servus qui inficiatur dominum suum. Videte ergo vos, quicunque eiusmodi cogitationes habetis, ne eadem mens permaneat in vobis, et Deo moriamini. Vos autem, quicunque passuri estis propter nomen Domini, Deum honorare debetis, quod vos dignos[1] habeat Dominus ut nomen hoc feratis; omnia enim peccata vestra remediabuntur. Et non felices vos putatis, si aliquis[2] de vobis passus fuerit? Sed potius adhuc existimetis,[3] vos opus magnum facere. Ecce vitam vobis Dominus donat, et non intelligitis. Delicta enim vestra vos gravaverunt; nam nisi passi essetis propter nomen eius, propter peccata vestra mortui essetis Domino. Haec igitur dico vobis, qui dubitatis de confessione vel inficiatione: confitemini, vos habere Dominum, ne si negaveritis, tradamini in vincula. Si enim gentes servos suos qui dominum suum negaverunt, puniunt, quid putatis Dominum vobis esse facturum, qui universorum habet potestatem? Removete ergo a corde vestro has disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.

(B) XXIX. De duodecimo vero candido monte tales sunt, qui crediderunt sicut parvi infantes, quibus nulla malitia ascendit in corde, nec scierunt quae sit nequitia, sed semper in sinceritate manserunt. Illi ergo sine dubitatione habitant in regno Dei, quia in nulla re Domini mandata maculaverunt, sed cum sinceritate manserunt. In eodem ergo cursu quicunque perseveraveritis, eritis ut infantes honoratiores apud Deum illis, qui primi habentur. Felices ergo vos, quicunque a vobis malitiam removeritis, et si indueritis innocentiam, primi omnium vivetis

---

hec mens et deo moriamini vos. Quicumque, in fine *redimentur.*

10) *non* Vat., dein *felices extimetis sed putate.*

11) *enim* om. Vat.

12) *certe* om. Vat.

13) *dico vobis* transp. Vat., in fine *negatione.*

14) *Confitemini* absque *igitur* Vat., dein *nequando negantes tradimini.*

15) *vobis* non leg. Vat.

16) Vocc. *dubitationes vel* adscripsi ex Vat.

Cap. XXIX. 1) *monte vero* inv. Vat.

2) *scierunt* Vat.

3) *si* Vat., qua voce deleta, man. sec. in marg. notavit *sine;* deinde *habitabunt in regnum* p. *inhabitabunt regnum.*

4) *quousque tam* p. *omnibus illis, quos iam* Vat. Cf. Pal. Honoratiores ergo martyribus erunt.

Cap. XXVIII. 1) *dignus* correctum in *dignos* Pal.

2) *aliquid* Pal.

3) *sed adhuc existimatis* Pal.

bitis Deum.'[5] Postquam finivit omnium montium explanationem,[6] dico ei: ‚domine, nunc expone mihi de lapidibus his, qui allati ex campo in locum reprobatorum, ad structuram turris missi sunt; item de lapidibus illis rotundis, qui in structuram turris adiecti sunt, et de his, qui adhuc rotundi remanserunt.'

(A) XXX. ‚Audi,' inquit, ‚et[1] de lapidibus. Qui allati[2] de campo in structuram turris positi sunt eorum loco, qui reprobati erant, radices sunt illius candidi montis. Cum igitur hi, qui de illo monte[3] crediderunt, facti sunt innocentes, iussit dominus eius turris eos, qui de radicibus eius[4] montis essent, in structuram collocari. Intellexit enim, si ad aedificationem iissent, splendidos illos permansuros, nec ullum de his amplius denigrandum.[5] Quodsi ita[6] de caeteris montibus adiecisset, non necesse habuisset rursus visitare eam turrim atque purgare. Hi autem omnes candidi, iuvenes sunt, qui crediderunt, et qui credituri sunt; ex eodem[7] enim genere sunt. Felix hoc genus, quia innocuum est. Audi nunc et de illis rotundis lapidibus et splendidis. Hi omnes de hoc candido monte sunt. Quare autem rotundi sunt reperti, causa est, quia divitiae suae illos pusillum a veritate obscuraverunt atque obfuscaverunt; sed a Deo nunquam recesserunt, nec ullum verbum malum processit de ore eorum,[8] sed omnis aequitas, virtus et veritas. Horum ergo mentem cum vidisset Dominus, et posse[9] eos veritati favere, iussit bonos quoque permanere, et opes eorum circumcidi; non enim voluit in totum illas tolli, ut possent boni aliquid facere[10] de eo, quod eis relictum est, et vivent Deo, quoniam et ipsi[11] de genere bono sunt. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt, et positi[12] in structuram turris huius.'

(A) XXXI. ‚Caeteri vero, qui adhuc rotundi permanserunt, neque apti reperti sunt in eam structuram,[1] quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt in loco suo; valde enim rotundi reperti sunt. Oportet

---

5) In Vat. enuntiatio trunca: *felices ergo vos' Quicumque removeritis innocentiam primi videtis dominum.*

6) *solutionem* Vat., qui vocc. *dico ei: domine, nunc expone mihi de lapidibus his* praetermissis, in hunc modum pergit: *qui allati ex campo reprobatorum in structuram turris ierunt. Item de illis lapidibus rotundis;* in fine erat *permanserunt*, quod man. pr. redegit in *remanserunt*. Cfr. supra c. 6.

Cap. XXX. 1) Ita dedi c. Vat. suffragante Pal., nonnullorum vulg. adverb. *nunc*, quod ex praecedentibus irrepsit, post *Audi* excluso.

2) *eiecti* Vat., postea *pro his* p. *eorum loco.*

3) *Cum igitur qui de eo monte* Vat.

4) Addidi *eius* ex Vat., haud dissuadente Pal.

5) *Intellexi enim si in ea edificatione iissent splendidos eos permansuros nec ullum de his nigricaturum* Vat.

6) *ita* om. Vat. Sensus: Quodsi Dominus de ceteris montibus eiusmodi lapides prius in structuram adiicere potuisset, quales fuerint innocentes de radicibus montis duodecimi, non necesse habuisset rursus visitare turrim, eamque purgare. Sed sequere potius lectionem Codicis Pal.

7) *eo* Vat. Difficultatem huius loci, quam editores ad unum omnes tacite praeterierunt, ab Hilgenfeldio video explicatam. Etenim in cap. praecedente Hermas loquitur de innocentibus infantibus, heic de innocentibus iuvenibus; isti montem constituunt duodecimum, hi inveniuntur in campo eius radicibus adiacente. Hi igitur lapides candidi, qui supplementarii intrant in locum eiectorum, alii non esse possunt, quam novelli Christiani inter Ethnicos vocati. Iis sane Do-

Deo. Et postquam explicavit omnes montium exsolutiones, dico ei: domine, expone mihi nunc et de lapidibus illis, qui de structura turris sublati sunt et roprobati, et de rotundis lapidibus, qui in structuram[1] adiecti sunt, et de illis, qui adhuc rotundi remanserunt.

(B) XXX. Audi, inquit, et de his. Omnes illi lapides, qui de campo sublati sunt, et in structuram turris positi sunt pro his qui reprobati erant, radices sunt illius candidi montis, quia quicunque ex eo monte crediderunt, omnes boni inventi sunt. Ideo autem iussit dominus turris eos, qui essent de radicibus illius montis, in structuram turris conlocari. Scivit[1] enim, quia si in ipsa aedificatione positi essent, permanerent splendidi, nec ullum ex eis nigricaturum. Nam si de caeteris montibus adiecisset in structuram turris, necesse habuisset rursus visitare eam, et purgare illam. Hi autem omnes, qui crediderunt crediturique sunt, candidi inventi sunt; ex corde enim credunt. Felix hoc genus, quia innocuum est. Audi, inquit, et de illis rotundis splendidisque lapidibus. Et hi omnes de candido monte sunt. Audi vero, quare rotundi sunt reperti. Quia divitiae eos suae pusillum obturbaverunt; non autem recesserunt a Deo, nec ullum verbum malum de ore processit illorum, sed omnis aequitas et virtus et veritas. Horum ergo mentem cum sciret Dominus, quod boni nati essent, et possint boni esse, iussit opes eorum circumcidi, non in perpetuum tolli, ut de reliquiis[2] de caetero possint aliquid boni facere, et viverent Deo eo quod de bono genere essent. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt, et in structuram turris positi sunt.

(B) XXXI. Caeteri vero lapides rotundi, qui nondum apti erant ad structuram turris, necdum enim acceperant sigillum, et ideo repositi sunt in locum suum, quia valde rotundi sunt. Oportet autem circumcidi

---

minus turris lacunas resarcivit, quas post reprobationem lapidum ex vetere populo Dei desumptorum videre erat. Sicuti fidelibus ex vetere Dei populo prius opponebantur novelli in fide (Vis. 3, 5.), ita heic distinguuntur ab infantibus veterum fidelium iuvenes novellorum. Auctorem in c. 21. minus accurate novellis in fide quartum montem assignasse, ut mavult Hilgenfeld, vix crediderim. Nam illud *ad simulacra redire* (Pal. nihil de *iterum serviendo iis*) referendum ad illos, quos denotaverat Mand. 10, 2. Ingressi quidem fuerant in structuram turris lapides supplementarii eo tempore, quo Hermae, quid significent montes duodecim, explicabatur; non vero de istis, parvula nimirum ædificii parte, sed de cunctis agitur c. 21, qui de quarto monte sunt. Quod distinguit inter *veteres in fide et novellos*, id prorsus auctoris est ex Iudaeo Christiani facti. Cfr. Ep. Barnabae capp. 5. 7. 13. λαὸς καινὸς, capp. 14. 15. λαὸς ὁ μεταξύ, I Ep. Clem. Rom. ad Cor. c. 29., Clem. Rom. Hom. 7, 6. 18, 15. Vid. Matth. 11, 25. Recogn. Clem. I, 42. 50.

8) In Vat. leg. *Audi autem quare rotundi sunt reperti divitie sue eos pusillum obscuraverunt a veritate atque obfuscaverunt. A deo vero numquam recesserunt nec ullum verbum malum de ore processit eorum.* Cfr. c. 6.; Vis. 3, 6.; Sim. 8, 10.

9) *posset* Vat., qui vocc. *bonos quoque permanere, et* non agnoscit.

10) *Non enim in totum eorum tolli ut possint aliquid boni facere* Vat.

11) *et ipsi* om. Vat.

12) *circumcisi et positi sunt* Vat.

Cap. XXXI. 1) *acti sunt in ea structura* p. *apti reperti sunt in eam structuram* Vat., ubi om. *in* ante *loco*. Vid. supra c. 9.

Cap. XXIX. 1) *structura* Pal.

Cap. XXX. 1) *Sic* Pal.

2) *reliquias* Pal.

autem circumcidi hoc seculum ab illis, et vanitates opum suarum;[2] et tunc convenient in regno Dei. Necesse est enim eos intrare in regnum Dei: hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quisquam; etenim licet quis eorum, temptatus a nequissimo diabolo, aliquid deliquerit, cito recurret ad Dominum Deum[3] suum. Felices vos iudico, ego nuntius poenitentiae, quicunque innocentes estis sicut infantes; quoniam pars vestra bona est et honorata apud Deum.[4] Dico autem omnibus vobis, quicunque sigillum hoc accepistis: simplicitatem habete, neque offensarum memores estote, neque in malitia permanete, neque in memoria offensarum amaritudines in uniuscuiusque spiritu fiant; sed his malis scissuris remedia procurate, atque tollite illas a vobis,[5] ut dominus pecorum gaudeat de vobis; gaudebit autem, si omnia invenerit sana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit dissipatum,[6] vae erit pastoribus. Quodsi ipsi pastores dissipati fuerint, quid respondebunt etiam ei pro pecoribus?[7] Nunquid dicent[8] a pecore se vexatos? Non credetur[9] illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse a pecore; et magis punietur[10] propter mendacium suum. Et ego[11] sum pastor, et validissime oportet me de vobis rationem reddere.'

